¶ Contra istam opinionē arguēdo ad hominem ꝓbando primo q ens diuinum non est subiectum: qz ille qui posuit hāc opinionem in scripto suo primo dicit in summa q deꝰ est subiectum in theologia. ergo t̄. ¶ Scdo quia quando ponitur aliquid cōmune p predicationem in sciētia sicut ens in methaphisica: tale ꝑmune debet conuenire formaliter z intrinsece cuilibet positiuo considerato in scientia vt sit passio vel hmōi sicut patet de ente: sed ens diuinum non sic cōuenit cuilibet determinato vel considerato in theologia non em̄ creatura est ens diuinum formaliter z intrinsece: sed solus deus ergo t̄. ¶ Tū qz enti diuino sic cōmuniter accepto ad omnia determinate in theologia nō conueniūt proprie passiones theologice sicut eē primum z vnum z sic de alijs. ¶ Tū quia nullum cōmune cōtinet virtualiter nec intelligibiliter oēs veritates theologie nō enim continet veritates ꝑprias diuinas determinatas ī theologia quia tūc tale cōmune contineret etiam eas z poneret in creatura vbi ipm inuenit. ¶ Tuꝫ quia istud diuinum nō videt nisi secūdum nomē. ab agēte simpliciter accepto ita em̄ verificatur de omnibus sicut ens z conuertitur cum ipo secūdum acceptionem eorum: ergo ens subiectum in theologia hoc est falsum.

Dēs doctoris.

¶ Dico igitur q ens diuinum accipiēdo sicut accipiunt ipꝰ: z improprie extendo ad oīa que possunt denominari a deo quoquomodo nō est hic subiectuꝫ. Sed dico q si ꝓprie z formaliter accipiatur ens diuinum p eo cui intrinsece z quiditatiue conuenit deitas dico q ipsum est subiectum: hoc autem dico deuin.

q deus ē subiectū in theo.

¶ Declaro igitur pro secundo q deus est subiectum in theologia. Ad cuius euidētiam primo distinguo de theologia primo quātum ad se totam. Dico q est quedaꝫ nobis viatoribus pro statu isto Theologiam in se voco illaꝫ siue sit in effectu siue nō que nata est haberi de obiecto theologico secūdum q natum est manifestari apud intellectum sibi proportionatum vel dispositum z non impeditum secundum naturam z veritatem obiecti quam voco theologiam euidentem ex obiecto siue sit intuitiua quēadmodum habuit deus z beati siue sit abstractiua quam superius probaui possibileꝫ viatori. Theologiam vero quoad nos vel nobis / voco theologiam quam habemus modo. z habent magistri z doctores communiter pro statu isto: et est Theologia illa que potest haberi de obiecto theologico apud intellectum nostrum pro statu isto.

Nota.

¶ Secūdo distingo de theologia quātum ad partes q quelibet istarū habet vnā partē vel quasi ꝑtē que est de necessarijs z impossibilib⁹ aliter se habere vt q deꝰ est trinꝰ z vnꝰ z hmōi z alia est pars de cōtingētibus simplr z possibilib⁹ alit se hꝫ puta q deus creauit z de alijs cōsimilib⁹ qui simpliciter sunt ꝓtingētia z nō necessaria. Ꝑria distinctio ab vno doctore declarat sic. Si aliqs ītellectus nō posset intelligere geometricalia euidēter tñ posset certitudinaliter assentire haberet geometriam que potest dici fides sibi non scientia sed illa que habetur ab intelligentibus modo geometricalia euidēter est scientia simpliciter z in se etiam si nullus esset intellectus geometricus quia obiectum geometrie natū est facere vel saltem de hoc qō de ipso habeatur talis noticia apud intellectum sibi proportionatum. Si talis intellectus poneretur nec est intelligendum q ista theologia z illa sint eadē theologia vel sint eadem noticia. Tunc enim cum habērētur vna z alia z sic vna est euidens in se ita haberetur euidenter z alia cum sit neuidens ex obiecto ineuidenter haberetur z ita idem intellectus p eandem noticiam cognosceret idem obiectum euidenter z ineuidēter qō est contradictio plana. Nec distinguitur etiam sic q theologia in se non possit theologia alicui quoquomodo quia tunc impossibile esset eam haberi ab aliquo quod est falsum. Albedo enim in se est albedo alicui habenti ipam. Similiter etiam theologia nobis est theologia in se aliquo modo quia quod nichil est in se nichil est ī alio sed sic distinguūtur quia impossibile est que nata est haberi euidēter de obiecto apud intellect: in proportionatum sit illa que potest haberi et habetur modo cōmuniter pro statu cōmuni z prime appropriatur nomen theologie in se. secunde vero nomen theologie nobis.

Scotus.

Resolutio doctoris.

¶ Hoc premisso dico q deꝰ est subiectum in theologia in se quātum ad necessaria vel in theologia necessariorum que est in se sciētia. Et probo hoc primo sic. Illud quod continet primo z adequate z nullū aliud intelligibiliter omnes veritates alicuius habit⁹ est primum subiectū vel obiectum eius ꝓbabo statim quia obiectū primum habitus dat sic cōtinere omnes veritates habitus sicut dictum est supra. Ex quo igitur nullum aliud continet veritates predictas oportet q illud continens sit obiectum vel subiectū eius: sed deus continet virtualiter omnes veritates theologie necessariorum in se: vt patet et nichil aliud probabo: quia aliud non vt causa siue ad quod habeant attributionē quia deus cām non habet nec se nec aliud a se nec etiam habet attributionē vel dependētiam ad aliud nec vt effectus continēdo tales veritates per demōstrationem quia sicut dictum est supra effectus non ducunt in tales veritates vt q deus sit trinus z vnus z vnde nullus effectus apud quemcunq; intellectum demonstrat deum trinum z vnū quitamen est veritas theologica ergo solus deus istas continet. z per consequens est subiectum.

Deus est subiectū in theologia necessariorum

Scda ratio doctoris.

¶ Secundo sic. Theologia ista de qua loquimur est de his que sunt soli deo naturaliter nota z intellectui ergo de obiecto soli deo naturaliter noto sed solus deꝰ est sibi naturaliter notus: ergo t̄. Ꝓbatio prime: quia si sit de aliquib⁹ alijs que sunt naturaliter nota creature oportet dare aliquam superiorem ista q̄ sit de solum naturaliter notis intellectui diuino. Cum enim intellectus diuinus sit infinitus z excedat intellectum creatum impossibile est naturaliter notum z sibijpsi qō non potest esse naturaliter notū alicui intellectui creato. z per consequēs de illo poterit esse sciētia superior ista quod est falsum. Ꝓbatio alterius scilicet q deus solus sibi soli est naturaliter notus: quia omnis essentia creata pōt esse naturaliter nota alicui ītellectui creato oportet ergo si aliquid est soli deo naturaliter notum q hoc sit ipsemet quare z t̄.

Tertia.

¶ Tertia ratio est ista: qz per nullam scientiam habetur ita distincta z perfecta noticia de alio q non est subiectum eius sed potiꝰ alterius scientie sicut de eo quod est primum subiectum: quia finis intrinsecus sciētie est nosse primū subiectum eius sicut de subiecto. tunc etiam nō esset ratio quare illud non esset subiectum eius ergo si deus non est subiectum in hac scientia potest distinctius z perfectius cognosci in aliqua alia z illa erit prior z superior ista quod est falsum saltem de intuitiua z etiam de abstractiua in suo genere.

Quarta.

¶ Quarta ratio. Illud est primū obiectū vel subiectum scientie qō primo respicit sciētia z per rationem eius omnia alia scdm qualibet similitudinē vel attributionem ad ipsum sicut illud primum obiectum potētie quod est huius respectu eius vt patet de colozato z lucido respectu visus. Sed deus in ista theologia simpliciter necessariorum est huiusmodi: quia ipse est ad quem cognoscēs z habēs hanc noticiam primo aspicit z non ad alia: nisi per ipsum z habitudinem per ipsuꝫ hoc patet de intuitiua cuius primarium obiectum est essentia et de abstractiua similiter cuius representatiuum vt medium primo representat essentiam: ergo z cetera.

Quinta.

¶ Quinta ratio. Quia nobilissima scientia est circa nobilissimum genus entis vt dicitur sexto methaphisice. Scientia enim nobilitatem sortitur ex obiecto ꝑcipue sed ista est nobilissima in se: quare z t̄. Deus est nobilissimum genus entis seu ens nobilissimum. Si ista ratio cōcludat qō scilicet nobilissima scientia sit circa nobilissimum genus entis sicut circa primum subiectum z secundum Aristotelem z secundum Cōmētatorem metaphisica est nobilissima scientia possibilis acquiri oportet consequenter ponere sicut z ponit Cōmentator q subiectum mediate qō est genus substantiarum separatarum est subiectum metaphisice. Si autem non sit vera illa propositio de subiecto sed de parte vel causa subiecti. tunc non oportet dicere q genus illud substātiarum separatarum est subiectum metaphisice dato q sit nobilissima scientia secundum Aristotelem. Sufficit enim q versetur circa substantias separatas non sicut circa subiectum: sed sicut circa causas vel partes subiecti sui qō est ens. Sed quid de theologia dico q ipsa simpliciter nobilissima vna quecq; in suo genere intuitiua in genere intuitiuarum z abstractiua in genere abstractiuarū. Et ideo dico qō oportet ipsum necessario verſari circa nobilissimum sicut circa subiectum non sufficit autem q sicut circa partes vel causam subiecti subiectum enim est simpliciter perfecti⁹ cuius totum subiectum primum est nobilissimum q̄ illa cuius subiecti aliqua pars est imꝑfecta vel cuius subiectum est cōmune ad perfectum z imperfectum vt videtur: z ideo dico q metaphisica non est simpli-

De nobilitate theologie.

citer nobilissima licet sit forte nobilissima iter sciē
tias possibiles acquiri ex puris naturalib⁹ sine fi
de et noticia aliqua supernaturali nec oportet ar
guere ex sua nobilitate q̄ habeat nobilissimū sub
iectum primum sicut de ista cum nobilitas scientie
simpliciter depēdeat ex obiecto. ¶ Sexta ratio est
illud obiectum primum in scientia cui soli conue
nunt potissime proprietates immo omnes princi
paliter note in scientia vt patet inducendo per pro
prietates ergo ꝛ cetera. ergo de theologia simplici
ter que est necessariozum.

6 ratio.

De obiecto theologie que est contingentium.

¶ De theologia vero simpliciter que
citur q̄ nullum est subiectum vel obiectum primū
ex natura sua determinate continens tales veritā
tes contingentes nec etiam vt notum noticiam ea
rum quia omnia que sunt in deo indifferenter ꝛ cō
tingenter se habent ad tales veritates vel oppositā
eozum q̄tum est ex se et secundum id quod sunt
ex natura rei solum enim veritates necessarie de
terminate continentur virtualiter seu intelligibili
ter in aliquo obiecto quod quidem natum est vt ta
les veritates de ipso determinate ꝛ scibiliter ex se
ipso habeantur. ¶ Et ideo dicitur vltra q̄ quia in
ter veritates contingentes est ozdo ꝛ aliqua est pri
ma veritas contingēs sicut suo modo est aliqua ne
cessaria prima subiectum vl obiectum primū theo
logie contingentium debet assignari illud de quo
primo ꝛ immediate dicitur predicatum prime ve
ritatis contingentis quecunq; sit illa: que quidem
veritas prima contingens principium est aliarum
quia prima in ozdine ipsarum.

¶ Dicitur autem primum subiectum ve
ritatis prime contingentis q̄d
vt tale visum natum est primo videri coniungi cuꝫ
predicato illius: quia primum verum notum est in
contingentibus secundum ipsos non est nisi per in
tuitionem extremozum. ¶ Primum ergo intuibi
le priorimum cui inest predicatum prime contingē
tis: vt contingentia sunt ꝛ de facto. Non enim lo
quimur modo de contingentibus pro possibilitate
vel esse possibili ipsozū ꝛ sic sunt necessaria: hoc au
tem est intuibile primum est essentia diuina etiam
eodem modo accepta sicut quando dicebatur esse
subiectum primū theologie necessariozum. Et ideo
dicunt concludendo q̄ totius theologie simplicia
ter ꝛ in se siue vt in se consideratur siue vt in intel
lectu dei ꝛ beatozum est essentia diuina: vt hec est
cuius visio a beatis non est formaliter scientia: sed
intellectio simplex que est scientia virtualiter ꝛ pre
cedens naturaliter ipsam scientiam sicut simplex
intellectio entis ꝛ cuiuscunq; alterius subiecti.

¶ Hic dicitur primo⁹ q̄ nichil potest assignari in
deo reale quod determinate cōtineat veritates cō
tingentes theologicas.

¶ Contra Deus scit ab eterno complexio
nes determinate ꝛ veritates cō
tingentes ꝛ multas etiam reuelauit prophetis.
Sed hoc non est nisi per aliquid determinate con
tinens istas veritates per illud enim q̄ determina
te non continet aliquid non potest illud determina
te sciri ergo oportet ibi dare aliquid quod determi
nate eas contineat. ¶ Preterea beati determina
te sciunt multas veritates immo omnes veritates
contingētes fidei ꝛ articulozum iam preteritas de
facto sed hoc non potest esse nisi per aliquid in deo
determinate continens eas saltem in esse intelligi
bili cuiusmodi est essentia diuina facta determina
tione de ipsis in voluntate que determinato conti
net ea virtualiter et determinate et non per intui
tionem extremozum in seipsis. Similiter quia ex
trema de se sunt indifferentia ad tales complexio
nes vt oppositas ipsarum: ergo ꝛ cetera. ¶ Secun
do dicitur quod primum obiectum huius theolo
gie debet assignari illud quod est immediatum q̄d
est subiectum prime veritatis contingentis a qua
dependent alie vel saltem que est prima in ozdine
contingentium ꝛ dicitur postea q̄d hoc est essentia
eodem modo quo subiectum est in theologia neces
sariozum.

De primo obiecto huius theologie.

¶ Contra Essentia secundum rationē hu
ius essentie vt prima voluntati
et cuilibet determinationi eius de quocunq; obie
cto contingente est subiectum primum in theolo
gia necessariozum: quia vt sic est in prima in ozdine
omnium diuinozum sed essentie vt sic nō est natum
immediate inesse predicatū alicuius veritatis con
tingentis. Tum quia ante determinationem diui
ne voluntatis nulla est contingentia. Voluntas. n.
secundum ipsos alibi est prima causa contingentie
in rebus. Tum quia predicatum contingentis: et
per consequens veritas contingens posset cogno
sci certitudinaliter per rationem essentie quod est
impossibile et contra eos etiam alibi ergo essentia
non est subiectum theologie contingentis sicut ne
cessarie. ¶ Iterum impossibile est q̄ essentia in ra
tione essentie sibi determinet aliquod predicatum
cuiuscunq; complexionis contingentis: quia tunc
mensurare naturaliter determinaret sibi ipsum et
necessario: et per consequens tolleretur ipsa cōtin
gentia: ergo impossibile est q̄d ipsa videatur: vt na
ta primo cōiungi alicui tali predicato ꝛ immedia
te etiam secundum dicta eozum. et per consequens
impossibile est q̄ sit subiectum primum ꝛ immedia
tum alicuius complexionis contingentis ꝛ predi
cati eius.

Nota de ēntia di uina.

¶ Contra illud etiam quod dicitur q̄ pri
mum verum contingēs non co
gnoscitur nisi per intuitionem extremozum: ita q̄
ipsuꝫ est solum et precise intuibile quia ꝛ licet hoc
verum sit: vt comparatur ad theologiam beatozuꝫ
ꝛ dei que est solum ꝛ precise intuitiua de primo cō
tingente. hoc tamen non est vniuersaliter verum.
Nam sicut dictum est supra quicquid potest cogno
sci intuitiue ꝛ abstractiue: sed primum contingens
potest cognosci intuitiue: ergo saltem abstractiue
a viatoze. Nescio enim quare deus non posset reue
lare primam complexionem contingentem: ita q̄d
certitudinaliter cognosceret eam suo modo sicut ꝛ
primam et necessariam. Et forte fuit facta paulo
post visionem dei ꝛ in multis prophetis qui multa
contingētia clare cognoscebant abstractiue: tamē
non intuitiue vel visiue sicut deus ꝛ beati. Et ides
non videtur michi bene dictum q̄tum ad theolo
giam contingētium videtur igitur michi dicēdum
sine preiudicio cum vno doctoze ꝛ satis cum isto ta
men alibi q̄ essentia diuina vt essentia est ꝛ prima
determinationi sue voluntatis intuitiue vel abstra
ctiue cognita est ratio cognoscendi omnes quidda
tates ꝛ negationes omnium terminozum et com

plexiones necessarias eozūdem ꝛ negationes com
plexionum per accidens tamen de negationibus ꝛ
sic est subiectum theologie simpliciter que est neces
sariozum sicut dictum est supra. Alio modo potest
accipi: vt actu existens mediante voluntate sua sub
ipsa determinatione sue voluntatis de contingen
tibus ipsis alijs ab ipsa determinatione ꝛ actu vo
lendi vt cadit supra obiectum contingens quodcū
q̄ extrinsecum ꝛ sic dico q̄ est ratio sciēdi id est cer
titudinaliter cognoscendi complexiones contingē
tes extrinsecas que cognoscuntur per theologiam
contingētium nec inter istas est aliquis ozdo essen
tialis sed tantum ozdo accidētalis qui causatur ex
ipsa determinatione vel actu volendi contingēter
cadente super talia volita prius ꝛ posterius. Sed
de ipsa determinatione est difficultas cui primo in
est. Et dico q̄ primo ꝛ immediate inest diuine vo
luntati vt actus eius. Ita q̄ ista est prima ꝛ imme
diata ꝛ contingens voluntas vult vel determinat
aliquid contingens vel fiendum. Et dico istud q̄d
istud predicatum non potest prius cognosci inesse
subiecto q̄ insit: quia tunc ꝛ pro tunc subiectuꝫ est
determinatum ad ipsum licet pro tunc quando est
possit ꝛ intuitiue cognosci a deo a beatis si tūc fuis
sent beati ꝛ abstractiue a viatozib⁹. ¶ Ex quo sta
tim concludo q̄d si primum subiectum vel obiectuꝫ
theologie contingentium in se est voluntas diuina
stans sub determinatione eiusdem voluntatis ꝛ vt
sic stat sub ea determinate continet contingētia ip
sa de quibus est ipsa theologia de qua est sermo.
Tunc oportet q̄ obiectum primum theologie con
tingentiū contineat determinate veritates. Si au
tem primum obiectum huius theologie cum ipsa
non sit scientia non contineat determinate tales ve
ritates tunc potest poni essentia etiam vt precedit
voluntatem ꝛ determinationem eius esse primum
obiectum talis theologie vel si ponatur essentia vt
sequens quasi voluntatem q̄ repꝛesentatiua deter
minationis eius oportet ponere q̄ primum obie
ctum theologie contingētium non sit primo deter
minate contingens veritatem ipsozum sed secūda
rio ꝛ repꝛesentatiue non primario ꝛ creature sicut
voluntas. Et nota circa omnia ista q̄ licet contin
gentia vel veritates contingentes determinate cō
tineantur ꝛ pꝛesententur ꝛ cognoscantur ipsi deo
nunq̄ tamen de ipsis est scientia pꝛopꝛie sumpta:
quia illa non est nisi de necessarijs licet de ipsis sit
scientia large accipiendo pro determinata ꝛ certa
cognitione. Tu dices si voluntas est obiectum pri
marium ergo in deo est duplex obiectum primariū
scientie sue. ꝛ per consequens duplex noticia vel
scientia ꝛ per consequens duo verba ꝛ sic habem⁹
quatuoꝛ personas vel duos in diuinis filios. Et si
militer in beatis est duplex actus scientialis intui
tiuus quod est contra Augustinum decimoquinto
de trinitate vbi dicit q̄ totam scientiam nostrā vni
co intuitu videbimus quare. Respōsio dico q̄ ob
iectum primum noticie potest dici dupliciter. vno
modo ante quod nichil est cognitum vel cognosci
bile vel ratio cognoscēdi simpliciter ꝛ absolute lo
quēdo ꝛ sic impossibile est q̄ in diuinis sit nisi vnū
obiectum primum respectu cuiuscūq; noticie tunc
enim essent plures memoꝛie ꝛ plures scientie ꝛ plu
ra verba quod falsum est et impossibile alio modo

Determinatō quō pōt inesse diuīe vo lūtati ꝛc.

Act⁹ scīa lis ī btis duplex.

obiectum dicitur obiectum primarium non simpli
citer in toto ambitu diuinozum: sed secundus quid
pro tanto quia illud quod primo determinate con
tinet ꝛ non illud quod simpliciter est prius: ꝛ isto
modo ponitur voluntas modo predicto esse primū
id est immediatum ꝛ determinatum subiectum vl
obiectum istozum contingentium quia ante ipsam
vt stante sub determinatione coassumendo deter
minationē respectu contingentium extrinsecozum
ꝛ ante ipsam concomitantem determinationem ni
chil est: nichil est determinate continens vel ha
bens ipsam habēs determinationem immo nec ip
sa vt prima est illi determinationi. Sic ergo appa
ret de subiecto primo theologie simpliciter ꝛ in se.

De theo logia que dicīt ne cessariō

¶ De theologia que est necessario
rum. Dicitur
q̄d in noticia non euidente ex obiecto non oportet
assignare obiectum q̄ virtualiter contineat verita
tes eiusdem noticie vel scientie nec etiam q̄d vt no
tum contineat euidentiam vel euidentem noticiaꝫ
ipsam veritatum vt note sunt in tali scientia vel q̄
talem noticiam ꝛ intellectum habenti per ipsam.
Theologia autem nostra est quedam noticia non
euidens ex obiecto quantumcūq; sit de necessarijs
sicut nec illa que est de contingentibus ꝛ ideo non
oportet sibi assignare obiectum primum quod vir
tualiter ex se contineat omnes veritates eius: nec
etiam vt notum contineat euidentiam eozum si es
set notum ꝛ ita theologie nostre sufficit assignare
pro primo obiecto vel subiecto primum notum de
quo immediate cognoscitur prima veritas necessa
ria theologie nostre q̄d est ens infinitum concept⁹
enim entis infiniti est conceptus pfectissimus pos
sibilis haberi a nobis de deo sicut dicunt ꝛ ens in
finitum neutram contradictionem habet: quia nec
continet virtualiter veritates theologie nostre nec
vt notum continet euidentiam ipsarum per conse
quens si esset notum. ¶ Dicunt etiam vlterius q̄d
quia theologia nostra est de eisdem veritatibus no
stris de quib⁹ est theologia simpliciter ꝛ in se: ideo
assignatur. Sed idē subiectum a theologia illa pri
ma q̄tum ad hoc q̄ est continere veritates istas pu
ta deus. Sed quia illud non est euidens nec nobis
notum non continet vt notum euidentiam istarum
quia nec est nobis notum. ¶ Et si arguitur cōtra
eos q̄ ex hoc sequitur q̄ non sit subiectum dicunt
quod verum est q̄d non est dare euidentiam: sed ne
ne est subiectum quantum ad alias conditionē que
est virtualiter continere huiusmodi veritates.

¶ Ista nō intelligo esse vera. Qꝛ dicitur primo q̄d
in noticia non habente euidentiam ex obiecto non
posset assignare obiectum q̄d contineat virtualiter
veritates illius noticie.

¶ Contra fides est noticia nō habēs
euidentiam ex ob
iecto q̄tum oportet sibi assignare deum pro obie
cto que continet virtualiter seu intelligibiliter om
nes veritates fidei necessarias saltem ꝛ vt nobis
continet euidentiam causarum sicut patet. in pri
ma ergo illud dictum non est vniuersaliter verum
etsi non est verum de fide nec etiam de scientia fi
dei que est theologia nostra. ¶ Qꝛ dicitur vltra q̄
sufficit sibi assignare pro obiecto ens infinitū. Ex
hoc concludo q̄d oportet sibi assignare deum: quia

ens infinitum ꝯtum ad illud positiuꝫ qđ dicit nō est nisi deus. Infinitas enim in essentia diuina non dicit secundum eum alibi speciale attributum: sed gradum intrinsecum qui in nullo variat rationem essentie ita ꝙ illud est dicere ens infinitū eo modo quo cōuenit deo ⁊ deum. ¶ Ex quo sequitur vltra ꝙ sicut deus cōtinet virtualiter veritates istas ita ⁊ continet euidētiam eorum vt notum si contingeret ipsum esse notum sicut in patria. Preterea infinitum intensiue continet virtualiter omne illud qđ potest efficere vel causare sed istas veritates ⁊ noticias earum potest efficere vel causare: quia omni potens in intellectu causato ⁊ ꝯ causare licet non proprie in intellectu diuino. Etiam est principiuꝫ originale istarum veritatum eodē modo sicut deus quia idem sunt quare ⁊ cetera. Oꝫ dicitur vltra qđ conceptus entis infiniti est conceptus perfectior ꝯ possimus habere de deo multum est dubium. videtur enim ꝙ conceptus diuinitatis sit perfectior vel non minus perfectus si ponantur distincti conceptus quia conceptus ille qui in eodem est incompossibilis alicui imperfectioni non est perfectior illo qui incompossibilis est cuilibet imperfectioni quia nichil repugnat imperfectioni nisi propter perfectionem/sed conceptus entis vniuocus existens secundum eum deo ⁊ creature est compossibilis imperfectioni creature/quia in creatura inuenitur: ergo non est perfectior conceptu diuinitatis. ¶ Dices licet conceptus entitatis vel entis sit compossibilis creature ⁊ imperfectioni eius/tamen conceptus entis infiniti non dico ꝙ nichil valet: quia infinitas cuꝫ sit gradus intrinsecus talis conceptus non tollit a conceptu compossibilitatem cum aliquo cum quo erat secundum se compossibilis vt videtur nec ponit repugnantiam formalē conceptus viderentur cum illo: quia nec variat conceptum secundum eos: quare ⁊ cetera. Istud tamen sicut dubium relinquatur. Quod dicitur vere deꝰ esse subiectum concedo ꝯtum ad continentiam virtualem et quasi istarum veritatum. Et concedo ꝙ non est scientia vel noticia habens euidentiam cum obiecto isto nec veritates eius: vt note sunt per eā possunt esse euidentes sicut nec ipsa eadem manēs potest euidens esse/nec per consequēs accipiendo proprie scientiam sicut dicitur infra. Non tamen oportet propter hoc dicere illa que sunt improbata.

ꝙ in theologia nra deus est primum subiectū.

¶ Probo igitur ꝙ in theologia nostra que est necessariorum deus est subiectum vel obiectum primum. ¶ Primo sic. Eiusdem obiecti primi est fides ⁊ scientia qua fides gignitur/ nutritur/defensatur et roboratur: sed theologia nostra est huiusmodi secūdum Augustinum decimoquarto de trinitate capitulo primo. Sed primum obiectum fidei ꝯtum ad necessaria saltez ponitur deus: immo ꝯtum ad omnia patet inducendo in articulis fidei ergo ⁊ cetera. ¶ Secundo sic. Quia illa scientia que est perfectio superioris portiōis est de subiecto primo eterno quod est deus vt videtur. Non enim potest esse de subiecto non eterno: quia cum ad non eternum non reducatur eternum nec attribuatur sibi impossibile est ꝙ talis scientia sit de nō eterno sicut de subiecto/primo quia tunc nullo modo esset de eternis quod est contra rationem superioris portionis ⁊ pfectionis eiusdem. In hoc enī distinguuntur ab inferiori portione ꝙ versatur circa eterna/sed theologia nostra precipue necessariorum est perfectio portionis superioris quo ad intellectum pro statu isto: vt videtur. ¶ Item tertio Augustinus decimoquarto de trinitate capitulo primo dicit ꝙ pro aliqua parte sui theologia nostra est sapientia sed hec pars videtur pcipue theologia necessariorum: ergo est de aliquo eterno formaliter ⁊ primo/hec non est nisi deus quare ⁊c.

¶ Quarto sic. Ista scientia est nobilior aliis ī via sed hoc non est/quia euidentior propter modū demonstrandi: ergo hoc est quia superioris ⁊ nobilioris subiecti: hoc non videtur nisi deus/ consequentia patet: quia secūdum Aristotelem primo de anima duobus modis vna scientia est nobilior alia. Aut quia certior. Aut quia melior ⁊ honorabilior quare et cetera. ¶ Quinto ad hoc potest adduci ratio superius posita de theologia simpliciter.

¶ Sexto patet hoc: quia illud est subiectum primum in scientia cui conueniunt passiones in scientia considerate: sed deo primo conueniunt passiones primo considerate theologice sicut esse trinū ⁊ vnū ⁊ huiusmodi: quare ⁊c.

De obiecto theologie respectu cōtingētium.

¶ De theologia nostra respectu contingētium dico ꝙ idem est obiectum eius primum sicut theologie in se ⁊ simpliciter respectu eorumdē contingentium eo modo quo dictum est supra. Tum quia est de eisdem contingentibus: licet non euidēter/sicut illa. Nec propter ineuidētiam sui oportet sibi aliud subiectum vel obiectum assignare / sicut nec nře theologie de necessarijs oportet aliud subiectum assignare a subiecto theologie simpliciter. Tū quia deus vt ponitur subiectū illius theologie simpliciter respectu contingētium/sic nec cōtinet virtualiter nec determinate seu intelligibiliter omnes veritates huius partis theologie / sicut patet. quare ⁊ cetera.

Opinio cuiusdā.

¶ Dicit tamen vnus doctor ꝙ idem est subiectum vel obiectum theologie necessarie et contingentis puta deus non est: tamen subiectum theologie contingentium: vt continens virtualiter ⁊ determinate veritates huius theologie/etiam si intuitiue viderentur sed sicut a nobis cognoscibile primū illi cui intuitiue noto natum esse predicatum prime contingentis ineesse eterno cui natum est predicatum prime veritatis contingentis immediate ineesse est diuina voluntas sicut dixi supra. Primum autē intuitibile vel cognoscibile sibi id est diuine voluntati proximum est essentia diuina vel deus: ita ꝙ essentia diuina vt concomitans voluntatem sub actu suo volendi ponere-tur hic subiectum / non autem sic absolute sicut in theologia necessariorum: vt dictum est supra: licet oppositum videatur dicere doctor iste. Qui videtur secundum eum sufficere ad rationem primi subiecti vel obiecti theologie contingentis ꝙ sit primum intuibile vel cognoscibile proximum illi cui primo natum est ineesse predicatum prime contingentis ⁊ immediate nec oportet ꝙ tale subiectum etiam si esset visum faceret euidentiam illarum veritatum/nec ꝙ virtualiter ⁊ determinate eas contineat: sed solum indeterminate ⁊ cuꝫ in diuina ad oppositas veritates ⁊ hoc. Tum quia noticia contingentium non potest dici proprie scientia: quia

de contingētibus non est scientia. Tum quia non est euidens obiecto primo dato ꝙ ex alio posset esse euidēs. Unde ⁊ in visione beata veritates contingentes complexe non sunt euidentes ex ratione essentie vt essentia est precise ex visione determinationis diuine voluntatis de ipsis ꝯtum ad contingentia extrinseca vel ex ipsamet determinatione visa in re ꝯtum ad euidentiam veritatis de ipsa determinatione contingenter ⁊ libere deo conuenientc ita ꝙ per nichil determinate cognoscitur illa veritas nisi qz vr ista complexio in re huius pdicati ptingētis qđ est velle aliquid extrinsecum ad subiectū qđ est voluntas. Si hoc sufficiat ad primum subiectum theologie contingentis non fuit necessarium etiam supra ponere aliud obiectum theologie simpliciter ⁊ in se tam respectu contingentium ꝯ necessariorum: quia nec illa est euidens simpliciter ex obiecto primo accipiendo obiectum primum isto modo: ⁊ sic forte potest opinio superius improbata sustineri ⁊ teneri de subiecto pro theologie cuiuscunq; ⁊ apud quēcunq; intellectum ꝙ est deus absolute loquendo ⁊ secundum eandem rationem quecunq; sit illa. Accipe modum dicendi quem voluerts ⁊ hoc de isto sufficiat.

reprobationes diuersarum opinionū ḋ obiecto theolo.

¶ Ex predictis de subiecto theologie excludo primo vnā opinionem que dicit ꝙ verbum est subiectum theologie qz impossibile est ꝙ verbo conueniant omnes veritates sed aliqua necessaria sunt vera de patre/ aliqua de filio/aliqua de spiritu sancto / aliqua de tribus/ita etiam aliqua contingentia de singulis/ et de tribus/ita ꝙ vnum non potest esse primū subiectum: quia ad ip sum nō possunt reduci omnes veritates: sed tres persone sunt quasi tres partes ipsius subiecti: non tamen proprie partes sicut dicetur infra.

¶ Ex hoc etiam patet ꝙ per idē ꝙ christus totus deus ⁊ homo non potest esse primum subiectum theologie sicut ponunt aliqui quia tunc veritates necessarie de patre ⁊ spiritu sancto/puta ꝙ pater generat/ꝙ spiritussanctus procedit non essent theologice qz non possunt reduci ad totum christum/nec etiam veritates necessarie de tota trinitate/nec etiā alique veritates ptingētes de pfe ⁊ spiritu sancto ⁊ tota trinitate: quia ista non possunt attribui per se ipsi christo nec reduci ad ipsum vt subiectum cum christus ipse secundum ꝙ ponitur subiectum ab aljs conti neat in se intrinsece naturam humanam creatā: qz est essentialiter posterior patre ⁊ spiritu sancto : et tota trinitate quare ⁊c. ¶ Ex predictis etiam patet ꝙ credibile in cōmuni acceptum ad omnia que tractantur in theologia non potest esse subiectum theologie sicut dicūt aliqui. Et hoc probatur quia tale commune non potest virtualiter cōtinere passiones ⁊ theologicas veritates sicut dictum est supra de ente diuino in communi accepto. Nec breuiter aliquid nisi deus potest poni primum subiectum theologie quare ⁊c.

ad rōnes negantiū deum esse subiectus theo.

¶ Ad rationes eorum que probant ꝙ deus non est subiectum Ad primam dico ꝙ ad rationem primi subiecti nō oportet ꝙ ipsum contineat vniuersaliter vniuersalitate predicationis: sed vniuersalitate continentie potius ⁊ virtualiter/eo modo quo possibile est omnia cōtinere immo impossibile est hoc in theologia sicut probatum est supra. ¶ Ad secundam dico ꝙ siue deus sit subiectum immediatum siue non qđ tamē non puto adhuc dico ꝙ non sequitur quin possit eē subiectū in theologia. Et hoc dico nisi aliud impediret: quia sicut dictum est supra de eodē. obiecto sub eadem ratione possunt esse diuerse scientie ⁊ habitus. Tu dicis. Scientia tunc non sumit vnitatē ab obiecto dico ꝙ non sicut tu imaginaris sed pro tanto habet vnitatē: quia si scientia sit vna oportet ꝙ obiectum sit vnum hoc tamen non sufficit ⁊ ideo nō oportet ꝙ de subiecto vno sit tantum vna scientia: quia aliunde pōt diuersificari. ¶ Tamen vt plenus soluatur argumētum dico ꝙ deus non est subiectum immediate ⁊ nego auerroym in illo cōmento. Tum vero dicit auerroys ꝙ mediata non probat deum esse ⁊ postea dicit auerroys ꝙ metaphisica non probat deum esse sed phisica.

Contra ꝙ subiectum nō probetur in aliqua scientia hoc est propter primitatē subiecti in scientia qā ante omnia p̄supponitur sed maiorem primitatem habet aliquid ad scientiam posteriorē ꝯ ad priorem/vel saltē non minorē. Cum ergo per te deꝰ habeat primitatē indemonstrabilē per metaphisicam que tamē est simpliciter prior multo fortius talem primitatem habebit ad phisicam ꝙ per ipsam non poterit demonstrari. Preterea si phica demōstrat subiectum mediante per cōsequēs demonstrat primum principium metaphisice cōfectum ex illo subiecto ergo est simp̄r prior metaphisica et subalternat sibi eam qđ est falsum. Itē ex proprietate qualibet in effectu equaliter dependente a causa possum? concludere causam esse: sed motus non solū est pro prietas in effectu dependens a causa: sed sunt multe alie cuiusmodi sunt proprietates metaphisice distincte ꝯtum ad aliquas sui partes/que sonant imperfectiones in tantis necessario dependentibus a summo pfecto/ ergo metaphisicus ita bene demōstrat deum sicut phisicus: immo potius vt videt. ¶ Dico igitur ꝙ vterq; dicit falsum possibile enim est ꝙ scientia demonstret subiectum esse a posteriori ꝙz est vt forte etiam propter quid non tamen loquēdo de esse quidditativo secūdum ꝙ precognoscitur de eo si est scīm ꝙ huiusmodi sed de eē in effectu ⁊ in re. Tamen teneo cū Auicēna ꝙ deus non est subiectum in metaphisica nec in aliqua scientia naturaliter acquisita quia qualibet tali oportet ꝙ subiectū primū possit esse statim notū per viam sensus sicut patet inducēdo in aljs deus autē nō est statim notus ex sensibus ꝯtum ad illud ꝙ primū ⁊ proprū occurrit de deo puta ꝙ sit summū vel maximū ens Sed si hoc cognoscitur hoc est ex cōparatione ad entia et discursu quodā quare ⁊c. ¶ Ad tertū dico ꝙ nō sicut se habet potētia ad obiectū ⁊ ecōuerso/ita se habet scientia ad subiectum ⁊ ecōuerso: qz sicut dictū est supra non mēsurat potētiam nec continet ipsam virtualiter sicut subiectū scientiā. Sed subiectū vel obiectū cōparatur ad potētiam vt motiuum ad mobile modo planū est ꝙ eiusdē mobilis possunt esse plura motiua/⁊ quodlibet per rationē propriam nō ordinatam ⁊ ideo potētie sic mobili a pluribus nō potest alteri illorum assignari pro primo per se obiecto adequato sed oportet ꝙ cōmune omnibus. Eiusdē autem mēsurabilis ⁊ causati nō sic sunt plures cause ⁊ mēsure in eodē genere nō or

ꝙ deꝰ nō subiectū in aliqua scīa naturaliter acquisita.

dinate ⁊ totales ⁊ ideo oportet q̄ obiectū scientie sit bonum quasi mēsurans ipsum ⁊ continēs virtus liter: quia nō est maior vnitas in mēsurato ⁊ causato q̄z in mēsura ⁊ causa. Non ergo oportet q̄ obiectum primū scientie vnius p̄ se sit aliud cōmune/sicut obiectū scientie: licet sit simile vtrobiq̄ inter potētiam ⁊ hoc obiectū ⁊ scientiā ⁊ subiectū q̄tū ad terminationem actus quia vterq̄ terminat actum vtriusq̄. Tu dicis primo. In sciētijs cōmuniter assignātur obiecta p̄munia ꝑm predicationē sicut in metaphisica ens ⁊ in p̄hica naturali ens mobile vel corpus. Dico breuiter q̄ vel tales scientie nō sunt vne simpliciter ⁊ ꝑm speciem: sed bene ꝑm genus ⁊ subiecto ⁊ ordine/⁊ vel illa subiecta non habēt cōpletam rationē subiecti sed deficiunt eis due cōditiones subiecti scz mēsurare ⁊ virtualiter continere licet eis ꝓueniat tertia scilicet terminare actum.

Ad 4. ⁊ reliqua. Etiam potest dici q̄ potētia est maior ambitus q̄z scientia: ideo nō oportet esse totam vnitatē in obiecto potētie sicut scientie. ¶ Ad quartā patet ex p̄dictis. vno modo scientia p̄obat suū subiectum et nō est de dicto cōmentatoris in solutione argumēti. Ad quintum de subalternatione dico q̄ istud argumētum est contra illam opinionē que ponit ens esse subiectū metaphisice que tñ p̄munis est ⁊ vera Ex hoc enī sequitur q̄ oēs scientie subalternātur metaphisice sicut ⁊ subiecta earum continētur sub ente: qđ tñ est falsū. Et ideo dico q̄ ad subalternationē scientie nō sufficit q̄ subiectum cōtineat sub subiecto: sed requiritur q̄ sciētia accipiat sua p̄incipia ab alia/sicut perspectiua a geometria qđ non facit theologia a metaphisica sed procedit ex p̄ncipijs ideo nō subalternat sibi. ¶ Ad sextū dico q̄ ipsum cōcludit q̄ deus nō potest esse primū subiectum alicuius sciētie naturaliter ⁊ ex meris possibilibus naturalibus habēt sed bene scientie reuelate vel depēdētes ex reuelatis cuiusmodi est theologia nostra vel theologia superior que nō potest haberi ī lumine naturali/⁊ oīa naturaliter: quare ⁊c. Quia de talibus nō oportet q̄ subiectus sit primo notū ⁊ statim possit haberi ex sensibus vel diceduz est q̄ nō oportet subiectum scientie esse primo notū simpliciter sed scōm q̄ est subiectū in tali sciētia ita q̄ etiam potest accipi noticia eius ex alio obiecto cognito sicut etiā videmus q̄ substātia p̄supponit cognitionē accidētis: ideo non valet.

ad rōnes p̄ncipales. ¶ Ad p̄mum p̄ncipale dico q̄ forma simpliciter simplex cuiusmodi est de⁹ non potest esse subiectum respectiuum ⁊ pfectibile per aliud ad qđ sit in potētia. tunc enī esset alteri cōponibile ⁊ nō simpliciter simplex: sed bene potest esse esse subiectū circa quod vel de quo sit aliqua scientia: quia hoc nichil nouum receptū ponit ī eo ⁊ stat cum omnimoda simplicitate. ¶ Ad secundum dico q̄ materia que est pars cōpositi ⁊ finis ⁊ efficiens nō coincidūt sed materia circa quā per modū obiecti bene coincidūt ⁊ ideꝫ numero hmōi autē materia est deus respectu huius sciētie nō distinguēdo modo inter materiā ⁊ subiectus. ¶ Ad tertiū dico primo q̄ obiecto scientie accidit q̄ habeat p̄ncipia ita q̄ accidit sciētie ⁊ demōstrationi ꝑm q̄ huiusmodi/q̄ sit ex p̄ncipijs vel ex causis/sed hoc solum verū est ⁊ tenet in scientia de obiecto causato ⁊ p̄ncipiato/sicut dicetur infra vel dic q̄ licet de⁹ non habeat p̄ncipia inesse ⁊ sit in p̄ncipiatus tñ in se habet aliqua per que possunt aliqua demōstrari de eo/⁊ de quibus possunt formari propositiōes immediate ad cōcludēdum metaphisicas/⁊ a p̄iori/⁊ sic cuiuslibet entis q̄tūcunq̄ primo possunt esse p̄ncipia. De partibus etiaz dico q̄ hoc accidit scientie absolute loquendo q̄ subiectū habeat partes siue integrales siue subiectiuas/⁊ per cōsequēs accidit sibi q̄ obiectū suū per se sit vniuersale ⁊ cōuenit hoc scientie de scibilibus creatis. Vel potest dici q̄ quasi partes subiectiue ipsius dei sunt tres persone. ¶ Ad illud de passionibus dico q̄ diuisa essentia hz multas pfectiones quasi passiones quomodocūq̄ distinguanē abinuicē q̄ sufficiunt ad veraz demonstrationē de ipsis. ¶ Ad vltimū dico q̄ de⁹ nō habet quid est diffinitiuū: quia tūc esset limitatus ad genus ⁊ differētiam quia oīs diffinitio stricte accepta est ex genere ⁊ differētia bene tñ habet quidditatē ⁊ conceptū quidditatiuū essentie sue et hoc sufficit ad demōstrationē ⁊ scientiā de isto habendam. Sic de isto.

¶ Quarta questio p̄logalis seu introductoria in p̄mum sententiarum.

Quarto q̄ro vtruz deus sit subiectū theologie p̄ p̄priā rationē diuinitatis. ¶ Et arguit primo q̄ nō: qz sciētie specialis debet eē subiectū sub ratiōe speciali ⁊ absoluta: sed ratio diuinitatis nō est ratio cōtracta: sed magis absoluta: ꝑ ⁊c. ¶ Secundo sic. Nobilissima scientia debet habere subiectū sub ratione nobilissima: sed hec est ratio bonitatis ⁊ nō ratio diuinitatis: qz ratio bonitatis ⁊ ratio finis idem dicit. Bonū enī ⁊ finis idem. 2. metaphisice. Qz autē ratio finis sit nobilissima patet p̄ Auicēnā 6. metaphisice qui dicit q̄ si esset aliqua scientia de fine illa esset nobilissima: ꝑ ⁊c. ¶ Tertio sic. Illa ratio que ex se formaliter ⁊ intrinsece est infinita nō est ratio obiectiua scientie finite cū enī obiectoꝝ pfectiones denominēt scientias ⁊ sciētie denominētur ab obiectis sequerē q̄ scientia finita esset infinita qđ est contradictio sed ratio diuinitatis est huiusmodi ꝑ ⁊c. ¶ Itez quarto sub eadē ratione nō videtur esse obiectū scientie in create et huiꝰ scientie create. tunc enī nō esset p̄portio inter scientias ⁊ obiecta: sed de⁹ sub ratione diuinitatis est obiectus scientie sue: ꝑ ⁊c. ¶ Confirmat qz dicit Hugo de sacramētis in principio q̄ opera restaurationis sunt hoc subiectū: ergo deus inq̄tum incarnatus ē caput ecclesie: quare ⁊c.

2. metha. Auicēna Hugo de sacramētis. Cassiodorus.

¶ Contra Cognitio alicuiꝰ sub ratiōe cōtracta p̄supponit cognitionē eius sub ratione absoluta: sicut patet de cognitione lineevisualis/que p̄supponit cognitionē ⁊ sciētiā de linea absolute per geometriā. Si ꝑ ⁊ deus eēt subiectū sub aliqua ratiōe cōtracta/⁊ nō sub ratione absoluta diuinitatis theologia p̄supponeret aliquā scientiā p̄riorē de deo: hoc est falsum: ꝑ ⁊c.

¶ In ista questione sic p̄cedā ¶ Primo ponā opiniones circa eā. ¶ Secūdo arguam cōtra eas ponēdo altā que tñ magis placet. ¶ Tertio respondeo ad rōnes eoꝝ. ¶ Quarto inquirā an theologia sit de oībus per attributionem ad deū sub ratione diuinitatis. ¶ Et quinto ad rationes speciales.

De⁹ an p̄ p̄priā rōnē diuinitatis sit subiectū theologie 1. opi.

¶ Quātum ad primū est quedam opinio q̄ deus ꝑm rationē diuinitatis nō est subiectū in theologia qđ ꝓbant. Tum quia deus sub ratione diuinitatis est subiectū vni⁹ partis metaphisice puta que tradit in. xij. ergo nō theologie. Antecedēs patet/cōsequētia p̄batur: qz quecūq̄ due scientie sunt de eodē obiecto ⁊ ꝑm eandē rōnem possunt haberi de eodē in eodē lumine vt videt: quia cozrespondētia est inter habitus lumina ⁊ obiecta. Si ꝑ metaphisica possit haberi in lumine naturali: ꝑ ⁊ theologia hoc est falsū ergo ⁊c. ¶ Item quādocūq̄ aliquod obiectū ꝑm p̄priā rationē est contētiuum omnium ⁊ se extēdit ad oīa/etiā scientia que est de ipso ꝑm illam rationē de eadē se extēdit vel saltē non repugnat sibi hoc. Sed deus p̄ p̄priaz rationē diuinitatis oīa cōtinet tam intrinseca q̄ extrinseca q̄ ergo theologia est de deo ꝑm p̄priam rationē diuinitatis/ipsa se extendit ad infinita cognoscēda ꝑm p̄prias ratiōes: hoc est falsum: quia tūc esset infinita. ¶ Confirmat q̄ si ratio formalis obiectiua theologie vel visionis beatifice esset diuinitas vl̄ aliqua ratio formaliter infinita sequerē q̄ actus noticie vel visionis crea te esset infinitus intēsiue q̄ cū sit ipossibilis processus in infinitū in speciebus/⁊ actus diuersificētur ⁊ nobilitētur ex obiectis/sequerē q̄ actus diuine visiōis excederet aliquē actū noticie respectu creature in infinitū/et q̄ esset nobilioz infinitis actib⁹ varijs ꝑm speciem/⁊ per consequēs q̄ esset actu infinitus. Et hoc argumentū adduci potest de ratione obiectiua fruitionis vie vel patrie q̄ non sit aliqua ratio formaliter infinita ⁊ est quasi cōtra oēm opinionē ⁊ hoc argumētum eque cōcludit dato q̄ nō sit possibilis p̄cessus in infinitū: qz licet non sit possibilis dato tñ hoc p̄ impossibile adhuc excederet talis actus vt videt. Posset autez dici q̄ ratio nō concludit infinitatē actus: quia licet ceteris paribus talis actus esset nobilioz infinitis actib⁹/nō tñ contineret eos pfectionaliter nec excederet quēlibet impropoztionabiliter/sicut actus diuini intellectus sed quēlibet ꝑm p̄portionē determinatam quare ⁊c. Vel sicut dicetur infra tractādo de caritate nobilitas maioꝝ obiecti nō semp tantā nobilitatē in sciētia/nec sic oportet subiectū ⁊ scientiā cōmēsurari semp: sed tantū modo obiectū infinitū et scientiā increatā diuinā/nō autē scientiā creatā q̄ excedit ab obiecto. Vñ licet ceteris paribus talis essentia esset nobilioz alijs quodāmodo intēsiue ⁊ extēsiue: nō tñ simpliciter ⁊ absolute infinita eēt. ¶ Itē tertio. Ratio obiectiua sciētie debat accipi ꝑm exigentiā finis illi⁹ sciētie vt ptz: qz scies nō versat circa obiectū nisi ꝓpter finē ipm: sed ratio diuinitatis nō est ratio deifica ꝑm exigentiā finis theologie: sed magis rō boni finis/sed theologia est amoz vel caritas qz finis p̄cepti est caritas q̄ p se respicit bonū p̄ p se obiecto: ⁊ nihil nisi ꝑm rōnē boni: ꝑ ⁊c.

¶ Itē quarto obiecta noticie nunq̄ excedūt virtutē luminis cozrespōdētis illi noticie sicut ipossibile est q̄ aliqđ habeat rōnē obiecti visibilis ⁊ excedat lumē sensus visus. Sed rō diuinitatis cū sit infinita simpl̄r excedit lumē quodcūq̄ in nobis siue naturale siue infusuz: ꝑ ⁊c. ¶ Dicit ꝑ q̄ ipossibile est rōnē diuinitatis esse rōnē formalē obiecti theologie: sed oportet aliam assignare. ¶ In assignando autem sunt tot sciētie quot capita. Quidā enī dicunt q̄ deus est subiectū theologie sub rōne bonitatis vel rōne finis. ¶ Alij q̄ inq̄tū glorificator vel reparator. ¶ Alij q̄ est subiectū p̄ vnā rōnē finitā quā ponūt in deo ex natura rei ls sit materialr vel fundamētaliter infinita quā ponūt obijci scientie beatoꝝ ⁊ ipsi theologie qz nō possunt videre q̄ sciētie vl̄ noticie formalr finite sit obiectiua iō formaliter infinita. ¶ Propter qđ etiā dicit vnus doctor ī suo quolibeto q̄ de⁹ nō sub eadē rōne est obiectū sciētie sue p̄rie ⁊ sciētie beatoꝝ ⁊ viatoꝝ: qz est obiectū sciētie sue ꝑm suā infinitatē/ita rō infinitatis est rō formalis obiecti sciētie diuine ⁊ ab ipsa infinitate formalit sciētia ei⁹: sed ipe de⁹ ꝑm rōnē sue eētie est obiectū sciētie create: sic q̄ ls infinitas cōcomitet: nō tñ est rō formalis obiectiua: nec ab ipsa formenr ⁊ mouenr isti p̄ tres vltias rōnes. ¶ Alij dicūt q̄ sub rōne credibilis qz sub ista rōne est obiectū fidei q̄ p theologiā nutrit/gignit/defēdit ⁊ roborat. ¶ Alij q̄ sub rōne nō apparētis: qz theologia est sciētia nō euidēs ex obiecto. ¶ Alij sicut Thomas ī p̄ma pte summe q̄stione p̄ma q̄ aliquid in q̄tū supnaturaliter reuelatū: qz p̄ istā rōnē saluat veritatē theologie. Et tñ postea dicit ibidē q̄ de⁹ sub ⁊ p̄ rōnē diuinitatis est subiectū: qz ipa ē p̄ quā oīa p̄sidrata attribuunt sibi ⁊ reducunt ī ip sum attribuunt sibi. vñ nō videt q̄ ip se dicat p̄ir.

Resolutio. 1. opi.

variē opi. de ratiōe formali obiecti theologie.

¶ Sed cōtra oēs istas opiniones arguo. Et p̄io q̄ de⁹ nō sit subiectū theologie sub rōne bonitatis ꝓ q̄to bonitas dicit rōnē distincta ab eētia vel diuinitate. Secio p̄ia sciētia simpliciter non respicit obiectū suū sub rōne formali obiectiua secūdaria sed sub rōne p̄ma: sed theologia nō distinguēdo modo de theologia: sz accipiēdo eā ꝑm gen⁹ suū ⁊ cōtet est p̄ma sciētia simpl̄r ⁊ summa vt patet. Ratio autē bonitatis est rō secūdaria ⁊ posterioꝝ rōne entitatis diuine vel deitatis: ꝑ ⁊c. ¶ Itē bonitas habet rōnē passiōis respectu alicui⁹ p̄rioris rōnis ī deo qūocūq̄ distinguat ergo nō p̄t esse rō primi subiecti: qz tūc oporteret dare aliquā p̄riorē scientiā ipsa theologia ꝑm totū gen⁹ q̄ respiceret p̄riorē rōnē sicut sibi p̄ se obiectiuā ⁊ primo. ¶ Itē cognitio ei⁹ qđ est qđ quid est p fectissima. 7. metha. ⁊ p̄ia. ⁊ p̄ oīs ratio quidditatiua est rō primi obiecti: ſz nec bonitas nec etiā q̄cūq̄ ratio attributalis siue q̄cūq̄ alia distincta abeētate est rō ei⁹ quicqđ est nec cognitio talis ē cognitio qđ qđ est ꝑ nec aliqua talis rō est obiectiua. Sicut enī si esset dare supmā ⁊ pfectissimā sciētiaz de hoīe in genere suo vel ꝑm gen⁹/illa nō esset de hoīe ꝑm rationē generalē: qz esset cōfusa ⁊ indistincta/nec ꝑm rōnē passionis: qz p̄supponeret scientiā per rationē quidditatiuā: nec sub rōne alicui⁹ respect⁹ vel negationis: qz p̄supponeret noticiā de ip so ꝑm rationē fundamēti vel alicui⁹ positiui sed de hoīe ꝑm rationē quidditatiuā ita hoc in ꝓposito. ¶ Ex quo ptz q̄ nulla ratio quis cōitate p̄dicationis vel

3 p̄cedē. opi.

7. meta.

Correlarium.

veritatis pōt esse ratio obiectiua theologie. Tum qz nulla talis ꝓtinet virtualiť ſ̄itates theologicas Tū qz theologia nō eēt nisi noticia ꝓfusa ꝛ idistincta. Tū qz etiā rones cōmunes nō sunt soli deo naturaliť note nec etiā aliqua ratio attributalis vŕ q cūq posteriox rone quidditatiua. Hā eūdē ordinē hńt inter se iste rones ad primā qū ocūq distinguātur ac si realiť distinguerenť:ꝛ ideo cū ipossibile sit vbi realiť distinguunť q aliqua posterior rō ipa qd ditatiua sit formalis ratio obiectiua ꝛ prima alicuius scietie prime de hńte ipsam. Ita ipossibile est hec in deo dato q sim rōnē tantūmō distinguanť.

q de⁹ sub rone glorificationis/crediblis/ dilibiľ ꝛc. nō ē subiectum theo.

¶ Secūdo ꝓbo q de⁹ sub rone glorificatiōis credibilis/ diligibilis/ vel capitis seu repatiōis siue reuelabilis nō sit subiectū theologie. Et siť de oibus talib⁹ q̄ dicūt respect⁹ rōnis ad extra qz sciētia q̄ ꝓsiderat subiectū suū sm respectū rōnis/ita q ratio ei⁹ formalis obiectiua est aliqd rōnis tm̄ est sciēta rōnalis ꝛ non realis. Hec ptz de logica oēs illi respect⁹ p̄dicti ꝛ etiā respect⁹ cuiuscūq causalitatis dei ad creaturā est respect⁹ mere rōnis:qz dei ad creaturā est relatio rōnis:vt ptz.ꝑ ꝛc. Et nota hic q etiā ens rōnis nō est ī deo formaliť:qz relatio rōnis si sit aliqđ ens illud est diminutū ꝛ imꝑfectissimū qđ nō cōuenit deo formaliter. ¶ Iterū ꝓbať qz nulla talis rō facit p se vnū ꝛceptū cū deo p accidēs vnū sic ens rōnis cū ente reali:ꝑ ipossibile est q sit rō obiectiua sm quē de⁹ est subiectū in theologia qz vel theologia esset mere sciētia rōnis:vŕ oporteret necessario p̄supponere alias duas q̄ essent de ꝓtib⁹ hui⁹ ꝛceptus vni⁹ p accidēs hec duo sunt falsa sicut patet. ¶ Si dicas q ista nō dicūt respect⁹ rōnis sed aliquā rōnē substractā:tūc habeo ꝓpositū q sub ratione vel per rationē diuinitatis;quia isto modo accipiendo eodē modo est deus ꝛ redibilis ꝛ glorificator exist̄ēte deitate tanq̄ substracto seu fundamento istorum respectuum.

q rō sit apparēťz nō ē obiectū theo.

¶ Tertio ꝓbo q ratio nō apparētis nō pōt esse ratio obiectiua formalis theologie. Impossibile est q nemo sit ꝑia rō obiectiua formalis alicui⁹ ꝓsitiui de nō ente essi formaliter nō est sciētia ꝑio posterior. Negatio autē est formaliter ꝛ intrīsece nō ens ſ̄ theologia est habitus ꝓsitiuus vt ptz:ꝑ ꝛc. ¶ Itē nemo nō nisi p affirmationē cognoscit/ꝑ ipossibile est q sit ratio ꝑma formalis obiectiua alicui⁹ noticie vŕ scie quare ꝛc.

q de⁹ nō est subiectū theo. sub rone finiti ꝛc.

vnum primum obiectum incōplexuz sicut potētia ipa a quo eēnt z dicerentur vnū. ¶ Ideo dico q̄ non est simile de potētia z habitu sicut dictū est supra in secunda questione. Potentia essiue est magis illimitata/ z ad plura se extendit potest manere vna z manet vna q̄tūcunq; varietur actus z p cōsequēs habitus: z ideo potest sibi assignari obiectum vnum ex cuius vnitate dicatur vna q̄tūcunq; se extendat ad omnia sic aūt nō est de actu z habitu. ¶ Preterea dico q̄ primū obiectum habitꝰ nostri vnius scientialis est vnū necessario z illud voco vnam conclusionē deductam cuiꝰ vnitas necessario requiritur ad vnitatem potentie: saltē in potentijs inferioribus z minus illimitatis z magis artatis. Quicquid sit de potentijs superioribꝰ cuiusmodi sunt intellectus z voluntas quarū forte i creaturis non est assignare aliquod vnū principiū obiectum hoc tamen nō assero nec oppositum.

Reso. doctoris. ¶ Sic ergo dico q̄ ad vnitatē scientie nostre necessario requiritur vnitas cōclusionis z per ꝑs vnitas subiecti qz ex subiecto nō vno non potest fieri propositio vel cōclusio sicut patet. ¶ Dico scdo q̄ vnitas subiecti vel conclusionis nō sufficit ad vnitatem scientie licz necessario requiratur: sed cū hoc requirit vnitas medij vel principij. Nam sicut dictum est supra de eadem questione pōt esse scientie diuerse puta naturalis z mathematica eadem enim conclusio de rotunditate terre ꝓbatur naturalis p medium naturale puta per equalē tendentiā partium terre ad centrum: qz sunt partes grauis homogenei puta terre z methaphisicus/puta astrologus per ortū vel occasum signorum vel astrorū. ergo ꝛc. ¶ Itē certū est q̄ aliqua cōclusio eadem demōstrari pōt ꝓpter quid z quia z p ꝑs sciri: sed non est eadez scientia propter quid z quia ergo ad vnitatem scientie non sufficit vnitas cōclusionis vel obiecti seu subiecti. ¶ Item eadem cōclusio penitus demōstratur per plures causas sicut p causam finalē solū vel p causam efficientem solum vel per formā solum: ergo z stat q̄ iste demonstrationes nō sunt eedē nec p ꝑs scientie iste. ¶ Item de eodem obiecto est fides z visio z tñ non sunt vna noticia nec eiusdē rōnis qz visio est noticia imediata facialis z fides habz autoritatem pro medio: ergo a simili noticia quarum vna est mediata per istud medium z alia p aliud medium non sunt eiusdē rationis nec eadē scientia hoc patet etiā sexto methaphisice vbi Aristoteles ꝓpter diuersum modum diffiniēdi idem z per ꝑs ꝓpter diuersas diffinitiones eiusdem q̄ diffinitiones dñt esse media diuersificat scientiā naturalem z methaphisicam: qz methaphisicus diffinit nō cōcernēdo materiam vt aquilum vel canum/naturalis vero z cōcernēdo materiā vt symū. ergo ꝛc. Tamen dico hic q̄ scientia ꝓpter q̄d perfecta z cōpleta cuiꝰ medius est diffinitio ex oibus causis: vel cuius mediū est omnes cause simul accepte nō pōt variari ex medio: sed sicut est idem subiectum: ita idem medium quia ipossibile est diffinitionē completam pfectaz eiusdem esse nisi vnam: qz sibi adequate correspondet quiditas illius diffiniti impossibile est ēm esse plura media cōplectētia omnes causas qz tūc neutrum complecteretur oēs causas. Sed dico q̄ siue scientia propter quid impfecta que solus habetur per alteram causarū, vel scientia propter quid; z qz

6. meth.

vel scīe quia de eadem conclusione possunt variari ex medys stante idēptitate subiecti z conclusionis. Ad vnitatem ergo scientie specificā loquendo de specie specialissima necessario requritur vnitas non solum conclusionis z subiecti verū etiā vnitas medij. Et nota hic q̄ in genere abstractuarum non plurificantur specie tales scientie de eodem obiecto per idem medium perfectum licet bene in genere scīētie absolute possint plurificari si vna sit ītuitiua z alia abstractiua. ¶ Tertio dicunt aliqui q̄ etiam requiritur vnitas luminis/ licet vnitas luis sine ꝑdictis nunq̄ sufficiat sicut ꝓbatus est supra q̄ scīm ipos si est diuersitas luminū q̄ sit eadem conclusio z idem medium: non tamē est scīētia sicut probant de scientia btōrum: quam habent de aliqua cōclusione eadem q̄ sit aliquis viator: puta q̄ triāgulus habet tres in qua idem subiectū triāgulus scilicet z idem ꝑdicatum z tamē scīētia beati z scientia viatorum nō sunt eiusdem rōnis: qz si arguerez in infinitum infra ꝓtiam pfectionē num q̄ posset cē ita perfecta sicut scīētia beati z cōprehensoris quam habet de eadē cōclusione. ¶ Preterea effectꝰ videtur diuersificari ex suis p se causis diuersificatis: sed lumē est per se causa scientie vel habitus z actus scīētialis vt videtur. Videmꝰ enim de lumine intellectus agētis q̄ est p se causa actus intelligēdi quia est quo est per se omnia facere sicut possibilis quo est omnia fieri vt dicit tertio de aīa intellectus agēs z ipm lumen naturale itel lectus idē sunt. ergo diuersificato lumine diuersificaz necessario actꝰ z habitꝰ scīētialis. ergo ad vnitatem requiritur p se vnitas luminis. quare ꝛc.

Quid ad vnitatez scientie.

Et requirit vnitas luminis q̄ aliquos.

¶ Sed cōtra videretur alicui ex dictis aliquoz quia lumē non est p se causa habitus vel actus scīētialis ī aliquo genere causē nō in genere causē materialis vel subiecti qz hec est causa intellectꝰ possibilis nec etiam dispositionis subiecti: qz intellectꝰ possibilis eoipo q̄ possibilis est dispositus imediate ad receptionē oīs actus z habitus mediāte actu qūocunq; intelligatur mediacio illa vel ad habitū vel mediāte ipo ad actum: quātum ad habitꝰ infusos. Propter hoc enim negant aliqui speciem impressam in intellectu ꝓtiozem naturaliter actu intelligendi: quia potentia habet ordinem immediatum ad actum. ¶ Iterum etiam quia pari ratione videtur eē imediate dispositus ad habitū vel actum sicut ad illud lumen: quia z ipm lumen habitus vel actus quidem est z ita nō oportz ponere lumen vt principium dispositiuum intellectus nec vt receptiuum actus vel habitus nec se habz etiaz vt efficiens ad actum vel habitus. Tum ēm eos quia tale lumen est indistinctum z vnum subiecto cū intellectu possibili z ita impossibile est q̄ moueat ipz ad actum. Tum qz etiam ēm eos intellectus agēs qui est ipm lumen naturale vel agit in fantasmatibus positiue sed tantum priuatiue vel segregatiue q̄ agendo per accidēs z remouēdo prohibēs z impedimētum vt fantasmata possint mouere intellectum. Tum qz videmus in isto lumine corporali q̄ put distinguit ab obiecto nec requirit ꝓpter obiectum nec propter visum sed propter medium disponēdum ita q̄ ad per se causalitatem effectiuam actus videdi videret sufficere obiectuz vel saltem potentia cum obiecto. Nam etiam lumen se habet in ratione cause finalis respectu habitus vel actꝰ.

ꝑ ꝑdicta de lumie ꝛc.

Patet nec ēm est finis quo habitꝰ/ qz ponit prius ipso habitu nec finis illius sed magis ipsum obiectū est finis illius/ z actus est finis quo ipsius habitus nec se habet in ratione forme respectu habitus nec forma ex qua cū aliquo materiali fiat ipse habitus qz accidētia nō sunt ꝓposita ex materia nec forme informātis ipsum: qz est prius ipso habitu subiectū autē prius est ipsa forma vel accidente suo: q̄ nullo modo ex diuersitate luminū debēt diuersificari habitus nec ad vnitatē habitꝰ requirit vnitas luminis. ¶ Preterea ex illo nō habet habitꝰ vnitatē sicut ex aliquo necessario ad eiꝰ vnitatē cui? solū est manifestare obiectū vel talē vnitatē habitꝰ: qz manifestare vnitatē nō est causare vnitatē sed presupponit eā sed de ratiōe luminis nō videt esse nisi quid manifestatiuū sicut in quo vel sub quo: q̄ non videt q̄ sit causatiuū distinctionis vel vnitatz ꝛc. sed talia manifestat. Quid autē sit veriꝰ vtrū ꝓpria opinio vel scōa sub dubio ad ꝑsens relinquat.

Qz ad vnitatē specificā habitus ꝛc. requirit vnitas specifica subiecti ꝛc.

¶ Quarto dicūt aliqui q̄ ad vnitatē specificā habitus vel actus scientifici requirit vnitas specifica subiecti imediati z proximi. Ratiō ēm sufficiēs diuersitatis effectꝰ est diuersitas materie vel subiecti vt dicūt. Sed videmus q̄ idē agēs in alia z alia materia facit effectꝰ alteriūs rationis. Sed istud nō reputo verū. Non ēm video quare plus ad vnitatē specificā habitus vel actus cognitiui requirat vnitas specifica subiecti q̄ ad vnitatē habitus appetitiui z de illo planū est q̄ nō requirit. Sed eadē est caritas vel eiusdē ꝑfice rationis in angelo z hoīe z beatitudo eiusdē rationis sicut in hoīe z hoīe vel angelo z angelo alias nunq̄ caritas hoīs posset equari caritati angeli si illa angeli esset alterius pfectiozis rōnis.

Summatio huius articuli.

¶ Qz dicūt de diuersitate materie vel diuersitate dispositionis eius q̄ sufficit ad variationē effectus dico q̄ nō est verū vniuersaliter ꝓcipue in primis accidētibus consequētibus totū cōpositū ēm multos saltē sicut videmus q̄ in hōmine z asino q̄tum cūq; sint substātia alterius specifice ratiōis z alterius tñ in eis recipitur quātitas eiusdē ratiōis. ita q̄ ad vnitatē specificā accidētis vel forme accidentalis nō requirit vnitas specifica subiecti sicut patet sed solū hoc oportet quādo subiectū determinat sibi tale accidēs per propriā rationē adequate vel tale accidēs determinat sibi tale subiectū adequate z precise sicut etiam diceretur de forma substantiali quacunq; que secundum rationem propriam specificam vel quasi specificā determinat sibi ꝓpriā materiā sic vel sic dispositā in forma est. Sed sic nō nō est de habitib? z actib? intellectiuis: qz dico q̄ ipa nō respiciūt determinate in subiecto hāc rationē specificā vel illā: qz tūc impossibile esset q̄ homo haberet aliquē ita nobilē habitū vel actū sicut angelus qō patet expresse falsum de aīa ꝓ ꝑt: sed respicit in subiectis natura generis quasi rationē recipiendi in eis naturā videlicet intellectualē in cōi que est eiusdez rationis in oibus: non tñ specifice.

¶ Dico igit q̄ ad vnitatē specificā actus vel habitus scīētifici nō necessario z vniuersaliter requirit vnitas specifica subiecti: sed ad eiꝰ vnitatē necessaria est vnitas obiecti vel subiecti primi z vnitas medij quicquid sit de lumine de quo ad presens sub dubio relinquat. Scientia diuina est vna realiter. Tū qz eadē cum essentia que est primū obiectū

Tum quia infinita in sua ratione. Tū qz adequās obiectū primū. Tū qz simplr prima. hec de scdo articulo quo scilicet z ex quibus dicatur esse vnus.

De vnitate theologie diuine.

¶ Tertius articulus est respōdere ad questionē de theologia. Et primo de vnitate eiꝰ. Et adhuc primo de vnitate theologie diuine quo est vna postea de theologia beatoz z tandē de theologia viatorū. ¶ De primo igit dico q̄ habitus diuine theologie vnꝰ est simpliciter z realiter infinit? z actus etiā ipsius q̄ est actus diuine intelligētie adequatꝰ quo oīa simul pfectissime scit z intelligit impfectiōis est ēm in potētia q̄ in ipsa possint succedere vel succedāt plures actus q̄ bus attingat modo ad vnū obiectū modo ad aliud sicut in nobis experimur: imo etiā impfectionis est in potētia q̄ in ipsa sint plures habitus z actus intellectuales ēm rem vbi autē actus z habitus ponitur infinitus z respectu obiecti primi infiniti, virtualiter vel pfectionaliter vel intelligibiliter cōtinētis oīa z totaliter cōprehēsi nō est necessariū: imo dico ipossibile est ponere plures actus realiter distinctos vel habitus eidē potētie cōuenientes qz vnicus adequat totū. Dices q̄ nō differūt realiter ꝛs formaliter ex natura rei. ¶ Scdo dico q̄ hoc est impossibile: qz ipossibile est ponere i deo distinctionē formalē absolutoz nisi illarū que ēm ꝓprias rationes quidditatiuas dicūt pfectiones simpliciter. Modo dicerez q̄ licet diuinū intelligēdum absolute acceptū dicat pfectionē simpliciter / non tū tale vl tale intelligere: z similiter de habitu intellectuali in q̄tum intelligere infra seipm distinguit specifice vel quasi specifice. Sz isto modo magis dicūt ista limitationē z imperfectionē z ideo nō pōt poni in deo talis distinctio nec in ipso est nisi vnū intelligere formaliter sicut nec realiter. Sic autē nō est in deo sed ibi est vnū intelligere formaliter infinitū z simpliciter ipsi potētie intellectiue adequatū qō est ipsi potētie idem realiter z etiam obiecto quomodocūq; aliter distinguātur. Similiter etiaz in deo est vna theologia z vnus habitus infinitus idem realiter cū potētia z obiecto z actu intelligēdi. Tamen dico q̄ secundum rationem z modū nostrum intelligendi iste habitus realiter vnus z idē sicut et actus intelligendi distinguitur in deo secūdum distinctionem obiectorum super que transit. Nam vt transit super quemlibet terminum incomplexum / et precipue super primum terminum vel obiectum quod est deus secundum rationem diuinitatis. Dicitur actus simplicis intelligentie z habitus sibi correspondens suo modo: secundum vero q̄ transit super principium complexum sicut dicitur habitus intellectus qui est principiozum z secundum diuersitatem principiozum: vt sic dico qō secundum rationem diuersificatur. Secundum vero q̄ transit z cadit super conclusionem deductam per processum demonstratiuum quantum ad theologiam necessariozum saltem dicitur proprie et vere scientia. Et dico quod diuersificatur secundum rationem et pluralitatem secundum distinctionem talium conclusionum. ¶ Et similiter theologia contingentium suo modo secundum diuersitatem vel distinctionem contingentium complexoz̄ ex quibuscunq; alijs deductoz̄um. Ita quod licet deus omnia sciat et intelligat vnico simplici habitu et actu realiter propter suam infinitam

actualitatē ⁊ perfectionem summam. Tamen secū dum rationē ⁊ modum intelligēdi nostrum qui cō surgit ex his que experimur sicut distinguñ in eo actus ⁊ habitus ⁊ habēt inter se similem ordinē ra tionis qualem ordinē realem habent vbi ista inue niunt distincta realiter sicut in nobis. Vnde ⁊ act⁹ vt cadit super simplicē terminum p̄ior est seipso se cūdum rationē: vt cadit super principium ⁊ vt sup principium q̄s vt cadit super conclusionē deducta ex principio etiam vt cadit sup vnam conclusionē p̄ior seipso sm rationē: vt cadit super aliam secun dum ordinē ipsarum conclusionum ⁊ etiam principi p̄ioꝝ suo modo. Et sic ptz de vnitate diuine theo logie in se.

De disti. theolo. di uine ab alijs.

¶ De distinctione eius ab alijs dico sicut dictum est su pra q̄ quia theologia dei est sibi omnis scientia nō includens imperfectionē hoc est dictu est sibi scien tia perfectissima de omni scibili per rationē diuini tatis que est obiectum primi ⁊ impossibile est pone re in eo aliam sciētiam accipiendo theologiam si cut supra accepi geometriam p̄o vno habitu secū dum quēdam ordinē complectentē ⁊ intelligētiam primi subiecti incomplexi ⁊ aliorum terminoꝝ ⁊ principioꝝ ex terminis ⁊ conclusionum ex princi pijs qui sunt realiter distincti actus vel habitus in geometria: non tamē in theologia dei: sed solum secundum rationē ⁊ modum intelligēdi. Dico con sequēter q̄ iste habitus vel actus theologicus di stinguitur ab omni alia scientia vel actu cognitiuo sicut intrinseca diuina distinguntur a quocūq; ex trinseco ⁊ a quocūq; non deo: quia ipsa complecti tur oēm actū vel habitum dei cognitiuum ⁊ sibi in trinsecum vt dictū est ⁊ patet ex p̄dictis.

De subal ternatiōe theo. diui ne respe ctu alia⁊ sciētiarū.

¶ De subalternatione eius respe ctu aliarū dico breuiter q̄ nec subalternat sibi aliam nec sub alternatur alicui. Q⁊ autem non subalterneť alicui patet: quia est simpliciter p̄ima in genere scientia rum sicut deus in genere entium. Est etiam nobilis sima ⁊ certissima q̄ nullam subalternat: que oēs conditiones ꝑpugnant scientie subalternate: vt pa tet. ¶ Q⁊ autem non subalternet sibi aliquam aliā scientiā difficilius est videre: quia eo ipso q̄ est p̄i ma ⁊ suprema ⁊ certissima respectu omnium alia⁊ videretur q̄ oēm aliam sibi subalternaret. Dico tñ q̄ nullam quia scientia subalternans ⁊ subalterna ta possunt haberi ab eodem intellectu. Quicūq; n. habēs scientiam subalternatam cognoscens tantū modo: quia de suis principijs potest vt videtur sci re propter quid de eisdem per subalternantem sed ista a nullo habēte alias sciētias formaliter potest haberi in eodem intellectu: ergo ⁊c.

¶ Preterea et est idem quasi. Habēs scientiā subalternā tem potest habere subalternatam vt videť: sed de⁹ hīs istā nullam aliā habere potest: ergo ⁊c. Tu dices q̄ immo subalternat sibi alias. Tum q⁊ ad ip sam resoluuntur principia aliarū. linea em̄ pfecti⁹ cognoscitur ꝑ rationē essentie diuine vise sicut co gnoscit eā deus q̄s per ꝑpriam rationē sicut cogno scit eā geometria: ⁊ ꝑ oēs principiū quodcūq; de li nea cognoscīť pfectius ꝑ theologiā dei q̄s ī geome tria. igit ad ipsas stat vltimata resolutio principio rū oīm aliarū scientiarū ⁊ ipsa omnē aliā subalter nat. Tum q⁊ etiā oībus alijs p̄stituit finē fuit; sic cut maxime architectonica q⁊ oīm est artifex ⁊ ma gistra. ¶ Dico hic q̄ primū non cōcludit. licet em̄ principia aliarū ⁊ prima obiecta incōplexa ⁊ simi liter termini ⁊ cōclusiones aliarū clarius ⁊ pfecti⁹ cognoscañ ꝑ illā q̄s ꝑ istas. Tñ alie sciētie ex seip sis vel ex alijs quib⁹ subalternātur quantū ad ipas habēdas certitudinaliter ⁊ sciētifice habēt: vñ co gnoscāt sua p̄ncipia ⁊ ex p̄ncipijs cōcludāt suas cōclusiones ꝓpr̄ias quib⁹ ꝓ̄o modo ⁊ qualitate sua. Excepta theologia nostra vie q̄ sicut dictū est supra ꝓprie loquēdo nō est sciētia: ⁊ ideo nec ex seip sa nec ex aliqua cui subalternetur habet hoc q̄ scie tifice cognoscat suas cōclusiones/nec sua principia euidēter de qua etiā ꝓbatū est supra q̄ nō subalter naň sciētie beatoꝝ. Preterea etiā dato ꝑ scientiā diuinā cognoscañ oīa clari⁹ ⁊ pfectius q̄s alias habēs tñ aliquā aliā nunq̄s pōt sua principia decla rare ꝑ ipsam: q⁊ nunq̄s pōt habere istā. Iterū etiaꝫ si clarioꝝ ⁊ minus clara noticia eiusdē sufficeret ad subalternationē tūc scientia alicui⁹ habētis aliquā scientiā puta geometriā min⁹ clare ⁊ pfecte subal ternareť sciētie habētis ipsam geometriam magis clare ⁊ pfecte eandē em̄ conclusionē ⁊ ꝑ idē mediū scit vnus magis clare ⁊ perfecte q̄s alius.

¶ Ad secundū dico q̄ ista sciētia bene ē principalis oīm ⁊ magi stra sed nō ꝓpter hoc sequiť q̄ ꝓprie subalternet sibi alias: licet sit superioꝝ ⁊ certioꝝ ⁊ p̄stituat finem aliꝫ quoquomodo sicut nec metaphisica licꝫ sit no bilioꝝ principalioꝝ aliꝫ ⁊ oibus supioꝝ ⁊ act⁹ ei⁹ sit finis oīm aliarū q⁊ ipsa sola libera est ⁊ ꝓpter se oēs autē alie ꝓpter ipsam sm Aristotelē sicut dī citur primo metaphisice nō tñ sibi oēs alias subal ternat. Sic igitur dico q̄ loquēdo ꝓprie de sub alternatione theologia dei nec subalternat sibi ali quem nec alicui subalternatur. I. metha.

¶ Sequitur de theologia beatoꝝ. Et quā dico primo q⁊ ⁊ si actus simplicis intelligentie obiecti diuini vel essentie diuine ⁊ omniū aliorum simpliciū per eā vt per rationē cognoscēdi ⁊ obie ctum primo cognitū est vnus ⁊ idem actus beatifi cus sm substātiam vel essentiam sicut videtur dice re. Augustin⁹ quītodecimo de trinitate/tñ loquēs sub dubio. Fortasse inquit ibi nō erūt cogitatiōes volubiles sed totā scientiā nostrā vnico intuitu vi debimus tñ iste actus variaň ⁊ plurificaň sm ratio nē ⁊ modū intelligēdi: sm q̄ cadit sup hoc vel illud obiectū/nō minus q̄s actus intelligēdi diuinus/im mo rōne fortioꝝ. Si ꝑ de actu isto dicaň q̄ est vn⁹ qui etiā ipsa cognitio matutina verbi ⁊ aliorum in verbo simplicium terminorum. De vnita te theolo gie beato rum. Augustī. Nō hec.

¶ Nota hic q̄ sicut dictū ē supra. Essentia diuina intuitiue vel abstractiue co gnita euidenter est rō intelligēdi oēs quidditates terminoꝝ ⁊ ꝓplexiones eoꝝ necessarias/⁊ ita vt vi deť oportet dicere q̄ idē sit actus vel habit⁹ beati quo cognoscit deū beatifice ⁊ oēs terminos ꝑ ipm ⁊ oēs necessarias ꝓplexiones eoꝝ sicut sunt princi pia siue ꝓclusiones/ita q̄ sciētia beatoꝝ in verbo cōformiter est vna simplex quātum ad actum sicut scientia dei et indistincta realiter: sed bene secun dum rationem: vt cadit super incomplexum et complexum quod est principium et postea super

conclusionem. Vnde theologia eoꝝ est vnus ac tus habens p̄o primo obiecto deum/ quod est ob iectum infinitum et hoc sufficit. Non enim oportet q̄ intelligentia principij vel conclusionis realiter distinguantur ab intelligentia simplicis termini vbi actus/ vel est idem potentie et primo obiecto ⁊ simpliciter infinitus sicut in deo vel vbi obiectum actus est infinitum clare et euidenter intellectum sicut in proposito. Sed vbi obiectum primum fini tum est hoc est necessariuꝫ ita q̄ circa idem obiectū primum non potest esse ibi idem actus qui sit intel ligentia terminoꝝ ⁊ principioꝝ et conclusio num. ¶ Et eodē modo dicas infra de scientia via toꝝ abstractiua possibili ꝓbata supertus cui⁹ obiectum primum est essentia diuina euidēter no ta: licet non viuiue sicut videtur in patria a beatis ⁊ hoc conformiter ad predicta. Si tamen non est ne cessarium q̄ sit ide m actus respectu omnium p̄e dictoꝝ sed solum respectu essentie diuine ⁊ sim plicium terminoꝝ sicut diceret aliquis. tunc di cēdum esset sicut hic in corpore questionis est nota tum. ¶ Et concordando hoc cum predictis dicere tur q̄ essentia diuina est qua cognoscuntur omnia predicta: sed nō vnico actu sed pluribus ordinatis quoꝝ p̄ior potest aliquo modo dici ratio respe ctu posteriorum. Quia tunc non esset necessariū q̄ videns diuinam essentiā videret omnes terminos ⁊ complexiones necessarias eoꝝ/cuius oppositum dictum est supra. ideo teneo me cum predictis sicut ⁊ Augustinus videtur dicere decimoquinto de trinitate capitulo decimoquarto. Forasse non erunt ibi volubiles cogitatiōes sed totam scientiā nostram vno simul intuitu videbimus hoc est vno actu. Ita q̄ omnis sciētia nostra in verbo erit vn⁹ actus simplex realiter indistinctus. Distinctus ta men secundum rationem eo modo ⁊ ordine quo de diuina scientia superius dicebatur: licet respectu complexoꝝ ⁊ incomplexoꝝ: principioꝝ et conclusionum. Nec intelligo q̄ habeant aliā theo logiam abstractiuam non ꝓpter incompossibilita tem visionis ⁊ theologie abstractiue/ sed quia nō est necesse hoc ponere: quia cum venerit quod per fectum est euacuabitur quod imperfectum est. Ha bent enim perfectam theologiam in verbo ⁊ nō in digent illa imperfecta. ¶ Tu dices q̄ beati habēt alias sciētias rerum in ꝓprio genere sicut geome triam ⁊ arismeticam: ergo a simili non est inconue niens ponere in eis vnam theologiam abstractiuā ꝑeter illam visiuam quam habēt in verbo. Dico q̄ licet sit possibile simpliciter nō est tamē conuenies nec necessariū: nec est simile de alijs sciētijs ⁊ theo logia. Cum enim theologia habeat p̄o primo ob iecto deū sufficienter: immo potissime habeť theo logia in ꝓprio genere quando habetur in ipso deo viso. Vnde inter theologiā visionis in verbo ⁊ in ꝓprio genere potissimam non cadit distinctio ꝑ ꝓprie licet bene sit distinctio inter visiuam ⁊ abstra ctiuam quas impossibile est easdem esse sicut dictū est supra.

¶ Quātum ad propositum etiam non est simile: quia omnis no ticia quā habēt de rebus in verbo est theologia ip soꝝ vel pertinens ad ipsam ⁊ ideo in verbo solū habent theologiam ⁊ nullam aliā scientiam ⁊ ideo valde congruum est ponere in ipsis alias scientias

De subal ternatiōe theo. beatoꝝ.

¶ Secundo dico q̄ nullam sibi subalternat primo quia si subalternaret sibi aliquam hoc maxime videretur de theologia nostra: sꝫ hoc est falsum: quia fi des non subalternatur scientie: sed scientia sciētie sicut probatum est supra: ergo ⁊c. Iterum sciēntia que nō est eiusdem per se ordinis cum alijs nō sub alternat sibi alias: quia subalternans ⁊ subalterna ta sunt essentialiter ordinate sicut p̄ioꝝ ⁊ posterioꝝ sed ista non est eius ordinis cum alijs: quia ipsa est visiua ⁊ alie abstractiue. Abstractiua autem vel in tuitiua accidentaliter ordinatur ergo ⁊c. Dico igi tur q̄ nec aliquā subalternat nec alicui subalternaň

¶ De vnitate theologie abstractiue via toꝝ que esset eis possi bilis euidēs ⁊ vere scientifice idem dicerem ꝑ om nia quantū ad ꝓclusiones q̄s ⁊ de theologia visiua beatoꝝ. Ultim ad eius vnitatē vel distinctionē ab alijs omnibus. ¶ Quod vero ad eius subalterna tionē dico q̄ nulli subalternaň ⁊ ꝓpter idem. Dico etiā q̄ nullā subalternat: ⁊ hoc maxime videret de theologia nostra sed hoc est falsuꝫ. Tum quia sunt eiusdē pbiecti primi ⁊ de eisdē veritatibus primis vna euidēter ⁊alia nō euidēter. Tum q⁊ theologia nostra nō est sciētia ꝓprie dicta nec pōt eē quocūq; supueniente sicut dictum est supra: quare ⁊c. ¶ De theologia nostra que habeť a doctoribus modo di co primo p̄mittēdo quomodo ītellectio sui obiecti primi. s. dei sit vna in nobis vtrū vno actu simplici ⁊ indiuisibili ītelligamus ipm vel nō: sed magis cō ceptu aggregato ex multis intelligēdo illa vel etiā remouēdo impfectiones vel quomodocūq; aliter: q⁊ de hoc dicek infra distinctione tertia de habitu acquisito suoꝝ principioꝝ vel quasi principioꝝ. ¶ Ex quib⁹ deducit suas cōclusiones q̄ nō est sim pliciter vn⁹ ⁊ indiuisibilis sed multiplicaň ⁊ distin guiť sm distinctionē ipsoꝝ p̄ncipioꝝ ⁊ taliū cō plexoꝝ ⁊ potest vn⁹ acquiri sine alio ꝑ frequētē cō sideratione de vno ⁊ non de alio siue principia sint articuli fidei siue non ⁊ vnus instruit de vno et nō de alio sicut dictum est supra de habitu princi pioꝝ in scientijs alijs. Ita dico hic et loquor

De vnita te ⁊ subal ternatiōe abstracti. viatoꝝ.

De vnita te theolo. ⁊ viatoꝝ habite a doctori bus.

de habitu acquisito. ¶ De habitu infuso qui ē fides respectu articulorum fidei virum oporteat ipsum multiplicari vel non diceretur infra soluēdo quod dam argumentum quod est contra me supra factū. Et isti sunt plures habitus sic ordinati suo modo/ sicut prima obiecta ipsorum que sunt ipsa complexa que ponuntur in theologia quasi principia/ex q̄ bus deducuntur alia sicut conclusiones. ¶ Similiter videtur michi dicendum q̄ theologia quā accipio pro habitu cōclusionum deductarum ex predictis principijs non est vnus habitus simpliciter indistinctus ꝛ specie specialissima: sed est multi habitus vel aggregatus ex multis habitibus partibus specifice distinctis secūdum pluralitatem ꝛ distinctionem conclusionum predictarum habētium aliquem ordinem inter se aliqualem. Et similiter habitus isti ordinantur ad constituendum vnum habitum totalem complectentem non solum tales habitus conclusionum deductarum sed etiam principiorum ex quibus deducūtur ꝛ ipsas noticias terminorum/inter quas noticia sui subiecti puta dei est simpliciter prima inter noticias aliorū vt theologice cognitarum ꝛ respectu huius totalis habitus positum est supra deum esse subiectum vel obiectum primum: quia simpliciter primum obiectuꝫ prime noticie incōplexe ad theologuꝫ secūdum qđ huiusmodi pertinentis quomodocūq; illa noticia sit vna quod discurrendum ad presens relinquetur Ita q̄ theologia nostra nō est vna nisi ordine quodam sicut etiam geometria ꝛ acquiritur ꝛ potest acquiri ꝛ haberi habitus vel actus vnius conclusionis ꝛ ignorari alia prioris saltem conclusionis sine habitu posteriorꝭ. ¶ Ex quo sequitur necessario q̄ non sunt vnus habitus simpliciter indistinctus ꝛ indiuisibilis nisi idē sine seipso habeatur vel etiā acquiratur. Et hoc de vnitate eius sufficiat. Q̄ autem sit ab oīnibus aliis distincta patet. Tum quia ipsa est ineuidens ꝛ alie euidentes Tum quia nulla alia humanitus inuenta habet deum sub ratione deitatis pro subiecto sicut ostensum est supra. Tum quia ipsa est nulla alia humanitus possibilis est de soli deo naturaliter notis sicut ista. Tum qꝛ omnes alie possunt habere certitudinem sibi debitam sine omni fide. Ista autem non: quare ꝛc.

De subalternatiõe theo. hite a doctoribus.

¶ **De subalternatione** eius dico q̄ nulli subalternatur breuiter nec sciētie dei nec beatorum sicut probatum est supra nec illi abstractiue possibili sicut probatum est supra: quia illa nullam subalternat: nec etiam alicui scientie humane subalternatur: quia hoc maxime videretur de metaphisica/ non est autem hoc verum. Tum quia licet subiectū eius cōtineatur sub subiecto metaphisice sicut sub quodam vniuersali scilicet sub ente tamen non addit aliquid extra rationem entis quia nihil effugit rationem entis: quia de oībus predicatur ens quid ditatiue saltem secundum conclusionem ꝛ opinionem licet non asserā hoc: qꝛ bene dubito de hoc subiectum autem subalternate addit aliquid extra rationem subiecti ipsius subalternantis sicut lineavisibilis super lineam. Tum quia non accipit sua p̄ncipia a metaphisica ad probandum suas conclusiones potissimas: vt q̄ deus est trinus ꝛ vnus et huiusmodi: quia hoc non potest continere eis nec aliquod principium metaphisicum sicut dictum est supra. Tum quia ista non potest esse noticia euidens ex quocunq; superueniente metaphisica autem euidens est: quare ꝛc. ¶ Sic ergo patet ad questionē quomodo theologia est vnus habitus distinct⁹ ab alijs. Et si subalternat sibi aliquem alium vel alicui subalternatur. Et hec de tertio articulo principali.

Ad argumēta prime opi. ō vnitate. theo.

¶ **Restat soluere in** quarto articulo ad aliqua superius facta argumenta si qualia sunt contra dicta. Ad primum prime opinōis de vnitate theologie dico q̄ non oportet q̄ theologia pro illo totali aggregato eo modo quo accipiuntur sciētie quando est sermo de subiectis earum vel obiectis sit vnus habitus simplex ꝛ indiuisibilis: licet obiectum primum puta deus sit vnum ꝛ sub vna ratione: qꝛ pro tanto dicitur esse obiectum primum totius theologie: quia est obiectū prime noticie theologice que est simplex apprehensio subiecti: sicut dictum est supra. ¶ Preterea ostēsum est supra q̄ vnitas subiecti non sufficit. Ista autem totalis theologia cōtinet multos habitus quorum quilibet habet proprium obiectum ꝛ primum sibi adequatum: ꝛ ideo non diuersificantur ex obiectis secūdarijs sicut imaginatur argumentum: sed ex primarijs: ideo non valet. ¶ Ad confirmationem de habitu non habēte euidentiam ex obiecto cuiusmodi est fides quam non oportet diuersificari ex obiecto vel obiectis et de theologia nostra. Diceretur q̄ quicquid sit de habitu infuso cuiusmodi est fides/de habitu tamē acquisito vel acquiribili hoc oportet: quia sicut dictū est supra talis habitus acquiri potest: ꝛ per consequens haberi de vno ꝛ non de alio ꝛ dependet ab actibus distinctis circa diuersa obiecta elicitis/ et a distinctis obiectis causabilis sic autem nō est de fide infusa: sed ista duo ibi deficiunt. ¶ Ad aliud dico q̄ dato q̄ habitus cognitiui sic ordinentur nō oportet dicere theologiam esse vnam simplicem noticiam ꝛ habitum indistinctū: sed sufficit q̄ sit vna secundum ordinē quēdam ꝛ nobilior omnib⁹ alijs accipiendo theologiam sicut accipitur geometria vel astronomia immo nec talis vnitas est possibilis in sciētijs viatorū ꝛ illa est simpliciter prima ꝛ nulla alia accipiendo eas isto modo sed solum in scientia diuina ꝛ beatorum quam habent in verbo sicut dictum est. Ad illam diuinā scientiam summe vnā reducuntur omnes habitus cognitiui scientifici imo etiā q̄cunq; alij ꝛ in illa est stare sicut etiā in deo est status entium vniuersi ꝛ illa est simpliciter prima: vt iam dictum est. ¶ Ad tertium quando dicitur q̄ immediate oritur in genere scientiarū viatori a scientia diuina. Dico q̄ hoc dato nō oportet q̄ sit vnus habitus indistinctus et simplex et indiuisibilis sicut supra dictum est sufficit illa vnitas que ponitur in alijs cū excellētia eiusdem scientie qua alias excellit in nobilitate obiecti.

¶ **Alias ratiões oppositeopi** nionis pro quanto concludunt quod theologia nō est simpliciter vnus habitus indiuisibilis ꝛ simplex ꝛ indistinctus cōcedo: sed quia minus concludunt Concludunt enim quod theologia eternorum necessariorum: et theologia agibilium vel contingentium non sunt plus vna theologia vel scientia q̄ Geometria et Arismetica vna scientia quod est falsum sicut dictum est supra. ¶ Ad primam dico q̄ theologia agibiliuꝫ considerat de eis secundum ordinem ꝛ attributionem ad subiectum primū theologie qđ est deus sub ratione deitatis/ nec oportet q̄ a theologo tractenť ista ī sciētijs ita distictis sicut sunt metaphisica ꝛ ethica Aristotel'. Cum dicis vltra q̄ immo: quia theologica moralia habēt nobiliorem finē q̄ moralia phisica dico q̄ si sit sermo de fine cuius extrinseco ꝛ simpliciter primo qui est deus eundē finem habent ista ꝛ illa. Si de fine immediato ꝛ fine cuius cōcedatur aliqualiter quia finis istorū immediatius ꝛ pfectius attingit finē cuius remotū puta beatitudo formalis supernaturalis perfectius attingit deū q̄ beatitudo naturalis: qđ Aristoteles posuit finē moralū suorum. Sed ex hoc nichil sequitur ad ꝓpositum dato eñ q̄ ista sint nobiliora ꝛ nobiliorem finē habeant qui est finis cuius non tamē oportet q̄ habeant ita distinctā scientiā a theologia necessariorū eternorum sicut sunt metaphisica ꝛ ethica: qꝛ in metaphisica nō determinatur de fine cuius agibiliumvt de subiecto: sed potius de ente sed in theologia necessariorū determinatur de fine cuius agibiliū theologicorū: vt de subiecto. Et ideo dico q̄ ad illā reducitur ista sicut agibilis etiam ꝓsideratur ab ea in relatione ad primū eternum qđ est primū obiectū: ꝛ constituunt magis vnā scientiam q̄ metaphisica ꝛ ethica nec cōcludit argumētum/ꝛ cū hoc stat q̄ non minus perfecte ꝛ distincte determinat theologus de agibilibus q̄ philosophus: immo q̄ perfectius licet nō in distincta scientia a theologia speculabilium modo predicto. Sed si dicta aliorū essent vera sequeretur q̄ theologia esset minus vna q̄ ethica ꝛ metaphisica. Dicunt eñ alibi q̄ ethica ordinatur ad metaphisicam sicut operatio ad felicitatē contēplatiuam. Modo planum est q̄ maior est cōnexio inter finē ꝛ id quod est ad finē q̄ inter duo disparata ad vnum tertiū finē cuiusmodi sunt theologia speculabiliū ꝛ agibiliū sm eos vel quorum neuter est ꝓpter aliam sicut dicūt. Sed dico q̄ licet neuter sit ꝓpter aliam: quia inter eas nō cadit talis distinctio sicut iter diuersas sciētias ad theologum tamē pertinet cōsideratio ꝛ diuinorum seu necessariorum ꝛ operabiliū sicut dictum est supra. Nec sequitur q̄ si theolog⁹ cōsideret agibilia q̄ cōsideret ea speculationis gratia: sed modo supradicto quo vna scientia potest esse plurū. ¶ Ad secūdum dico q̄ ꝓpter cōuenientiā omniū entium in ente nō potest dici q̄ metaphisica consideret vel cōprehendat in se scientiam omnē de quocunq; ente in vniuersali ꝛ in particulari: quia ius nō est aliquod vnū reale ad quod possint illa reduci/nec ad quod habeant aliquā realem ꝛ verā habitudinem. Sed dico q̄ oīnia que tractātur in theologia a primo obiecto suo reducūtur ad ipsum/sicut ad aliq̄d verissime vnū/ad quod habēt realem ꝛ verā habitudinē ꝛ omnia ipsa cōtinet virtualiter. Ita q̄ primo licet entia plus cōueniant in ente sm predicationem tamen plus conueniunt in deo sm virtualē contīnētiam ꝛ reductionem in ipsum: ideo non valet. ¶ Ad tertium dico q̄ Aristoteles non potuit ponere metaphisicam ꝛ ethicam vnam scientiā eo modo quo dicimus q̄ theologia est vna: quia Aristoteles non determinauit de fine agibilium etiam de fine cuius/puta de deo imo nec de fine quo/puta de felicitate/sicut de primo subiecto vel obiecto sed magis de ente ideo ꝛ cetera: sed theologus qui determinat de deo sub ratione diuinitatis qui est finis quorumcunq; agibilium ꝛ per istam rationē mouetur in toto habitu suo ꝛ cōsideratione sua secundum q̄ huiusmodi potest habere vnam theologiam ꝛ de moralibus ꝛ de eternis vnam dico suo modo sicut dicimus q̄ geometria est vna.

Ad rōes de subalternatiōe theo.

¶ **Ad rationes** que probant q̄ theologia subalternat sibi omnes alias. ¶ Ad primam dico q̄ non resoluuntur ad ipsam nec reducūtur principia aliarum: quia ipsa est simpliciter ineuidenter omnibus alijs. Tu dicis q̄ ipsa reducit in causam propter quam terminos aliarum: ꝛ per consequens principia scilicet in deum. Dico q̄ licet consideret aliquo modo omnia quantum ad habitudinem effectus ad causam: non tamen euidenter ideo non valet. ¶ Ad secundam de practicis dico q̄ nō subalternat practicas licet prestituat eis finem euidenter ita q̄ euidēter appareat q̄ iste finis quē prestituit eo modo q̄ prestituit ipsum vt obiectum beatificum vel actū beatificum sit finis aliarum practicarum sicut est euidens q̄ finis prestitutus ab architectonica est finis manufactiue ex natura rei. ¶ Alia argumenta que probant q̄ nulli subalternatur/concedo quantum ad conclusionem sed principium deficit: quia dicit q̄ omnem aliam sibi subalternat. Hoc eñ est falsum: et ideo ratio non valet ad conclusionem. Alij sunt magis probabiles: ideo in sua pace dimittantur.

Ad rōes principales ꝗstionis.

¶ **Ad primum principale di/** ctum est supra quomodo ex primitate ꝛ nobilitate theologie nostre non potest argui q̄ sit vnus habitus simplex ꝛ indistinct⁹: immo impossibile est hoc sicut superius est ostensum. verum est tamen quod theologia diuina est maxime vna: quia perfectissima ꝛ simpliciter prima inter habitus cognitionis: non sic theologia nostra que non est vna nisi in genere scientiarum nostrarum / quarum nulla potest esse simpliciter vnus habitus: eo modo quo dictum est supra. ¶ Ad secundum diceretur q̄ deus licet sit subiectum alicuius partis metaphisice/pars tamen illa metaphisice cum alijs constituit vnam totalem scientiam puta metaphisicam que habet pro obiecto primo ꝛ adequato subiecto ipsum ens: et ideo impossibile est q̄ sit eadem pars illa: tñ theologia nostra que habet pro subiecto primo ꝛ adequato ipsum deum: ita q̄ nulla scientia humana totalis habet idem subiectum ꝛ sub eadem ratione: ꝛ p consequens impossibile est q̄ ista sit eadem cum alia alia vel cum aliqua parte eius. licet eñ in metaphisica ꝗtum ad aliquam sui partem determinetur de deo: non tamen vt de primo ꝛ adequato subiecto metaphisice: sed vt de causa partium subiecti puta aliorum entium ꝛ primo sub ente: ꝛ ita semper in reductione ad ens non sic in theologia. ¶ Preterea etiam nō sufficit vnitas primi obiecti ad vnitatem scientie. ¶ Ad tertium dico q̄ licet theologus habeat eos sensus de terminis aliarum sicut et alij tamen de eisdem terminis habet alias conclusiones: vel complexiones: vel aliter deductas q̄ alij / et ideo aliam scientiam. Nec ipsa scientia formaliter accepta est ille cumulus specie

rū simpliciū terminoꝝ sicut accipitur. ¶ Ad quartū dico q̄ non sufficit ad subalternationē q̄ subiectū cōtineatur sub subiecto sicut dictum est supra. ¶ Ad quintū dico q̄ licet accipiat aliqua declarata immediata ꝛ aliūde sciētijs aliquando. Nunc̄ tñ pōt ea reducere euidēter inquantum theologia ad euidēter ꝛ per se nota vel saltē nunc̄ ad metaphisicam vel aliaꝝ scientiā: vt ad priorē reducit ea. Ad alia duo que probant q̄ subalternat alias respōsum est supra. sic de isto.

¶ Questio Septima prohemialis seu introductiua in Primū sentētiarum.

Septimo q̄rob̄tr

Ex ordine ad praxim vt ad finē dicāt primo ꝛ principaliter noticia practica vel ex ordine ad obiectū seu ad praxim vt ad obiectū. ¶ Arguit prio q̄ ex ordine ad praxim vt ad obiectū seu ab obiecto dicat noticia prio ꝛ p̄incipaliter practica q̄. 6. metha. diuidit phūs practicas a speculatiuis penes obiecta sicut ptz ibidē. Dicit. n. q̄ practice sunt de talib⁹ obiectis quoꝝ scimus principia speculatiue vero nō: g̃ videt q̄ primo ꝛ principaliter ex obiecto noticia sit practica: q̄ ex ipso distinguit primo a speculatiua. ¶ Scōo sic. 6. ethicoꝝ distinguit phūs obiectū practice ꝛ intellectus practici bonū agibile ꝛ ptingēs distinguēdo ista a speculatiuo intellectu ꝛ habitu: ꝛ per p̄ns ergo ꝛc.

6. meta.

6. ethic.

3. de aīa. ¶ Contra tertio de aīa dicit philosophus q̄ intellectus sola extēsione ad opus vt ad finē sit practicus. Et propter hoc etiaꝫ dicit q̄ intellectus practicus differt a speculatiuo fine: g̃ similiter habitus vel actus prior ꝛ principaliter ex fine fit ꝛ est practicus. ¶ Scōo sic prio metaphisice distingūt practicā ꝛ speculatiuas per fines. dicit esse q̄ finis speculatiue est veritas sed finis practice est opus. g̃ ꝛc.

1. metha.

¶ In ista questione sic predā

¶ Primo declarādo quid est praxis. Et cōcludā aliquas cōclusiones. ¶ Scōo ostendā vtrū ex eodē dicat intellectus ꝛ habitus vel act⁹ practicus. ¶ Tertio ex quo primo ꝛ principaliter dicat habitus: vtrum ex fine vel ex obiecto ꝛ quō. ¶ Quarto vtrū speculatiuū ꝛ practicū sint differētie essentiales intellectus ꝛ habitus. ¶ Et quinto respondebo ad rationes principales.

Praxis diffinitio et ei⁹ conditiones.

¶ De primo dico q̄ praxis a qua dr noticia practica eo modo dicit infra est operatio alterius potētie ab intellectu et alteri⁹ generis a cognitione ex se ꝛ natura sua finid q̄d est nō ordinata ad generandū noticiā: vt instrumēt aliter aut via aut dispositio naturaliter posterior intellectiōe q̄ est in potestate scientis vel intelligētis apta nata dirigi p rectā rationē ꝛ p se finis intra prius ꝛ principalis noticie directiue vel sciētie.

Praxis diffinitionū declaratio.

¶ Prima cōditio patet. s. q̄ praxis est operatio alterius potētie ab itellectu q̄ ad praxim dicit intellectus extēdi vel tēdere extra se modo itellectus nō extēditur ad aliquā operationē suam: ſ magis sim eam manet intra se: quare ꝛc. Preterea q̄ si praxis nō esset alterius potentie ab intellectu sequeret q̄ logica que dirigit actus intellectus in discurrēdo esset practica: q̄ dirigeret praxim talē que ponit in intellectu saltē si acquireret ex appetitu talis finis cui⁹ est directiua. ¶ Scōa ꝓditio p̄z q̄ est alteri⁹ gñis a cognitiōe q̄ q̄ sit alteri⁹ gñis a cognitiōe itellectiua. Jā ptz eo q̄ ē alteri⁹ potētie ab intellectu. Q̄ etiam sit alteri⁹ gñis a cognitiōe sensitiua p̄z: q̄ cognitio sensitiua in nobis p se ordinatur ad noticiā intellectiuā acquirēdaꝫ sicut sensus ad intellectū ꝛ ita ipsa est propter scientie. Et si esset aliqua noticia dirigēs ipsam ipsa eēt necessario speculatiua quia propter scire: ꝛ ita nulla cognitio sensitiua est praxis. Preterea sciētia non dicitur practica a cognitione: sed ab operatione: vt distinguit contra cognitionē. primo ꝛ scōo metha. phisice g̃ praxis ex qua dicitur noticia vel scientia practica est alterius generis a cognitione. ¶ Tertia cōditio q̄ ex se ꝛ sm id q̄ est nō est ordinata ad generādum vel causandū noticiā patet: quia talis operatio causatiua noticie: vt sermo vel loquela exterior sensibilis ordinat per se ad scire. Sciētia autē dirigēs operationē propter scire est speculatiua ergo talis operatio nō potest dici praxis. Item q̄ si talis operatio esset praxis tūc scientie sermocinales essent practice. Et intellige istā rationē sicut illam precedētem de logica q̄ dirigit tales operationes cōsequēs est falsum. g̃ ꝛc. ¶ Quarta conditio scz q̄ est naturaliter posterior intellectione patet: q̄ noticia prior necessario ipsa praxi. Tuꝫ quia est ostēsiua obiecti circa quod debet elici ipsa praxis. Tum q̄ praxis debet sibi conformari ad hoc vt sit recta. Preterea actus qui nō habēt posterioritatē ad intellectionē cuiusmodi sunt actus vegetatiue potētie/ ꝛ actus potētie sensitiue/ ꝛ appetitus sensitiui preuenientes rationē ꝛ moderamē ratiōis nō sunt p̄xie praxes quia nō habēt ordinē talē ad intellectionē nec p cōsequēs intelligo aliqua p extensionē ad ista potest dici practica. ¶ Quinta conditio scz q̄ est in potestate intelligētis vel sciētis. patet principiū esse actuū praxis est in sciēte sm philosophū. 6. ethicoꝝ vbi dicit q̄ artifex indiget arte ad recte operandū. Et similiter aliquis indiget virtute ad recte eliciēdum ꝛ agēdum in moralibus sed nullus indiget virtute vel arte ad aliq̄d cui nō est principium actuum habēs ipm in sua potestate quia ars est principium effectiuum ꝛ reducitur ad genus cause efficientis. Secūdo phisicorum: ergo ꝛc. Item sexto metaphisice dicitur q̄ in practicis sciens habet principium actuum operationis a qua dicitur noticia practica ꝛ est causa operatiōis Propter hoc enim practice dicuntur actiue vel factiue. ¶ Sexta conditio scilicet q̄ est diligibilis p rectam rationem. Patet praxis enim est operatio in qua contingit recte ꝛ nō recte propter hoc enim respectu talis praxis ponitur necessaria noticia directiua que non est necessaria nisi respectu operationis que potest esse recta ꝛ non recta. Q̄ enim necessario est rectum ꝛ non potest esse non rectum: nō indiget directiuo sed talis operatio dirigibilis est per intellectum qui intelligitur sibi et alijs potentijs secundum Augustinum quinto decimo de trinitate capitulo septimo. Et potest iudicare nō solum de actu suo: sed etiam aliarum potētiarum ꝛ eos per consequens dirigere si sint dirigibiles: ergo praxis non solū p̄supponit intellectionē primā

1. ꝛ. 2. metha.

6. ethi.

2. phīs.

6. meta.

Auguſt.

6. ethic.

Nō hec de praxi.

2. metha.

ostensiuā obiecti sui: sed vt regulam ꝛ mensurā alicuius modo cui debet elici ꝓsimiter vt sit recta hoc idem dicitur sexto ethicorum de electione q̄ necessario electio recta requirit rationem rectam et non solum verum est hoc de electione que est quedam praxis sed etiam de omni praxi que est actus voluntatis aliquo modo pari ratione. ¶ Nota hic q̄ non sufficit q̄ noticia sit ostensiua ad hoc: vt sit practica sed cū hoc directiua alioquin omnis noticia esset practica ꝛ ois actus volūtatis eēt praxis a qua dicitur noticia practica quod non est verum. Nota vltra q̄ praxis est dirigibilis ex qua dicitur noticia practicia: alioquin enim non apparet ratio quare omnis operatio volūtatis nō possit dici praxis tam illa que est dirigibilis g̃ que non est dirigibilis cum ipsa sequat actū intellectus ostēsiuꝫ obiecti ꝛ sīr sibi cōueniāt oēs alie cōditiones hic posite de praxi que nō necessario cōcomitant istā. Et patet de actu citharizandi ꝛ aliꝫ praxibus respectu quarū ponūtur artes directiue ipsarū ꝛ nunc̄ ponerētur respectu ipsarū nisi essent dirigibiles ꝛ posset in eis esse error. Unde patet q̄ nec tales artes nec aliquis habitus directiuus alius debet esse practicus principaliter ꝓpter substātiam actus sed propter circūstantiā vt actus g̃tū ad suas circūstātias in quib⁹ cōtingit errare dirigat. ¶ Septima cōditio. s. q̄ sit per se finis ꝓprius intrinsecus ꝛ principalis directiue noticie vel intellectiōis. Q̄ finis patet. 2. metha. Finis practice est opus illud opus voco praxim. Q̄ per se finis patet q̄ oportet q̄ sit finis ex natura talis noticie nō ex intētione vel volūtate scientis: ꝛ p accidens. Tunc esset q̄nc̄ idē esset practicus ꝛ q̄nc̄ speculatiu⁹: q̄ nichil est dictu q̄ habitui practico p se primo vel saltē scōo modo q̄uenit esse practicū: ꝛ ideo ipossibile est q̄ vnc̄ sit speculatiuus sicut dicēt inferius. Q̄ intrinsecus finis dico nō q̄ oporteat ipsam praxim elici ab eadē potētia ꝛ in potētia intrinsece cū noticia vel habitu practico: sicut imaginant aliqui ꝛ falsē: q̄ tūc finis practice sciētie nō esset opus: sed veritas ꝛ cognitio vel actus ei⁹ cognitiuus q̄d est falsum ꝛ cōtra Aristotelē sed intrinsecus est sibi q̄ intrinsec⁹ est ambitui ꝛ diffinitioni scientie vel noticie q̄ ptinet ad p se diffinitionē vel descriptionē eius g̃tūcūc̄ sit in extrinseca potētia. A fine esset extrinseco licet p se nō dicit scientia practica vel speculatiua. Tunc enim sciētia moralis diceret speculatiua ab Aristotele ꝓpter finē suū que est felicitas ꝓplatina vel speculatiua sm eundē q̄d tñ est falsum: imo ipsam posuit practicā vt potuit nec debuit eā ponere speculatiuā ex tali fine. Nā talis finis extrinsecus est causa remota ꝛ cōis: a tali autē causa nō habet effectus determinate ꝛ distinctiue q̄ sit nature talis vel talis. Oportet etiā q̄ sit finis ꝓprius per eandē rationē ita q̄ nō solum sit p se ꝛ intrinseca. Oportet etiaꝫ q̄ sit finis principalis q̄ si finis est sub fine ꝛ nō principalis ab illo nō dr noticia practica dato q̄ sit ꝓprius ꝛ intrinsecus sicut patet. Si finis esset ꝓprius ꝛ intrinsecus sciētie moralis est cognitio boni agibilis intrinseci. Dico aliquo modo nō tñ principalis: sed principalis est opatio boni agibilis humani. Jdeo dico q̄ moralis scia non est sciētia cui⁹ finis sit veritas ꝛ speculatiua: ſ practicus ab isto fine principali est esse vt boni fiamus sm Aristotelē: quare ꝛc. Si dicas q̄o g̃ differt a prudētia ex quo tractaꝫ practica est dico q̄ sicut ars ab experiētia: q̄ vna est de bono humano agibili i vniuersali scz sciētia ethicoꝝ/ alia in particulari sicut prudētia: ꝛ sic etiā diuersimode dirigūt praxim vnā in vniuersali vel in generali alia i particulari.

Resūptō dictoꝝ cum alia praxis diffinitione

¶ Sic g̃ patet descriptio praxis q̄ est cadē cū alia descriptione breuiori cuiusdā doctoris que dicit q̄ praxis est actus alteri⁹ potētie ab intellectu naturaliter posteriori intellectiōe natus elici ꝓximiter rationi vel intellectioni recte ad hoc vt sit rectus.

Corrolariū primū.

¶ Ex predictis infero quedā corrolaria. Primuꝫ est q̄ praxis nō est nisi actus volūtatis seu operatio Actus dico elicit⁹ vel iperat⁹ q̄ praxis est act⁹ alterius potētie ab itellectu ꝛ alterius cognitiōe posteriori naturaliter intellectione ꝛ potestate sciētis ꝛ dirigibilis recta ratione sed nullus actus hꝫ ista nisi actus volūtatis elicitus vel iperatus: q̄ cūc̄q̄ alia opatio detur aliqua eiusdē rōnis cū ea pōt esse prior intellectione vt ptz discurrēdo p act⁹ oīm aliarū potētiarū. Silr nullus actus est dirigibilis recta rōne ꝛ in potestate sciētis nisi actus volūtatis elicitus vl impatus.

Scōm.

¶ Scōo cōcludo q̄ actus volūtatis elicitus cuiusmodi est velle est primo ꝛ p se praxis ꝛ p p̄ns effi separatus ab omni actu cuiusc̄ cūc̄q̄ potētie inferioris siue appetitus sensitiui siue potētie motiue iperabili ab ipsa volūtate quia tali actui volūtatis elicito p se primo q̄uenit nō praxis. Dato q̄ nullū actū inferioris potentie habeat sibi cōnexū circa idē obiectū sicut cōtingit in actu volēdi deū circa quē aliqua appetitiua sensitiua vl motiua nō potest habere aliquē actū elicitū. Et tñ actui volendi deū sic ostensum in particulari oēs particule descriptiōis ipsius praxis sibi cōueniunt sicut patet discurrēdo per oēs quare ꝛc.

3. de aīa.

Tertium

¶ Tertio ipsuꝫ appetit ꝛ vult efficaciter. Quarto intellectus ex appetitu ꝛ volitione finis efficaci mouetur ad cōsiderandū de his que sunt ad finē: ꝛ tūc primo intellectus incipit esse practicus ꝛ operatiuus: vt dicunt: ꝛ ante nō est practicus nec operatiuus: vt dicūt. Intellect⁹ aūt ꝓsiderās aliq̄d nō mot⁹ ex desiderio finis ē speculatiu⁹: q̄cūq̄ est ipe ꝓsiderat. Sed habitus vel actus dr practicus ꝛ est ex obiecto quicquid obiectū est operabile vl factibile

An ex eo dē dicat intellect⁹ ꝛ habit⁹.

1. opinio.

dicitur autē speculatiuus ex obiecto nō operabili vel factibili p intelligētem. Et quia obiectū operabile/z non operabile sunt per se z prima obiecta habituū/z actuū, z sunt obiecta formaliter distincta/oportet q diuersificēt habitus z actus secūdū speciē/ita q vn⁹ sit speculatiuus/qui est de nō operabili z alius practicus qui est de operabili/qđ cadit sub potestate vel operatione scientis/causando ipsum ēm eos. Jdeo dicūt q differētia habituum z actuum p speculatiuū et practicū est differētia p se z formalis. Sed differētia speculatiui z practici nō sunt differētie per se z essentiales in intellectu: sed accidētales quia intellectus nō respicit operabile vel nō operabile pro per se primo obiecto: sed magis ipm ens cui accidūt ista. Correla. ¶ Ex dictis istor sequit q si aliquis ꝓsideret de operabili aliquo nō motus ex appetitu vel desiderio finis q habēt consideratiōē practicam z intellectū speculatiuū ita q in intellectu manēte speculatiuo potest esse habitus z actus practicus. Si autē consideret de obiecto non operabili in se motus tm ex desiderio finis habebit considerationē speculatiuā z intellectum practicū. Si vero consideret z moueatur ad talem considerationē ex appetitu finis/habebit z intellectū practicū. Si autē de non operabili z nō moueatur ex desiderio finis alicuius habebit considerationē speculatiuā z itellectū speculatiuū. ¶ Et 3.de aīa. cōfirmatur istud per illud tertij de aīa q intellect⁹ 6.ethic. practicus differt a speculatiuo fine. Et p illud sexto ethicorū q bonū intellectus practici est verū se habēs confesse. i. cōformiter ad appetitū entiū qui est appetitus finis. videt ergo q intellectus dicat z sit practicus ex fine vel appetitu eius. Sed habitus ex obiecto sic dicit. 6. metaphisice p obiecta. n. ibi distinguūt speculatiue a practicis: g ꝛc.

5 ꝑcedē. opi. ¶ **Contra** Istam opinionē arguo/prio cōtra illud dictū q ex alio dicat intellectus z habitus practicus. Aut em accipiūt intellectū vt stat sub actu vel habitu/Aut accipiunt intellectū crude z absolute. Si primo modo tūc necessario ex eodē est vtrūq: puta habitus vel actus practicus z intellect⁹/vt stat sub istis: quia vt stat sub istis necessario denominat ab istis/z in ordine ad idem vt videt. Est em omniū istorū vt sic idem obiectū finis z idem actus. Tum quia in intellectu vt stat sub habitu speculatiuo est eadē ratio: quare dicat speculatiuus sicut de habitu: quia amborum est eadē carentia vel positio appetitus finis quare ꝛc. Si accipiūt intellectū secūdo modo vt nudam potētiam ꝑcisam ab habitu z ab actu: nō pōt illud dictū esse verū: quia intellectū vt sic nec cōuenit esse practicū nec speculatiuum sed solū modo intellectū z vnicā potentiā simplicē z omnino vniformiter se habētem: g ꝛc. ¶ Secdo sic ex actibus practicis nunq̄ generat habitus speculatiuus sz practicus: g similiter i intellectu practico nunq̄ generat habitus speculatiuus nec ecōuerso. Eadē em videtur ratio de vtroq. Si dicas q nō q⁹ intellect⁹ dicit practicus ex fine z habit⁹ ex obiecto/z ita stat q intellectus nō sit practicus: z tm habit⁹ erit practicus. Jta dicā tibi de actu z habitu/q actus poterit esse speculatius/z habit⁹ generatus erit pra- 2.metha. cticus: quare ꝛc. ¶ Tertio sic fcdo metaphisice ꝺz q finis habit⁹ speculatiui est veritas sed finis practici est opus sicut dicit tertio ðaīa: q⁹ intellectus speculatiuus differt a practico fine: g ex fine dicit tā intellectus q̄ hītus practicus/z ita bene vtrūq; ēm Aristotelē sicut de intellectu tm. Jtē tertio de 3.de aīa. aīa dicit de intellectu practico distinguēdo eum a speculatiuo q obiectū eius est agibile bonū z cōtingēs: ergo ex obiecto est practicus cōtra te. ¶ Sol- Solutio uit ad hoc q finis practice est opus nō per se sed p ꝑcedē. in accidēs z in potētia z aptitudine tm inq̄tum scilicet est de obiecto operabili p se ēm q obiectū operabile cōsiderat ēm talē habitū scientie practice in vniuersali que quidē ꝓsideratio nō sufficit ad hoc q subijciat istud obiectū operationi ī actu/ideo requirit necessario altus habitus z alia consideratio particularis in actu a scientia practica z illa nō est nisi in intellectu practico sicut dicit. Jta q ille habitus nō solū generat ex actibus practicis q̄ sunt circa obiectū operabile. verū etiā in intellectu practico z actibus eius/q⁹ ad tales generatiōes predicti habitus mouet intellectus ex appetitu finis cōsequēdi. Quia g finis ille. s. opus nō est nisi ī potētia: z p accidēs nō oportet q ex fine tali vniuersaliter z per se accipiat p se distinguēdo practicaz a speculatiua: sz magz ex obiecto p se opabili. ¶ Cō- ꝺ ꝑcedē. tra opinātes primo quia cū scām eos habit⁹ z act⁹ solu. principalit distinguātur vel vnuocent ex obiectis si in intellectu speculatiuo ponat vnus habit⁹ practicus respectu operabilis z vn⁹ alī⁹ in intellectu practico. tūc ad quicquid vn⁹ z alius/q⁹ eiusdē rationis sunt z respectu eiusdē subiecti operabilis z tūc alter supfluet (vt videt) q⁹ cū ex voluntate quo modocūq; se habeat ad actus intellectus siue appetēdo finē siue nō: nō distinguātur habitus z actus sed ex obiecto ēm eos/nō habit volūtas vni q posit in aliquid in qđ nō possit alius. ¶ Jterū q⁹ tūc in eadē potētia intellectus qui est eadem potētia sue sit practicus siue speculatiuus erūt duo habit⁹ eiusdē rationis: puta ille generatus ex actib⁹ practicis in intellectu speculatiuo/z ille generatus ex actibus practicis intellectus in intellectu practico moto ex desiderio finis/hoc est falsum: ergo ꝛc.

¶ Jterū contra opiniones. Aristoteles nō loquit de fine p accidēs intellectus practici nec ī potētia sed de fine p se. sicut em veritas est p se finis speculatiui habitus non p accidēs/ita z opus vniformiter est p se finis noticie habitualis vel actualis: et ita Aristoteles distinguit eas ex per se finib⁹ vtvidetur. 1.metha. ¶ Cōfirmat hoc: q⁹ Aristoteles primo metaphisice facit tale argumētum. Scientia est gratia vsus seu opis: ergo est minus nobilis. Sed hoc argumētum nō valet nisi vsus vel opus sit per se finis quia nō valet de fine per accidens: g ꝛc. Et ita licet nō valeat consequētia ēm me sicut dicā infra nisi exponēdo eam valuit tm ēm iudicium Aristotelis z ēm intētionē eius vsus vel opus est per se finis noticie practice: quare ꝛc. Unde nō vident tenere suū Aristotelē. ¶ Jtem cōtra opinionē in se subiectū magis denominat a per se cū distinctione accidētis sui q̄ a conditione accidentali eius: ergo si intellectus potest dici practicus ex cōditione accidentali voluntatis ordinantis actum eius in finem secundum te multo magis potest dici z denominari practicus ex per se z essentiali conditione sui hītus qua habit⁹ ꝺz practicus puta ex ordie ad obiectū ēm te vel ex ordine ad finem secundū me.

¶ Et ita dico q ex eodē bzeuiter intellect⁹ est pra- resolutio

Ex quo ꝓio ꝛpn cipat⁹ di cat hīt⁹. 1.opi.

ēticus z hītus vel act⁹ eius/siue sit ex obiecto/siue ex fine. Et qđ istorum sit verū apparebit in sequēti articulo questionis. Dico tñ q nō vnifomiter z eque per se vel ūediate dicit intellectus practic⁹/ sicut habitus vel actus/sicut etiā postea apparebit Hec de secundo articulo.

¶ **De tertio articulo** dicunt aliqui q̄ noticia seu habitus/seu dicūtur practici ꝑncipaliter ex obiecto ita q z si noticia dicat practica ex praxi / hoc nō est inquātum praxis est finis: sed inquātum obiectum secūdarium noticie practice circa obiectuz primum ipius noticie practice/z etiā praxis/ita q notia ex hoc dicitur practica q⁹ extēditur vel extē dibilis est ad praxim vt ad obiectū/nō aūt ad finē ¶ Hoc probant primo sic. Finis nō est causa alicuius nisi vt amatus z desideratus actualiter mouens cām efficiētem vt ptz: sed scire quid extendibilitas ad opus z ratio practici: per ꝺns siue finis sit actualiter amatus a sciēte sicut nō pōt enim talis noticia practica esse in intellectu quōcunq; voluntas se habeat circa finem appetēdo siue nō appetendo ipm/imo si p impossibile poneretur q⁹ intellectus esset in aliquo sine voluntate. ergo ꝛc. Si autem dicat q finis nat⁹ est amari anteq̄ talis cognitio habeatur nō valet: q⁹ ista aptitudo nō dat fini q actus causet: nullus autē effectus habet eē in actu a causa actu nō causante. ergo ꝛc. ¶ Jtē aut finis vel elicitus z habitus in re z in effectu facit scientiā vel noticiā esse practicā aut vt intentus z amat⁹. Non primo modo q⁹ sic est posterior ipo habitu vel noticia practica sicut directū per ipam et regulatum vt supra dictū est de praxi. Prius autē in suo priori nō dependet a posteriori. Hec secūdo modo vt amatus z intensus: q⁹ anteq̄ finis sit amatus vel intent⁹ est noticia practica. Preterea etiā vt amatus z intentus vel cōsideratus habet rōnez obiecti z nō finis. g ex obiecto est noticia practica ¶ Jtem si scientiam esse practicā est ordinari eam ad praxim sicut ad finem: sequitur q sciētia moralis nō est practica: hoc est falsum z ꝓtra Aristotelem. ergo z illud ex quo sequit ꝓbatio ꝑne: quia si finis sciētie moralis est aliqua praxis illa videt eē actus virtutis moralis hoc est impossibile: q⁹ act⁹ appetitus sensitiui in quo reponūtur saltez alique virtutes morales: imo ēm aliquos omnes siue etiā alicuius potētie inferioris non potest eē finis vel habitus seu actus itellectualis: q⁹ sunt simpliciter innobiliores eis vt ptz. ergo ꝛc. ¶ Jtē obiectū secundum qđ obiectum primo virtualiter ꝓtinet totam practicam sicut etiā totā noticiā speculatiuā cōtinet obiectum ipsius primo principia: z mediātibus ipsis continet cōclusiones. ergo noticia practica nec q̄tum ad principia nec q̄tū ad cōclusiones plus dependet a voluntate vel fine q̄ noticia speculatiua sed soluz ex obiecto: q⁹ anteq̄ finis sit amatus obiectum ꝓtinet virtualiter istam noticiā ¶ Jtem aut habitus z actus dicūtur practici propter aptitudinalem extēsionem ad opus vel ad finem aut ꝓpter actualem nō ꝓpter aptitudinalē: quia illa nō est aliquid in re sed est solum respect⁹ rationis nec est aliquid reale nisi tm in potentia sz nihil est in actu tale p aliquod potētialevel aptitudinale tm. ergo ꝛc. Preterea etiā q⁹ si ꝓpter aptitudinalem extentionem z aptitudo aliqua nō cō-

uenit alicui nature q̄ repugnat alteri nisi ꝓpter aliquod absolutum in tali natura quē sequit talis aptitudo talem naturam nō autem aliā oportet q⁹ noticia practica sit aliqua ꝺditio absoluta que non est speculatiua. z illa oportet q⁹ sit ab aliqua per se causa noticie practice: aut igit ex obiecto: aut ex intellectu: aut ex fine. Non ex intellectu pt⁹ nec ex fine q⁹ siue finis sit amatus siue nō ꝙuenit talis extēsio aptitudinalis ipi sciētie. g ex obiecto. ¶ Preterea etiam tam nō esset extensio aptitudinalis ad finem sed actualis sicut effectus ad causam vantē sibi actualiter suam naturaz absolutā. Nec potest dici q⁹ ab extensione actuali ad finem dicatur noticia practica: q⁹ tūc aliquis nō intēdēs actualiē operaret nō haberet noticiā practicam; z ita faber dormiens nō haberet habitum fabricalem practicum/ 6.meth⁹. quod est falsum. quare ꝛc. ¶ Item. 6. methaphisi. distinguūt practicē a speculatiuis/ q⁹ sunt de reb⁹ quarum principiū est in sciente: ille aūt nō ergo ex obiectis accipiūt principaliter practicum vel speculatiuum/ Puta penes operabile z nō operabile. 6.Ethi. ¶ Item. 6. Ethicozū distinguit rōcinatiuum ad quod pertinet practicū a scientifico ad quod pertinet speculatiuum penes obiectum: puta operabile z nō opabile. g ꝛc. ¶ Item alibi Aristoteles facit istam ꝙsequentiam. Si est aliqua substātia separata z īmobilis scia de ipa est speculatiua sz ista ꝑna nihil valeret nisi noticia speculatiua accipetur ꝑncipaliter de obiecto non autez ex aliquo alio. ergo similiter sciētia practica accipiē ꝑncipaliter ex obiecto z nō ex aliquo circa obiectum puta ex praxi vel operatione nisi inq̄tum ipa etiam est obiectus ¶ Et similiter intellectus practicus sicut dicūt ipsi.

¶ Adducunt alique rationes q̄ ex obiecto primo quia ex obiectis specificant habitus sicut z actus ex quibus generant. 2. de anima. Secūdo q⁹ obiectum est causa habitus in cāta: praxis autē que est finis est causata ab obiecto ergo principali⁹ ex obiecto. Tertio quia finis circūscriptis z positis obiectis nihilominus esset habitus speculatiu⁹ z practicus. Quarto z ipe scie puta speculatio z praxis distinguunt ab obiectis. Quinto q⁹ obiectū est ꝑncipalioz finis q̄ praxis q⁹ finis est cuius praxis vero finis quo ergo ex fine sequitur q⁹ ex obiecto. Nōes q⁹ ex obiecto ꝓio dicat hītus. ꝛc.

¶ Ad ista potest dici q⁹ actus distinctiue nō speculant ex obiecto q⁹ eiusdem obiecti possunt eē distincti actus. Ad illud scōi de anima loquit de actibus sensuum particulariū per idem ptz ad quartū de finibus. ¶ Ad scām nō ops q licet obiectuz sit causa in causata q⁹ sit magis distinctiua q⁹ non est magis determinata sed minus. ¶ Ad tertium dicitur q⁹ fine circūscripto non esset habitus practicus: z hoc magis ptz infra in ista questione. ¶ Ad quintum dico q⁹ obiectum praxis sit principalioz finis nō tamen magis ꝙprius sed minus nec sit determinatus sicut praxis nec propinquius secundū conditiones positas in descriptione praxis. Ad ꝑce- rōnes.

¶ **Contra** istam opinionem arguo. Et primo q⁹ ex fine vel ex praxi vt finis est accipiat principaliter z dicat practica nō ex obiecto ꝑncipaliter/licet ex obiecto simul tamē sine premio: sic ratio quiditatiua cuiuslibet rei accipitur z depēdet ex p se causis eius ab vna quaq; secundum ordinem z modum suū: sed noticie practice non solum est causa per se obiectum nec ali- ꝺ ꝑcedē. opinionē

quem vt obiectū: sed vt finis imo ꝓncipalioꝛ causa est finis. Finis autē noticie practice est praxis/ accipiendo finē sicut supra in descriptione praxis sed per se intrinsecū ꝓtū ꝓncipale. ergo ex praxi inq̄tum finis vel ex fine / principalius est ratio noticie practice. ¶ Item ex eo dicit intellectus ꝛ habitus practicus ſm eos sicut dictum est supra: sed intellect⁹ practicus dicit ex fine ꝛ est principalius sicut finis est principalioꝛ causa. Hoc patz/ꝙ finis vt amatus vel intentus est principium itellectus practici sicut dicit .3. de aīa ꝛ .6. ethicoꝝ ex-
3. de aīa. 6. Ethi. 3. de aīa. preſſe: ꝙ dicit ibi de appetitu ꝙ est principium intellectus practici. Iste aūt finis nō est nisi amat⁹ ꝛ intentus. Et etiam dicit in tertio de aīa ꝙ practicus differt a speculatiuo fine. quare ꝛc. ¶ Itē secundo sic. Scientia practica est ꝓpter op⁹ ꝛ per se ordinatum ad ipm: opus autem est praxis: ergo ex praxi sicut ex fine accipitur noticia practica. Nec potest dici sicut fingūt aliqui: ꝙ practica sit ꝓpter opus per accidēs ꝛ in potentia pro tāto scilicet ꝙ est de operabili: quia nō est idem eē de operabili ꝛ ꝓpter opus sicut nec est idem finis ꝛ obiectum.

Phūs. Hererea ꝙ ibidem dicit philosophus ꝙ practica differt a speculatiua scientia non aūt dicit obiecto. Tūc essi Aristoteles distinxisset vnam ab alia
6. Ethi. per accidens nō p se. ¶ Item sexto ethicoꝝ bonū intellectus practici est vere cōfesse se habēs appetitui recto: sed hoc nō est nisi ꝙ ex appetitu recto ipsius finis tanq̄ regula ꝛ mēsura ꝛ principio primo accipitur noticia practica: ergo noticia practica accipitur ex fine intento. Loquit essi Aristoteles de appetitu finis/ nō de electione sequēte noticiam practicam eoꝝ que sunt ad finē/ dicit ibidē Cōmentator. Intendit essi bñ phūs ꝙ appetitus rect⁹ ꝛ rō recta sunt duo ꝓncipia electoꝝ/ scilicz appetitus finis ꝛ ratio recta/ nō ergo intelligit de appetitu eligibili qui est electio: ꝙ tunc esset circul⁹ in per se ꝛ essentialiter ordinatis: quia tunc appetitus vel electio esset principiuz rationis recte: ꝛ ratio recta esset principiū electionis recte/ vel appetitus in eodem genere principij ꝛ cause/ quod ē circulare: ꝛ oportet sic accipere ꝙ appetus qui est volitio finis est principium rationis recte practice/ ꝛ ista duo sunt principia electionū ꝛ est intētio Aristotelis ibidem. quare ꝛc. Appetitus ergo finis siue finis vt appetitus vel intēt⁹ est vnde accipitur veritas intellectus practici ꝛ regula mensure prie ei⁹. ꝑ ex fine accipit noticia practica. ¶ Itē illud in ordine ad qđ accipit rectitudo ꝛ pctm accedendo ad ipm vel recedēdo ab ipo: videtur esse prima regula ꝛ mensura noticie practice/ ꝛ a quo ipa accipitur ꝛ dicitur practica/ sed hoc est finis vt patz
2. phiſi. secūdo phisi. ergo ꝛc. ¶ Item sicut se habent principia in speculabilibus/ ita fines in practicis ꝛ in agibilibus sicut dicit scdo phisicoꝝ. sed nō solum ex obiecto sed etiā ex fine dicit. Et est noticia practica: ꝛ dependet a fine in ratione practici. ¶ Itē illud dicit prima mensura ꝛ regula noticie practice ꝛ actuum humanoꝝ. Unde habet aliqua potentia ꝙ imperet oībus alijs potentijs et moueat ad actus suos: quia nulli sunt actus humani nisi ex motione voluntatis. Sed hoc habet voluntas ex fine: quia sibi correspondet finis in vniuersali/ non solum finis particularis. ergo ex fine ꝛc. ¶ Item illud ꝓprijssime dicitur regula ꝛ exceptio debet dici noticia practica p comparationem ad quod dicitur scienter aliquid rectum: sed hoc est finis vel appetitus illius / ita ꝙ nō noticia hz nec habere pōt rationem directiui nisi ex fine: qui est prima regula ꝛ principium ad quod aspicit agens. quare ꝛc.

¶ Item probo ꝛ si non ſm eos tamē scdm veritatem sicut ꝛ in sequēti questione ex obiecto precise non sit noticia practica quia de eodez obiecto pōt esse ꝛ speculatiua ꝛ practica/ siue de obiecto remoto siue ꝓpinquo: quod est praxis sicut theologia vie ꝛ patrie/ vel dei. Et tam ſm alios similiter ꝛ theologia nostra ꝛ methaphisica ꝗtum ad duodecimū in quo ponūt multi deum esse subiectum vel similiter methaphisica cōsiderat de ipa praxi/ ꝛ terti⁹ de aīa tanq̄ de actu voluntatis ꝛ tanq̄ de obiecto: ꝛ tamen est speculatiua nō obstāte ꝙ de ea sit aliqua practica. ergo ꝛc. ¶ Item sciētia practica aut est actua vel factiua sexto methaphisice: ſz ꝙ aliqd sit factiuum vel actiuū nō habet nisi ex appetitu ꝛ de siderio finis/ quia finis est principiū mouens vt pz quare ꝛc. ¶ Item intellectus practicus est qui dicit aliquid de ꝓsequendo vel fugiendo ꝛ similiter scientia practica: sed nunq̄ in ꝓpetuū ante appetitum finis dicit aliquid fugiendum vel ꝓsequendum vt patet. ergo ꝛc. ¶ Item ex eadem videt dici noticia practica ꝛ actus bonus vel malus moraliter: sed hoc est principaliter ex fine / qz ꝓncipalis circūstantia in moralibus est circūstantia finis. ergo ꝛc. ¶ Addit vna ratio ab aliquib⁹ de qua parum timeo: quia obiectum cōparatur ad habitū sicut efficiens ꝛ sicut terminus ꝛ finis: sed nō accipitur ratio practici vel speculatiui ex ipo inquātum ad efficiens: qz obiecto non causante habitum sed immediate causaret ipm nihilominus esset habit⁹ practicus vel speculatiuus: ꝛ nō solum obiecto nō causante actualiter: sed nec aptitudinaliter. Patz de prudentia infusa: ad quam nō opatur obiectum creatum: similiter de fide quā deus in rōne obiecti non causat effectiue: sed inquātum volēs. ergo si ex obiecto accipit ratio practici: hoc est vt est terminus ꝛ finis ꝛ sic habetur ꝓpositum quia ex fine nō curo de ista ratione qz eodem modo cōcluderet ꝙ non ex appetitu finis vt ex casu vel priori naturaliter nō esset noticia practica. ¶ Et ideo diceret ꝙ prudentia infusa nō est practica sicut infra de fide in sequēti questione videbit ꝙ non solum ex obiecto verum etiam ex fine: imo ꝓncipalius intellect⁹ habitus vel actus sint vel dicanf practici. Ratio igitur quiditatiua noticie practice ꝛ extensio eius non solum dependet ꝛ habef ex obiecto verūetiaz ex fine que est praxis vt finis est. Et dico ꝙ principalius accipiendo ꝑ distinctius dependet ꝛ accipitur ex fine qui est praxis quod est etiā obiectū noticie practice: ꝛ etiam ex praxi vt est finis ꝗ vt ē obiectum secūdarium ipsius noticie practice: ꝛ p consequēs intellect⁹ practicus dicit ex fine vel ex appetitu finis motus: quia ex eodē est intellect⁹ practicus ꝛ habitus vel actus sicut superius dicebaf.

¶ Et est aduertendum ꝙ alicuius noticie ad praxim potest intelligi extēsio talis multiplex vna possibilis ꝛ illa potest cōpetere noticie mere speculatiue que est noticia finis ꝑcedens appetitum eius. Mō hec de extensione noticie ad praxī ꝛc.

¶ Alia est extensio actualis noticie ad praxim et ne cessaria noticie practice: sed nō ꝙ de cōmuni lege habef quicquid deus posset aliter/ ꝛ ista est ex-

tensio vel habitudo noticie actu practice ad praxī formaliter: qui est appetit⁹ finis ꝛ est habitudo mēsurati ad mensuram/ ꝛ regulati ad regulantē ꝛ ꝓncipati ad principatiuuz/ ꝛ posterioꝛis essentialiter ad suum ꝓs ꝛ sicut ad finem intentum licet sequatur aliquādo in re ꝛ in effectu sicut est de multis finibus qui sunt prioꝛes intētiōe ꝛ posteriores in re. Ex ista habitudine vel extentione ad praxim sicut ex sepatione dicit vel denominaf noticia practica.

¶ Tertia est extēsio apptitudinalis ad praxim et ista ꝙuenit noticie practice in ordine ad praxim sequentem vt in re ꝛ in effectu ꝛ est respectus prioꝛitatis ꝛ directiui respectu talis praxis ꝛ ꝓfirmatiui sibi ita ꝙ in praxi vt in re ꝛ in effectu est posterioꝛitas ꝛ directio ꝗsi passiua ꝛ conformitas ad noticiā practicam ꝛ ex ista extensione ad praxim non dicit noticia practica in actu qz ista nō est nisi aptitudinalis ꝛ respectus quidē rōnis: aliquādo tamē est respectus actualis quādo praxis est in actu sed est accidentalis qz accidit noticie practice ꝙ ipsam consequitur in re talis praxis.

¶ Nota hic ad euidentiam positiōis que tenef ꝛ ad solutionē aliquaꝝ difficultatum ꝛ argumētoꝝ ꝓrarioꝝ: ꝙ praxis que dicitur finis ille a quo dicit noticia vel scientia practica dupliciter accipi pōt. Uno modo vt intēta ꝛ prioꝛ ꝗ noticia ipa practica: ꝛ vt sic nō est aliō ꝗ amoꝛ finis vel appetit⁹ finis vel ipsiusmet praxis que est finis obiecti: non est aliud dico realiter licet nō sunt idem realiter: ꝛ quia nō est aliud realiter accipitur vnum pro alio sed intēdere vel amare finem ꝛ finis vt intentus ꝛ amatus ꝛ hoc modo accipitur quādo dicit ꝙ ex hoc habitudine ad finē vt intentum qz vt sic causa est ꝛ aliquid prius realiter ꝗ noticia practica sicut ꝛ finem amare vel intēdere prius est noticia practica ꝛ ipa dependet ex fine amato vel potius ex amoꝛe finis qz finis amat⁹ vt sic ꝗtum est ex parte sui nō dicit nisi ens rōnis/ sed amoꝛ finis dicit ens reale verum. Ens aūt rationis nō est vere causa entis realis ꝛ ita dixi ꝙ potius ex amoꝛe finis. Et ita dīt oia intelligi ꝗtum ad istam conclusionem: siue passio siue auctoritas siue solutiones rōnum oppositarum accipiēdo propter finem intentum vel amoꝛe vel intētione finis id est praxis: que ꝓprie ꝛ realiter nō est causa noticie practice: nisi accipiendo eam pro praxi circa finem vel amoꝛe finis que simpliciter vel est ipa praxis vel obiectum praxis. ¶ Alio modo pōt accipi praxis ipa ꝓut effecta ꝛ in re posita ꝛ directa p noticiam practicam: loquēdo de praxi circa illud qđ est ad finē ꝛ sic nō est causa noticie practice nec vere finis/ cui⁹ inq̄tum finis est vere causa cū passione in eē ꝗ causa noticia practica ꝛ directa vel aliquo mō causata ab ipa/ nec sic debet accipi quādo dicit ꝙ ex praxi noticia praxis ꝛ ex ipa dependeāt simpliciter principia nec potest esse sine ipa ſm ordinem ꝛ cursum seu virtutem naturalem/ sed potiꝰ debet accipi vel p praxi circa finem vel obiectum remotum id est ꝓ appetitu finis remoti quod ē obiectum praxis vel p praxi ipa circa finem vt intenta ex possibili p amoꝛe vel intētione eius modo supradicto ꝛ vtrūq̄ istoꝝ pōt ꝑcedere realiter noticiam practicam aliquam ꝛ ab eo potest naturaliter dependere: verū est tamē ꝙ ſm habitudinē directiui qui ꝓsequit noticiam practicam dicit noticia relatiue ad praxim ipam vt ponibilem in effectu qz talis respectus aptitudialis est nō actualis/ sed talis respect⁹ vt sic nec a quo dependeat vel sit practicus sed nihil talis respectus mensuraf ꝓformitatis in noticia practica ad appetitum vel amoꝛem finis: est respectus ad illud a quo depēdet habitus practicus in esse tali. Naturaliter dico quia bene puto ꝙ de⁹ posset facere absolutū habit⁹ practici sine amoꝛe vel appetitu finis/ ꝛ ꝙ talis sit ille respectus mēsurati ꝛ ꝓformati in noticia practica patet p tertium de aīa/ ꝛ p sextum Ethicoꝝ/ ꝛ p secūdum Phisicoꝝ sicut allegaf ꝓ ista positiōe que hoc declaraf scz ꝙ ex fine dicit noticia eē practica ꝛ sic de speculatiua suo modo. ¶ Et nota hic specialem diffinitatem de speculatiua quia nec ex fine suo exhibito est talis/ cum ille sit posterioꝛ nec ex fine appetito: qz non opz ꝙ ipam ꝑcedat talis appetitus veritatis qui est finis eius: ergo similiter de practica ꝛ suo fine vt videf. Stude et dicas cōsequēter ad ꝓdicta de vtraq̄. Si enim habitus speculatiuus dependeat ab appetitu huius finis qui est scire finem. Patet p descriptionem praxis supra positam quia est actus intellectus. ¶ Sed vnde habet actus causaliter ꝙ sit speculatiuus nō videtur ꝙ ex fine qz non finis suiꝑius nec ex appetitu finis/ ita ꝙ intellectus practicus ꝛ noticia foraliter practica. semp ꝑsupponunt appetitum quicquidem appetit⁹ est vere praxis siue finis ille sit finis quo quis est aliqua praxis/ siue finis cuius sicut est obiectum: vel finis vltimus remotus. Appetitus autē finis qui est praxis qui necessario ꝑcedit quālibet noticiam formaliter ꝛ actu practicam ꝛ p consequens apphensio finis etiam in particulari ꝗtūcunq̄ sit directiua ipius appetitus finis in particulari qui est vere praxis in qua cōtingit recte agere ꝛ nō recte/ nō est formaliter ꝛ actu practica quia non depēdet ex appetitu finis ꝓmo imo ipa est ꝓma appetitui finis/ ꝛ est mere speculatiua formaliter loquēdo ꝗtūcunq̄ sit directiua illius praxis q̄ est appetitus finis/ ꝛ est ꝑfectio intellectus speculatiui. ¶ Ex quo apparet ꝙ licet contingat praxī esse circa finem in particulari sicut circa deuz non tamen circa ipm ꝑcise contingit eē noticiam practicam qua ꝑcedet omnem praxim nec etiam intellectum practicum. Unde praxis formaliter simpliciter poz est in re ꝛ in effectu noticia practica foraliter nisi forte diceref ꝙ ad noticiam practicaz foraliter sufficeret ꝑcedere praxim virtualiter/ puta appetitum finis in ꝓmuni/ in quo nō ꝓtingit error/ ꝛ ex tali appetitu moueri ad noticiā finis impartiri qua esset formaliter practica/ licet non ꝑcederet eam praxis formaliter: tamē si sic diceref nō tolleref quin noticia sit practica ex fine ꝓncipalit. Quod autem dictuz est supra in descriptione praxis/ ꝙ praxis est operatio naturaliter posterioꝛ intellectione nō est intelligendū de intellectione practica vniuersaliter loquendo de praxi: sed soluz de praxi que est obiectio earum que sunt ad finem sed vniuersaliter loquendo de praxi accipienda est ibi intellectio in cōmuni ad speculatiuam ꝛ practicaz. Semper esſ vt ꝓdictum est prioꝛ est aliqua praxis

Nō hec.

Act⁹ vñ speculatiuus.

Nota de fine noticie practice.

etiam in re: ⁊ in effectu ꝯ noticia formaliter ⁊ actu practica/verum est tamē ꝙ intellectio ꝑma appetitui finis potest quoquomō dici practica possibilit ⁊ denominatiue ꝓ tanto qz directiua praxis circa finē in particulari qz nō est formaliter actu nec compositе ⁊ proprie practica: quia nō est directiua ex appetitu finis: sed est mere speculatiua sicut dictum est supra. ℣Et multominus adhuc dico ꝙ appᵉhensio finis in vniuersali vel in cōmuni est practica imo est speculatiua mere. ℣Tū quia nec depēdet ex appetitu cum sit simpliciter ꝓior omni appetitu finis: nec est directiua etiam qz in actu volendi finem in cōmuni vel in vniuersali sicut bonū in cōmuni vel in vniuersali: sicut bonum in cōmuni non contingit bene ⁊ male agere ⁊ ideo solum est ostensiua obiecto/nō autē directiua operationis vñ multominus est practica ꝯ noticia finis in particulari in quo ꝓtingit rectitudo ⁊ pctm̄ vel error: licet neutra sit practica formaliter ⁊ actu vel simpliciter loquendo: sed simpliciter speculatiua. ℣Si dicas ꝙ cognitio finis se habet sicut principiū ad noticiaꝫ eorum que sunt ad finē ⁊ ista sicut cōclusio. ℣Cōclusio autem practica resolvit in principium practicū ergo illa est practica/scilicet cognitio finis dico ꝙ illa nunq̄ est ꝑncipium noticie practice nisi ex appetitu finis ꝓme/⁊ ita semper reddit intētum.

Ad rōes ꝑme pce. opt. ℣Tunc ad rationes aliorū. Ad primum aliorum ꝑbantiū ꝙ practica noticia ꝑncipaliter sumat ex obiecto dico ꝙ noticie practice nō cōuenit extēsio ad opus/nec rō practici ad op⁹/ nec rō practici ãte appetitū ⁊ intēsionē finis/ imo dico ꝙ ois noticia ꝓior appetitu actuali ipius finis est modo speculatiua formaliter ⁊ actualiter loquēdo. vñ nec posset esse noticia practica naturaliter in ītellectu voluntate supata ab ipo/⁊ ponere noticiā practicam sine appetitu finis vel sine appetitu/siue est ponere principium naturaliter dependēs/ sine suo ꝓncipio a quo dependet ⁊ ꝙ noticia practica sit noticia

Ad 2m. speculatiua ⁊ ecōuerso. ℣Ad scm̄ dico ꝙ finis vt intentus vel potius intētio finis est causa noticie practice nec ꝓuenit noticie practicitas sine fine actu amato ꝓus vel appetitu qz vel noticia dicitur practica ex obiecto vel ex fine vel ex vtroq̄ non ex obiecto/qz idem obiectum potest esse speculatiue ⁊ practice/sicut deus/sicut etiam abstractiue ⁊ ītuitiue/⁊ diuersarum potentiarū intellectus ⁊ voluntatis/ergo oportet ꝙ ex fine vel vtroq̄ ⁊quocūq̄ modo oportet ꝙ ex fine/ſ nō ex fine in re: qz est posterior noticia ꝓtica/ergo ex fine intento: vel potius

Ad 3m. ex appetitu finis necessario: imo naturalit ipi noticie practice. ℣Ad tertium dico ꝙ moralis scientia est practica/ ⁊ ꝙ finis eius vnde dicit̄ practica est opus virtutis moralis ⁊ſi omnes virtutes ponantur in appetitu intellectiuo/⁊ in voluntate principalius ⁊ voluntas est nobilior ꝯ intellectus. ℣Tūc dico ꝙ actus virtutis moralis ita ꝙ argumentum illud de ignobilitate actus virtutis moralis nō curit ꝓtra me. Si autem ponantur virtutes morales in appetitu sensitiuo: vel voluntas sit ignobilior intellectu. Tunc argumentum est ꝓtra Aristotelem/ qui ponit ꝙ finis practice est opus/⁊ distinguitur a cognitione/⁊ ꝓsequens opus virtutis moralis non obstante ꝙ sit ignobilior noticia practica ītellectiua/⁊ actu eius est. ℣Et ideo respondetur ꝙ non semp est verum ꝙ finis sit nobilior/eo ꝙ est ad principale de fine quo/cuiusmodi est actus virtutis moralis respectu noticie practice/licet non sit in eadē potentia cuius ipa: sed eiusdem iste vel suppositi et hoc sufficit. Aliter ⁊ melius iuxta predicta est praxis ipa posterior noticia practica/⁊ vt in se vel i re est non est ꝑncipium noticie practice/ nec illud vnde dicit̄ noticia practica: sed magis vt intenta/ ꝓ tanto qz amor eius vel intentio eius seu etiā ꝑncipalior finis est illud principius noticie etiā practice/modo licet talis praxis in re ptineat ad appetitum sensitiuum/tamē amor ille ptinet ad voluntatem/⁊ est nobilior illa ⁊ ita non ꝓcludit argumentum dato etiam ꝙ virtutes morales sint in appetitu sensitiuo. ℣Ad quartū dico ꝙ ꝑmum obiectuꝫ Ad 4m. noticie practice nō ptinet noticiā practicā: nec ꝑncipia practica sine fine intēto/imo dico ꝙ ista accipiuntur ex fine intēto ⁊ obiecto simul ⁊ ꝑncipaliꝫ ex fine/sicut ꝓbatum ē supra scō physicoꝝ ⁊ sexto ethicorum. Ad illud quod dicit̄ ꝙ principium practicum necessarium nō depēdet a volūtate ⁊c. Dico ꝙ ꝑncipium practicum scm̄ ꝙ sumit̄ a fine intento ⁊ amato est contingēs: qz dependet a fine intento a voluntate sicut ⁊actus appetēdi finem/vel appetitus finis/quod idē est/qđ contingenter ⁊libere elicit̄ a volūtate/tamē habitudo noticie ꝫ ꝑncipij practici ad finē intentū vel appetitum finis/ ⁊ habitudo praxis eliciende ad noticiā practicam ad hoc vt sit recta ⁊ necessaria/⁊ sic ꝑncipium cum hoc ꝙ sumitur a fine intēto ⁊ a voluntate quātum ad habitudinem necessariam quā includit/ pōt esse necessaria. ℣De ꝓtingentibus em̄ ⁊ inter ꝓtingētia in se sunt habitudines necessarie/nō sic autē de ꝑncipijs speculatiuis que nō sumūtur ex fine intento

Ad 5m. qui est praxis ⁊ nō dependēt a volūtate. ℣Ad quᵗum dico ꝙ p extensionem actualē sicut ex ꝙ se passione nō ꝓuenit noticie ꝙ sit practica nō intuit siue ⁊ quiditatiue sed ꝙ naturam suā absolutam. ℣Cum dicis tunc faber nō intendēs actu opari non habebit habitum practicum. Dico ꝙ aliquis nō intēdēs actualiter opus nunq̄ habet in ꝓpetuū actum noticie practicū/nec ꝙ ꝓsequens potest acquirere habitum practicum/nec sm̄ habitudinē practicuꝫ nō potest exire in actum practicum/potest tamē hēre habitum practicum/qz actualis intētio non requiritur necessario ad seruationē habitus/licꝫ ad actᵍ eius vel acquisitionem. Ad habitum autem quiescentem non requirit aliquis actualis appetitus/ sed solum habitualis ita ꝙ habitus practicus req̄rit habitum appetitus finis/ vel ſ non requirat ipsum saltem in acquirendo ⁊ operādo necessario requirit actualem appetitus finis sicut ꝙ se ꝑncipijs eius. Tu dices ergo eadem noticia aliquādo erat practica aliquādo speculatiua de eodē obiecto dico ꝙ nunq̄ eadem noticia erit speculatiua ⁊ practica/vel modo speculatiua ⁊ modo practica. Sed dico bene ꝙ de eodem obiecto operabili potest aliquis habere noticiam speculatiuam aliquā nō intendendo finem praxis/⁊ aliā practicam ad quaꝫ mouetur ex desiderio finis. quare ⁊c. Vel ſ nō potest de illo haberi nisi practicam/sicut ponis/semp illa in actu dependebat ex desiderio finis actuali/ eo mō sicut dictū est supra/alias nunq̄ erit. ℣Ad Ad 6m. septum dico ꝙ non oportet obiectum primū ⁊ remotum noticie practice esse opabile ꝙ scientem qđ

patet qz ars citharisandi est practica / ⁊ eius obiectum primuꝫ vel remotū est cithara/de qua nō opꝫ ꝙ sciens citharisare faciat eā vel sciat facere sicut patet. Ars equitandi etiam cuius primuꝫ obiectū est equus: vel animal equitabile: quod nō pōt fieri per equitem. Similiter ars medicine est practica: ⁊ tamē eius obiectum primū qđ est corpus non potest fieri p ipam. Dico ergo ꝙ nō semp obiectū primarium noticie practice est contigens ⁊ opabile ꝙ scientem sed hoc accidit in aliquibus ⁊ de aliqbus particulariter ita ꝙ distinctio Aristotelis ꝙ obiectum opabile ⁊ nō opabile: vel non est vniuersalis sed particularis tm̄/⁊ in aliquibus vero habꝫ locū in aliquibus vero nō/sed intelligit̄ de primo obiecto vel remoto scientie vel noticie practice/vel ſ̄ est vniuersalis dico ꝙ nō est intelligenda de obiecto remoto sed de ꝓpinquo quod est praxis: tale eīm ꝙ est ꝓtingens ⁊ opabile per scientem/⁊ hoc sufficit ad distinctionem practice a speculatiua. Dico tamē ꝙ praxis ipa principalis inquātum finis dat noti-

Ad 7m. cie ꝙ sit practica ꝯ vt obiectum sicut supius ē ostensum. ℣Ad septimū de sexto Ethicorū dico ꝙ de praxi que est contingēs in ꝯtum ꝓtingenter alicit̄ a voluntate libera sunt alique veritates ꝓtingētes ⁊ quantum ad illas noticia practica ptinet ad rōcinattuum. Alique autem alie veritates sunt necessarie de praxi puta ꝙ tales ꝓditōes ſunt ei ad hoc vt sit recta ⁊ noticia istarū veritatū ptinet ad scientificum. Ad aliud de sexto methaphysice dico ꝙ ſ illa ꝓsequētia tenet gratia materie īmediate que ē speculatiua non tamē tenet vniuersaliter/nec formaliter tenet. Unde dico ꝙ ꝓsequentia est nulla noticia vel sciēcia est de subā sempiterna ⁊ īmobiliter: ergo est speculatiua/sicut patet ex dictis superius et etiam declaratis. Non em̄ oportet ꝙ primum obiectum ⁊ remotum noticie practice sit semp ob operabile ⁊ contingens sicut dictum est supra: sed sufficit ꝙ obiectū primum quod est praxis. Vel potest dici ꝙ non oportuit semp repetere Aristotelē illa que dixerat prⁱ⁹. Unde supponēdo illud quod dixerat in scō de fine speculatiuo supplendum est in antecedente huius consequentie qui est veritas deus enim substātia sempiterna est īmobilis qui est obictū ⁊ hoc supple ſ finis est veritas sicut methaphisica tunc scientia est speculatiua/tū ꝓtia solutio magis valet puta ad mentē Aristotelis. Et est tertia que sequitur ad rei veritatem. Vel potest dici ꝙ Aristoteles in illa ꝓsequētia sequutus ē ꝑncipia sua qz nō vidit ꝙ dilectio caritatiua dei esset per se finis alicuius sciētie de deo/⁊ ꝙ illa dilectio indigeret illa scientia non solum vt ostēsiua obiecti sed etiam vt directiua circa obiectum/etiam ex appetitu ipsius praxis q̄ est dilectio ipa ⁊ ꝙ illi noticie necessario cōformetur ipa praxis vt esset recta sicut nos tenemus. Si em̄ hoc vidisset illaꝫ ꝓsequētiam non fecisset. Hec igitur sufficiat de tertio articulo principali.

Practicū ⁊ speculatiuū an sint dre essentiales intellect⁹ ⁊ noticie

℣Quartus articulus est vi/

dere vtrum speculatiuū ⁊ practicum sint differentie essentiales intellectus ⁊ etiā noticie. ℣Et primo dico ꝙ speculatiuum ⁊ practicū nō sunt de conceptu quiditatiuo intellectus absolute sumpti ⁊ in cōmuni simul ⁊ cōiunctim accepta primo: quia tūc ois intellectus ⁊ respectu cuiuscunq̄ obiecti esset simul speculatiuus ⁊ practicus quod est falsum. Secundo qz nō est possibile ꝙ iste due differentie opposite sint de cōceptu alicuius vnius ꝙ se potentie/differentie enim opposite nō possunt esse de cōceptu quiditatiuo alicui⁹ entis per seynius. quare ⁊c. ℣Secūdo dico ꝯtum ad istum articulū ꝙ nec alterum istorum puta speculatiuum vel practicus potest esse de ꝙ se cōceptu intellectus absolute ⁊ in cōmuni accepti: qz tunc ois intellectus respectu cuiuscunq̄ obiecti esset practicus vel speculatiuus: quod est falsum. ℣Tertio dico ꝙ speculatiuum ⁊ practicuꝫ non sunt differentie eētiales intellect⁹ diuidentes ipm̄ in rōne potentie: ita ꝙ alia sit potentia intellectus speculatiu⁹/⁊ alia intellect⁹ practicus quod ꝓbo quia intellect⁹ noster respicit sal-

Augustī. tem sm̄ cōmuniter loquētes ꝓ per se obiecto primo ⁊ adequato/⁊ ideo nō variat intellect⁹ in rōne potentie ex variatione ꝓtentorum sub entequorum vnum habet ordinem ad appetitum finis ꝓ quāto est scientia de ipo. Aliud vero non sicut visus nō variatur ad variationem colorum/ sic in intellectu dico in ꝓposito. Secūdo quia superior potentia inferior nō variant potentiam sed solū officia ⁊ actᵍ potentie sm̄ Augustinum. 12. de trini. cap. 4. Ergo simuliter nec speculatiuum ⁊ practicum sunt. ergo differentie accidentales intellectus eidem potētie diuersimode puenientes. ℣Quarto dico ꝙ speculatiuum ⁊ practicum simul non sunt de cōceptu quiditatiuo noticie siue habitualis siue actualis in cōmuni sicut dictum est ⁊ ꝓbatum de intellectu.

℣Quinto dico ꝙ speculatiuū ⁊ practicuꝫ nō sunt differentie essentiales distincte ipsius noticie accepte in cōmuni diuidentes eā in diuersas noticias semp est differens. ⁊ hoc ſ accipitur speculatiuum ꝓ negatione habitudinis ad praxim/ vt ad finem̄ appetitum vel ad appetitum finis/⁊ practicuꝫ ꝓ tali habitudine ⁊ extensione ad praxim. Cuius ratio est quia noticia quecūq̄ scm̄ totum gen⁹ suum ⁊ speciem ⁊ individuum dicit aliquid absolutū ꝓ sitiuum ⁊ modo supponaꝫ/modo impossibile est ꝙ aliqua habitudo vel relatio seu negatio talis habitudinis vel rationis sint differentie sepate/nec adequatā quiditatiuo alicuius absoluti positiui sicut patet. Jam enim non esset illud absolutum vel positiuum quare ⁊c. Secūda ratio est qz speculatiuū ⁊ practicuꝫ sic accepta necessario ꝑ supponūt naturas ipārum noticiarum absolutas/sicut fundamēta ipārum que ꝓsequūtur/⁊ ex quibus ꝓsurgunt ⁊ in quibus fundanf/sicut posteriora in ꝓrib⁹ ergo non ꝓstituūt naturas illas sicut specifice differētie vt videtur. ℣Sexto dico ꝙ speculatiuū ⁊ practicū accepta modo ꝓdicto possunt dici passiones vel ꝓprietates distincte ipsius noticie. ita ꝙ speculatiuum cōueniat vni noticie cui ꝓuenit negatio habitudinis eius ad praxim vt ad finē vel ad appetitū finis/sicut ꝓ se causam eius ⁊ practicam conueniat alteri noticie secūdum speciem ⁊ genus proximuꝫ ⁊ individuum differenti cui cōuenit habitudo talis ad finem/⁊ sunt per se passiones inseparabiles a predictis noticijs/⁊ eis necessario conuenientes secundum ordinem nature vt ꝙ se subiectis. ℣Alio modo possunt accipi speculatiuū ⁊ practicum ꝓ formalibus distinctis intrinsecis noticie practice ⁊ speculatiue quibus distinguūtur iste genere proximo ⁊ specie ⁊ individuo que quidem ꝑncipia cō

sequūt practicum ꝛ speculatiuus modo p̄dicto accepta. Et isto mō possunt dici differentie specifice ꝛ essentiales noticie ipām noticiam in cōmuni que species subalternas diuidentes ꝛ ipas species formaliter p̄nētes ꝛ ipsis noticijs ex suis per se causis p̄uenientes. Cum enim noticia practica secūdū totum genus suum respiciat ꝛ habeat appetitum finis que est praxis p̄o per se causa sua/non autez habitus speculatiu⁹ nō habeat oportet necessario q̄ isti habitus specifice distinganf:ꝛ sint alteri⁹ rationis/ ꝛ q̄ speculatiuus sit vnus per cōsequens nunq̄ possit fieri ꝛ esse practicus nec econuerso.

¶ Ex quo apparet eē falsum qđ aliqui dicūt eundem habitū posse esse nūc speculatiuū nunc practicum ex voluntate arbitraria intendētis opus vel nō intendētis / ꝛ applicantis ad opus vel non applicantis:quod est vnum nihil dictum. Hec de secundo articulo principali. ¶ Similiter etiam ptz falsum qđ dicūt aliqui eundem habitum esse in scz simpliciter speculatiuū quia ex obiecto secundum eos ꝛ tamen alicui habenti per accidens esse practicum sicut dictum est de theologia contingentiū p̄cipue in nobis/q̄ est doctrina praxis circa theologica p̄tingenter/bona vero recta vt ē colere deū in sacro altari:vel huiusmodi. Non em̄ est directiua ex obiecto quia nec obiectum diuinuz determinate p̄tinet rectitudinem talis praxis/vt dicunt ꝛ bene in hoc sed est directiua ex suppositiōe diuine voluntatis determinātis rectitudinem talis praxis qua agnita cognitio p̄ma est directiua praxis sequentis/ꝛ sic per accidens ꝛ habenti practica vt dicūt:puto autem q̄ hoc nō videf verum:sed sicut est in se speculatiua ꝛ simpliciter secūdum eos ita ꝛ habenti vel si habenti practica tunc etiam in se practica /practicum enim ꝛ speculatiuum p̄ se diuidunt habitum nō per accidens.

Ad rōes p̄ncipa. qōnis.

¶ Ad primum argumentum

quod probat noticiam practicaz accipi ex obiecto principaliter patet ex predictis ad illud sexti methaphisice. ¶ Ad secundum de ratiocinatiuo et scientifico de sexto Ethicorum /patet igitur quid sit dicendum. ¶ Ad tertium de tertio de anima q̄ obiecti practici est agibile bonum ꝛattingens. Dico q̄ si intelligatur vniuersaliter de primo obiecto non est verus sed de obiecto proximo quod est op⁹ vel praxis est vniuersaliter verum. Et dico q̄ ipm est finis ꝛ magis ex ipso vt finis est accipitur noticia practica vt obiectum dicente Commentatore tertio de anima q̄ intellectus per quem agitur differt a speculatiuo fine id est per finem suum ꝛ declarat idem de habitu vel actu in secundo methaphisice super illud finis practice est opus ꝛ speculatiue est veritas. Dicit enim sic. Scientia operatiua quāuis vtatur ratione ꝛ speculetur de causis ꝛ tamen non est digna vocari scientia speculatiua quia non scrutatur de causis rerum ꝛ diffinitionibus earum nisi vt scientes eas agant ꝛ non vt sciāt sicut est in scientijs speculatiuis. Ecce quo modo ex fine distinguit intellectum ꝛ habitum practicū a speculatiuo. Sic de isto.

Cōmen.

¶ Questio octaua prologalis seu introductoria in primum librum sententiarum.

¶ Vtrum theologia

sit practica vel speculatiua.

Boeti⁹.

¶ Et videf q̄ speculatiua p̄ boetiū de trinitate q̄ assignat tres p̄prietates speculatiue/ inter quas ponit theologiaz cuius subiectum est substātia prima/que caret materia puta deus: sicut dicit ibidem.ergo ꝛc. ¶ Secundo sic omni practica est aliqua speculatiua nobilior sicut innuit p̄o methaphice. ergo nobilissima scientia est speculatiua sed ista est nobilissima. ¶ Tertio sic. Scientia que est de substātia sempiterna et immobili est speculatiua sicut dicit. 6. methaphi. q̄ est de nō operabili q̄ scientem:sed ista est huiusmodi/vt ptz quia de deo.quare ꝛc. ¶ Quarto sic. Scientia inuēta est omnibus necessarijs advitam existentibus ꝛ propter fugam ignorātie:quod patet quia sollicitudo necessariorum ad vitam impedit acquisitionem huius scientie. ergo ista est speculatiua p̄ia ꝓbatur ex primo methaphisice.

6. meth.

¶ Contra

Scientia que aliquid querit vltra veritatem ꝛ speculari non ē speculatiua sed practica vt ptz per Auicēnam primo methaphisice capitulo septimo sed ista est huiusmodi quia ad Ro.13.dicit q̄ plenitudo finis vl' legis est dilectio. Et ad Thimotheum q̄ finis p̄cepti est caritas. Et Mathei .22.dicit q̄ in duobus p̄ceptis caritatis vniuersa lex pendet ꝛ prophete. Et Augustinus de laude caritatis diuine q̄ ille tenet quicq̄d paret quicquid latet in diuinis codicibus qui caritatem seruat in moribus.q̄ ꝛc.

1. metha. Auicen. Ad ro.13 Mathei 22. August.

¶ Secūdo sic. Scientia que est vt boni fiamus ꝛē scientia diuine legis est practica vt dicitur secūdo Ethicoꝝ:sed ista est huiusmodi.ergo ꝛc.

2. Ethi.

¶ In ista questione sic ꝓceda

¶ Primo ponam opiniones de ea ꝛ arguam contra eas. ¶ Secūdo respondebo ad questionem aliter. ¶ Tertio ad rationes principales.

¶ Quātum ad primum dico

Theolo. an speculatiua vl' practica varie opiniōes.

q̄ de questiōe sunt quinq̄ opiniōes in ꝓmuni. Alii qui em̄ ponunt q̄ theologia est mere speculatiua. Alij q̄ ē mere practica. Alij q̄ ē speculatiua ꝛ practica. Alij q̄ est affectiua. Alij q̄ est contemplatiua. ¶ Primi qui dicunt q̄ est mere speculatiua etiam inter se variāt primus mod⁹ dicēdi est q̄ duplex ē actus voluntatis/vnus perficiēs voluntatē qui est respectu finis. Alius qui perficit a volūtate. Primus sicut dictum est actus voluntatis respectu finis ꝛ est operatio perfecta quam in seipsa voluntas elicit ꝛ qua fini vltimo se venit vel contingit. Secundo est respectu eoꝝ que sunt ad finē Et actio bona que voluntas extra se in aliud tēdit quia per talem actionem cum sit circa illud quod ē ad finem tendit in ipm finem mediāte eo quod est ad finem in prima actione sicut voluntas non indiget aliquo directiuo nec aliqua noticia prima directiua sed solum ostēsione obiecti/ita q̄ ad istū actū solum requiritur speculatio obiecti vt ostēsiua obiecti perfecte Non autem vt dicit ejam in aliquo quia respectu finis voluntas determinata est naturaliter, Talis autem actus simpliciter pertinet ad

Summatio p̄dicte p̄me opinio.

q̄ habit⁹ nō p̄t ex fine extrinseco dici practic⁹.

scientiam speculatiuam sicut dicūt:ita q̄ licet ordinetur aliqua noticia ad talem actum voluntatis/ tamen non est practica sed speculatiua. Sz in alio actu voluntatis indiget directiuo quicquid pertinet ad scientiam practicam. Scientia essi directiua vel noticia practica est vt dicūt. Ita q̄ hic ē speculatio vt actionem dirigat/quod est p̄prium noticie practice. Modo dicūt vltra q̄ actus qui perficitur a voluntate circa ea que sunt ad finem nō est finis theologie nisi finis sub fine/ sed magis alius qui perficit voluntatem ad quam ordinat alius vt ad finem/nō est tamē finis intrinsecus: sed magis extrinsecus quia in alia potentia/ꝛ per ꝛsequēs ex tali fine nō potest dici theologia practica vel speculatiua:si extendatur ad ipm sed magis dicit speculatiua ex fine p̄prio ꝛ extrinseco/que est speculatio ipa vel cognitio veri theologici /quequidem non est directiua respectu opationis volūtis circa finem que operatio est finis extrinsecus. Et ideo dicunt q̄ teologia speculatiua est nō practica quia actus principaliter intentus in hac scientia est act⁹ volūtatis circa finem in qua indiget directiuo sed tantum ostentatione obiecti. Est igit speculatiua quia in actu suo principali nō indiget directiuo.

¶ Pro ista opinione q̄ sit speculatiua videf primo per illud agit in sermone de Jacob ꝛ Eseau. Ola inquit opera mea sunt vt mundetur oculus mētis interior quo videf deus ergo scientia nostra advisionem dei ordinat q̄ non est directiua ergo ē speculatiua. Item scientia dei ꝛ beatorum non ē practica ꝛ directiua quia in eis nō potest eē error nec per consequēs scientia earuz est directiua ergo simiiter scientia nostra nō est practica sed speculatiua ex carentia directiui/in actu suo p̄incipali. Itē tertio. Fides est habitus speculatiuus vt videf quia sibi succedit visio ergo similiter scientia fidei que ē theologia. Itē quarto q̄ si ista scientia eēt practica qz extendit se ad affectum vel dilectionem caritatis se ipsius voluntatis tunc omnis scientia eēt practica qz omnis sciētia aliquo modo ad affectuz se extendit eo q̄ ad ipam sequitur dilectio vel cōplacentia vel aliquid aliud in affectu. ¶ Dicūt ergo isti q̄ ꝓtūcunq̄ theologia se extendat ad dilectionem dei sicut ad finem suum extra gen⁹ cognitionis a quo nō potest dici speculatiua ex fine suo proprio ꝛ intrinseco sicut ꝛ quilibet alius habit⁹/ quiquidem habitus est actus eius cognitiu⁹ finis non directiuus in volitione eius vt finis/ꝛ ita mere speculatiuus ꝛ obiecti ostensiuus sicut dicunt.

¶ Q̄z autem habitus nō possit dici practicus a fine aliquo extrinseco sed opoꝛtz necessario q̄ a fine intra genus cognitionis q̄ est veritas cōfesse se his appetitui recto ꝓbant. Tum quia talis actus obiecti est perfectu⁹ habitus practici nō aūt finis aliquis qui est in alia potētia extrinseca. Idem enim est finis positio ꝛ habitus. Tum quia talis act⁹ haberi potest ab omni habēte habitum practicum et non nisi ab habente: Alius autem qui est extra genus cognitio non potest haberi a non habēte habitum sicut in proposito patet q̄ aliqs potest habere dilectionem caritatiuā dei dato q̄ nō habeat theologiam.ergo ex fine isto nō debet dici nec speculatiua nec practica. Tum qz etiam actus extra gen⁹ cognitionis est finis proprius ꝛ intrinsecus alicuius habitus appetitiui alicui⁹ virtutis moralis/nō ergo alicuius habit⁹ intellectiui qz isti habitus differunt specie ꝛ genere ꝛ p̄ cōsequēs ex tali fine nō potest dici habitus practicus vel speculatiuus:sed magis ex fine p̄prio ꝛ intrinseco dicitur habit⁹ speculatiuus puta ex actu qui est veritas non directiua alicuius operationis extrinsece:vel practic⁹ ex fine suo ꝛ bono ītrinseco:qui est bonū suū. Bonum autem intellectus practici ꝛ habitus est verū cōfesse se habens ad appetitum rectum vt dicitur sexto ethicorum ꝛ ē veritas directiua operatiōis alicuius extrinsece potentie vt dicunt.

6. ethi.

¶ Alij ponunt

q̄ theologia ē mere speculatiua licet extendat ad dilectionē dei/dato etiam q̄ dilectio dei possit recte ꝛ non recte elici:ꝛ per ꝑns q̄ theologia sit directiua dei non est vere praxis/quia nō est circa obiectum ptingens. Dicit aūt Cōmētator p̄mo ethicorum q̄ praxis est operatio secūdum electionem. Electio autem non nisi ptingentium vt ptz tertio ethicorum/sicut nec ꝓsilium nō em̄ ꝓsiliamur de necessarijs. Et ideo dicūt q̄ teologia non est practica sed speculatiua qz non extēdit se ad veram praxim igitur speculatiua.

2⁹. mod⁹ 1. opi. Cōmen. 3. ethico.

¶ Tertij dicunt

¶ Tamē dico q̄ aliquo actu beatifico poteſt quis videre vnum attributum cum eſſentia: dato q̄ nō aliud: ſicut eſſentiam dato q̄ nō attributū: eo modo quo dictum eſt ſupra. Si tū eſt dare aliquē actum vnum viſiuum qui ſit vnicus & indiſtinctus omnium iſtorum/ ſicut eſt actus ille quē habēt beati modo de facto: dico q̄ impoſſibile eſt ipſo manēte q̄ per illum actum videatur eſſentia: & nō relatio vel p̄ſona vel attributum: quia manēte eodem actu neceſſario ſemp idem vel eadē intelligunt̄ per ipſum: quia eſſe intellectiuū vel nō eſt aliud ab intellectione: vel neceſſario cōcomitat̄ ipſum: & ideo ſicut manet eadem intellectio ita manet ſemp eadem eſſe intellecta per ipſam. Similiter dicēdum eſt de quocūq; actu eiuſdem rationis cuius illo: qui ponitur modo circa obiectum beatificum: q̄ vnuſquiſq; iſtorum per idem qđ eſt abſolutū ex natura ſua ſpecifica eſt vtriuſq; obiecti vni⁹ vt p̄mary/& cuiuſlibet alterius vt ſecūdarij: nec addit aliquid vt eſt ſecūdarij ſup ſeipſum vt p̄imarij: ſed ipſe per idipſum per quod attingit̄ p̄imarium attingit & ſecūdarium/nō addēdo aliquid abſolutū: quia non eſt dare tale abſolutum: nec reſpectū realem: quia ad obiectum ſecundarium nō habet actū reſpectum realem cōmunem ſi infinita poſſunt eſſe quare &c. Similiter etiā quia per illud nō menſuratur nec cauſatur/& ita eſt obiecti ſecūdarij exiſtentis ſicut nō exiſtētis/patet de viſione beati quā habēt de creaturis in verbo/licet nō exiſtant in actu. Similiter reſpectu rationis cōparatiuus rationis quia p̄ius aliquid eſt cognitum vel amatum q̄m reſpectus rationis cōparatiuus fabricet circa ipſum vel ſaltē ſimul. Et dato q̄ ſic. nichil ad propoſitum. Vnde quod dicūt aliqui eundem actum qui ponit modo in beatis eſſe fruitiuus diuine eſſentie & relationis vel perſone & attributi: poſſe eſſe fruitiuū eſſentie tm̄/eſt impoſſibile ſimpliciter. Non eñ hoc fieret niſi per aliquā mutationez realem circa actū qui eſt impoſſibilis: & penes aliquid abſolutum: vt ſupra dictū eſt. Et penes reſpectū realem: quia ad obiectum ſecūdarium nō eſt talis reſpectus in ipo actu. ¶ Si dicatur q̄ nō penes abſolutum in actu ſine potētia. Patet quia q̄ nullū abſolutum eſt tale in potētia ipſa/& tale abſolutum poteſt ſe habere vt obiectum ſecūdarium: ergo nō impedit attingētiam obiecti ſecūdarij/quod poteſt attingi: ſiue ponatur ſiue amoueatur. Vnde & eadē attingentia eſt realiter in tali actu obiecti primi & ſecūdarij: et per idē abſolutū ſimplex vtriuſq; attingit & vtriuſq; cauſatio & cōſeruatio eius & alie p̄time p omnia vt attingat vtriuſq;: quare impoſſibile eſt q̄ maneat attingēdo vnum & nō aliud. ¶ Contra hoc tū videt eſſe vna difficultas: quia ſm iſta videret q̄ ſcientia diuina de futuris cōtingentibus eſſet neceſſaria/& q̄ neceſſario & nō contingenter deus ſciat illa. Cuius oppoſitus dicet infra. Et diceret ad hoc q̄ ſingulare eſt hoc in noticia infinita: quia licet in ſe ſit neceſſaria obiectum eius contingēs ſic contingenter cognitū: & ipſa neceſſario poſita nō ponatur neceſſario obiectum tale in eſſe cognito: conueniunt etiam noticie infinite multa que nō poſſunt conuenire noticie create vel finite/nec horum ſimilia: puto tū q̄ ſit poſſibilis aliquis actus beatificus alterius rationis: ergo videri poſſet diuina eſſentia p̄ciſe/& nichil aliud: ſed ille nō eſſent eiuſdem rationis cum iſto qui ponitur modo de facto in beatis/nō obſtante q̄ in eadem potētia & reſpectu eiuſdem obiecti formalis: & codē p̄ſentati: quia nō video illis poſitis impoſſibilitatē variationis i actibus ex ſe formaliter. Et dico q̄ propter illū actuz nec per alium eiuſdē rationis cum ipſo vnq̄ poſſet aliquid aliud videri: ſed ſolum & p̄ciſe diuina eſſentia. Vnde dico q̄ imaginātes q̄ deus poſſit facere manēte eodē actu qui habebatur modo a beato/q̄ beatus per ipſam poſſit videre diuinā eſſentiam/& nō relationē vel perſonam vel attributum/ immo qđ plus eſt quidditas omnium creaturarū & cōplexiones neceſſarias ipſarum/imaginātur falſum: ſicut ſi imaginarenē q̄ maneret idem actus et non maneret: & q̄ deus influeret ad eundē actum & nō influeret. Sic igit̄ patet de viſione. ¶ De fruitione dico q̄ nō video contradictionem quin deus poſſet facere q̄ cōp̄hendēs aliquo actu beatifico poſſit facere compzehēdēz frui eſſentia nō fruēdo relatiōe vel p̄ſona/vel attributo aliquo & recte vni formiter: ſicut dictum eſt de viſione.

De viſione & fruitiōe vni⁹ p̄ſone ſine alia. 1. opinio. ¶ Sed de perſona & perſona eſt magis dubium & p̄imo quantum ad viſionē. Vtrum poſſit vna videri nō videndo aliam: p̄cipue de correlatiuis: quia de nō correlatiuis nō habetur dubium magnum: ſed de correlatiuis puta de patre & filio: dicit vnus q̄ pater videt ſe eternaliter p̄iuſq; filium: quia pater eſt p̄ior origine filio/& illo p̄iori habet eſſentiam & intellectum & p̄ſonalitatē ſuam/ergo in illo p̄iori poteſt intelligere ſeipſum/& videt/& eſt beatus/ in illo p̄iori autē non intelligit filium: q̄ filius nō eſt in illo p̄iori originis: quia tūc eſſet p̄ior origine & nō poſterior: & pater nō videt eū in illo p̄iori beatifice/quia viſio beatifica nō eſt niſi exiſtentis. ¶ Item ſecūdo ſic. Pater eſt a ſe/& ex ſe formaliter: nec aliquid recipit a filio vel ex filio: ergo vtvidetur poteſt intelligere eſſentiam ſuā nō expectando p̄ductionem filij & videre ſeipſum beatifice. ¶ Si dicatur q̄ non: quia obiectum beatitudinis eſt eſſentia diuina vt cōicata tribus/vel ſaltē communicata tribus/ita q̄ beatificare nō poteſt niſi in tribus ſuppoſitis exiſtēs. Contra nō modo requiritur ad beatitudinē obiectum q̄m potētia/ergo nō minus requiritur q̄ beatus ex ſe vel a ſe habeat obiectum beatitudinis in ſe formaliter cum omni ſua neceſſaria conditione ad beatificādum/ q̄m potētiā ipſam beatificalem: ſicut ergo pater nō expectat filium nec eius p̄ductionē in habēdo intellectum/ ita nec eſſentia in ipſo expectat filium vt poſſit beatificare/& ita nō neceſſario cōmunicata eſt tribus anteq̄m poſſit beatificare: & cē. ¶ Dicunt ergo iſti q̄ vna p̄ſona etiam relatiua poteſt videri: nō videndo aliam/& q̄ deus etiam hoc poſſet haberi in intellectu viatoꝝ p̄ro illo p̄iori ſigno originis. Et per conſequens de fruitione dicunt q̄ poſſibile eſt frui vna: non fruendo alia. Summatio p̄cedē. opi.

¶ Sed contra iſta arguo. Nō eñ reputo verū q̄ vna perſona poſſet videri diſtincte: nō intelligēdo aliud abſolutum/& nō relatiuum: quia relatiuum quidditatiue eſt ad alterum: ſed p̄ſona diuina nō eſt abſoluta ſed relatiua: & cē. ¶ Contra illud quod dicit patrem in diuinis intelligere ſeipſum nō intelligēdo vel videndo filiū falſum eſt ſimp̄r & abſolute: q̄ ipſum eſſe patrē nō eſt niſi referri ad filiū nō in telligēdo filiū: & cē. Q̄ vt q̄ filius i illo p̄iori originis nō eſt. Contra. Impoſſibile eſt neceſſe eſſe p̄o quo cūq; ſigno non eſſe/quia ſi aliquādo & p̄o aliquo ſigno nō eſt neceſſe eſſe: ſed poſſibile eſt accipiens de nō eſſe eſſe: ſ̄z filij dei eſt neceſſe eē & cē. Nō eñ ſequit nō eſt p̄i⁹ nā: & nō eſt. Si eſt p̄i⁹ origine eēt p̄ius eē/& poſteri⁹ nō eē: cū p̄ius & poſteri⁹ origine poſſint eſſe ſimul natura: ſequeretur q̄ idē ſimul natura eſſet & nō eſſet: quod eſſet cōtradictio. Similiter ſi p̄ius eſſe natura/argueret poſterius in illo p̄iori nō eſſe: ſequeretur q̄ idem ſimul duratione eſſet & non eſſet: quia p̄ius & poſterius natura ſe poſſunt compati in eodem inſtanti durationis. Mōs doctoris.

¶ Dico igitur q̄ vna p̄ſona diuina vi deri non poteſt ſine ſua correlatiua. ¶ Secūdo dico q̄ nec poſſibile eſt q̄ deus pater intelligat ſeipſum vel filium anteq̄m intelligat ſpiritū ſanctum: nō propter correlatiuū quia pater & filius ex ſuis relationibus cōſtitutis nō referunt̄ ad ſpiritum ſanctum: ſed p̄opter plenitudinē p̄fectionis in actu intelligēdi diuino: qui eternaliter eſt omnium intellectorum. Alias enim poſſet deo aduenire de nouo intellectio alicuius: & ſic poſſet mutari & nō eſſet deus. ¶ Tertio dico q̄ licet hoc poſſit deus tamē poteſt comp̄hēdēz virtute diuina videre patrem & filium/nō videndo ſpiritum ſanctum: quia nec ſunt correlatiue p̄ſone in ſuo eſſe p̄ſonali/nec oportet ponere q̄ p̄opter plenitudinē perfectionis actus creati/actus oīm attingat ſed de⁹ poteſt (crede) creare vel cauſare aliquē actum beatificū in intellectu: quo videbit beatifice patrē vel filium: non videndo ſpiritū ſanctū: licet impoſſibile ſit quacūq; virtute patrē videre diſtincte & pertecte nō videndo filium / ſicut abſolute eſt impoſſibile intelligere vnum correlatiuum/non intelligēdo aliud. Ideo dicitur. Philippe qui videt me videt & patrem. ¶ Quarto dico q̄ nō obſtāte hoc poſſibile eſt virtute diuina q̄ comp̄henſoꝝ etiam beatifice fruatur vna p̄ſona & non alia/puta patre & nō filio/patre & filio & non ſpiritu ſancto. Patet quia poſſibile eſt videre patrem & filiū non videndo ſpiritū ſanctum: ſed q̄ poſſit comp̄hēdēz frui patre & nō filio. Per aliam rationem oportet probare: hoc probo quia ſi aliquid ſequit̄ ad aliud per locum extrinſecum: nō oportet ſi voluntas vult antecedēs q̄ velit conſequēs: verbi gratia. Ad di-

gnitatem ꝛ dominium abbatis sequitur ꝙ locum extrinsecū esse monachum vel ordinatum/nō oportet ꝙ si aliquis velit abbatis dignitatē/ꝙ velit esse monachus:sed potest vnum velle nō volēdo aliud/sed si esse monachum sequeretur dignitatē ꝙ locus extrinsecum/sicut animal sequitur hominē:non posset voluntas sic velle primū nonvolendo secūdum/sed ad vnum relatiuum sequitur aliud per locū extrinsecum:vt patet ꝛ dictum est supra:ergo ꝛc. Dico igitur absolute loquendo ꝙ frui est perfrui vna persona non fruendo alia.

Quid de facto sit tā respectu cōprehēsoris q̄m i ꝓpria virtute.

¶ Vltimo restat videre quid est de facto in cōprehēsore:ꝛ quid est in virtute ꝓpria. ¶ Et primo dico quantū ad visionem/ꝙ in potestate intellectus creati nō est videre vnam ꝑsonam non videndo aliam: nec essentiam nō videndo personam/ꝛ sic de alijs: quia intellectus nec scīm se nec finem motionem volūtatis est liber in alia visione:sed visio illa beatifica causatur a deo in intellectu fin imperium ꝛ beneplacitum diuine voluntatis. ¶ Secundo dico ꝙ nec in potestate voluntatis create est frui vno ꝑdictorum nō fruendo alio/ꝓpter eandem rationē:posito ꝙ voluntas effectiue nō eliciat actum fruitionis beatifice/sicut dictum est de intellectu. Si autē ponatur ꝙ voluntas ipsum eliciat:tūc dico ꝙ non est in potestate volūtatis ordinate nō impedire ꝙ fruatur vna ꝑsona ꝛ nō alia vel alijs predictis. Si esset non frueretur omnibus iam esset inordinata:qz obligatio precepti de diuina dilectione maxime manet in patria/ꝛ ideo peccaret:sed omnibus illis qui sunt ad ipsum/ꝙ deus nō frueretur. Et dico ꝙ hoc non posset ex se manēs beata. ꝛ ꝙ consequens ordinata ꝓpter implicationē contradictionis:sed dico ꝙ sue libertati relicta. Si posset elicere aliquē actum nō beatificum circa deū immediate visum/posset frui vna persona ꝛ nō fruendo alia/vel essentia nō fruēdo ꝑsona:ꝛ sic de alijs predictis ex sua libertate sic patet de possibili. ¶ De facto dico ꝙ quilibet beatus vnica fruitione fruitur omnib⁹ predictis: ꝛ videt omnia predicta:vt patet. Et impossibile est manētibus actibus istis quin videant omnia ꝛ fruantur omnibus predictis. Impossibile est em̄ ꝛ ꝙplicat contradictionē ꝙ manente intellectione vel visione creata ꝛ limitata vel determinata. ꝛ per consequēs ad tale obiectum alicuius obiecti ipm̄ obiectum nō sic visum vel intellectum. ¶ Modo restat vltimo videndum de essentia ꝛ attributo quantū ad fruitionē in cōprehensore loquēdo de persona dei. Et dico de hac recta vniformitate per omnia sicut dictum est supra de visione. Sicut em̄ possibile est videre essentiam nō videndo attributum etiam beatifice/sic ꝛ frui essentia nō fruēdo attributo/ loquēdo de potētia dei:ꝛ sic de alijs dictis:quādo de visione dicebatur:loquēdo autem de potētia creature sicut dictum est etiam de visione/ꝛ de facto:sicut dictum est de visione.

Ad rōes dicētium essentiam non posse videri nō videndo ꝑsonam.

¶ Et sic ad tertium articulum est respondendum ad primum illorum qui dicebāt ꝙ nō potest videri essentia non videndo personam ꝛc. ¶ Secūdo dico ꝙ talis visio essentie nō videndo personam nō esset confusa sed distincta:quia nō esset alicuius vniuersalis cōmunis ad plura suppposita cōmunitate predicationis sed etiā alicuius singularissimi fin ꝓpriā rationē que est essentia diuina ex se hec ꝛ singularitas quedam. ¶ Ad secūdum dico ꝙ esset visio existētis in actu loquēdo tamen de existentia cōmunicabili licet singularissima. Non autem loquēdo de existētia incōmunicabili vel suppositali:licet enim essentia nō existat nisi in ꝑsonis habet tamē ꝓpriam existentiam cōmunicabilē distinctā a qualtibet existentia incōmunicabili ꝑsonarum:ꝛ ꝓpriorum ipsa. ¶ Ad tertium dico ꝙ nō est simile de efficere ꝛ determinare. Actus enim creandi qui est ipsum velle diuinum:nō potest non cōuenire cuilibet persone diuine:quia necessario cuilibet conuenit / nec deus super hoc habet aliquā causalitatē:vel potestatem super seipsum/ꝛ ideo nec essentia:nec persona terminare potest quin persona ꝛ quelibet persona creet necessario:quia etiam creatio necessario ꝑ supponit emanationē personalem:sicut dicetur in secūdo:sed aliud est de terminatione alicuius actꝰ quia esse actus ipse terminabilis potest esse imperfectus ꝛ nō adequat intellectibilitate omnia diuina in ratione obiecti:sicut adequat actus diuine intelligētie. Ideo dico ꝙ potest terminare ad aliqd in diuinis .dato ꝙ nō ad aliud:sed hoc esset impossibile si actus esset causate perfectionis sicut actus intelligēdi diuinus:vel si ponatur idē actus respectu omnium sicut modo de facto ponitur in beatis fin Augustinū decimoquinto de trinitate. Aliter dicitur ꝙ argumētum bene cōcludit ꝙ nulla virtute fieri potest quin actus terminetur ad omnia diuina in ratione cause finalis:sic est a tota trinitate quia sicut dicitur primo de trinitate. Opera trinitatis sunt induisa ad extra:sed nō sequit quin posit terminari ad aliquid in deo in ratiōe obiecti: dato ꝙ nō ad aliud : qz deus in ratione obiecti nullius est causa breuiter:tūc essi mere naturaliter ꝛ necessario causaret altquid: quod est impossibile et falsum:sicut dictum est supra. ¶ Ad quartus dico ꝙ persone vel relationes nō sunt distincte in essentia sicut partes in toto vel sicut intrinsece ꝛ quidditatiue cōtente in ea:ꝛ magis sicut suppposita in natura:vel sicut relationes in fundamēto:ꝛ ideo nō conuenit/sed possibile est absolute ꝙ distincte videat essentia:non autem relatio vel persona:vel attributum quodcunq;.

Augustꝰ

Ad rōes ꝓdictorū d fruitione.

¶ Ad primum eorūdem de fruitione dico ꝙ voluntas non plus abstrahit obiectum suum q̄m intellectus: loquendo de abstractione immaterialitatis:sed loquendo de abstractione que est velle vnum.non volēdo aliud: bene plus abstrahit q̄m intellectus:quia sicut dictū est:licet intellectus nū possit videre personam relatiuam non videndo correlatiuam:tñ potest volūtas frui vna ꝛ nō alia. Ad idem potest dici aliter ꝙ saltez possibile est ꝙ intellectus sic abstrahat obiectū ꝙ intelligat essentiam/nō intelligēdo personam:et sic de aliquibus suprādictis. ¶ Ad secundus dico ꝙ volūtas potest quietari fin voluntatē in fruitione solius essentie precise/ꝛ etiam in fruitione oīm diuinorum simul:nec fruitio omnium diuinorū est magis quietatiua q̄m solius essentie diuine. Sed dico ꝙ si iste due fruitiones sunt eiusdem rationis/ꝛ quecūq; due forme eiusdem rationis nō possunt simul inesse eidem fruenti si autē illud non est impossibile tūc ex hoc nō est impossibile eos simul esse/licet forte ex alio sit impossibile videlicet qz quelibet

replet capacitatem voluntatis: ꝓpter quod fiue sint eiusdem rationis siue non diceretur ꝙ non possunt stare simul quod tamē ad ꝓsens discutiendū relinquatur. ¶ Ad tertium dico ꝙ licet mens sit imago trinitatis tamē potest quietari in sola essentia diuina:quia omnia alia opposita ad ipsam non sciunt aliquid maius ꝛ perfectius:quare ꝛc.

Ad rōes aliorū dicētiū vnā ꝑsonā relatiuā ꝑ posse vidi q̄m sus correlatiua ꝛc.

¶ Ad primum aliorum probātiū ꝙ vna ꝑsona relatiua potest prius videri q̄m sua correlatiua. Dico ꝙ pater in q̄tum principium productiuū absolute accipiendum est prior origine: ꝛ in q̄tum prior est precise origine sibi nō competit ꝙ sit suppositum/vel ꝙ relatum:ꝛ secundum hoc precise nō simul habet intellectionem verbi cum seipso: licet aliunde habeat:sed quia pater non solum est prior origine:sed sic prior per modum suppositi relatiui constituti per relationem ad filium. Dico ꝙ simul necessario habet intellectionem sui ꝛ filij:ꝛ hec est causa precisa. Unde stant ista duo simul ꝙ pater in quantum prior origine absolute nec sit suppositus absolutum nec relatum:id est ex hoc non habeat ꝙ sit suppositum relatiuum : et tamen simul coexistat filio vel verbo / inquantum tale suppositum relatiuum ad ipsum ꝛ simul intelligat eum cum seipso. Aliter potest dici ꝙ prius ꝛ posteri⁹ origine sunt simul natura/siue quantum ad fundamenta cuiusmodi sunt pater ꝛ filius:siue quantum ad relationes prioritatis ꝛ posterioritatis:quia sunt oppositе relationes:ꝛ ideo necessario simul intelliguntur quantumcunq; vnum sit prius origine/ꝛ aliud posterius/et simul coexistunt/et hoc quidem vt a quo aliud:ꝛ hoc vt quod ab alio.licet enim filius nō sit in illo prioti origīis sub hoc sensu : quia sic prior origine tamen in suo posteriori origīis est cum illo prioti:ꝛ non potest dici absolute non esse:quia si cut pater in suo prioti est a quo alio:ita ꝛ simul necessario filius in suo posteriori est qui ab alio/quia prius origine non est nisi a quo alius/ꝛ posteri⁹ nō est nisi qui ab alio. Impossibile est autem ꝙ intelligatur vel videatur qui ab alio secundum ꝙ huiusmodi nisi videatur alius prō quocunq; signo visō: ꝛ econuerso ꝙ videatur ꝛ intelligatur a quo alius nisi alius:quare ꝛc. ¶ Ad secundum dico ꝙ pater a se ꝛ ex se formaliter est beatus/et a se et ex se habet obiectuꝫ beatificū formaliter et perfecte. Sed dico ꝙ simul cum ipso filius est beatus ex se forma liter:tamē originaliter a patre:ideo non habet hoc aliam difficultatem ab alio argumento. Instantia que fit ibi contra quandam solutionem non est contra me:quare ꝛc. Sic ad questionem.

Ad rōes principales q̄stionis.

¶ Ad primum principale dico ꝙ virtutes sunt ꝓpter se amande/si ly ꝓpter dicat circunstantiam cause formalis:quia ex se formaliter sunt bone:sed non ꝓpter se amande si ly ꝓpter dicat circunstantiam cause finalis:et ideo nō sunt primum obiectum:nec per se fruitionis ordinate. ¶ Ad secundum dico ꝙ capacitas anime cum sit finita potest repleri ꝛ satiari formaliter aliquo finito:quia nulla forma eius potest esse actu ī finita:ꝛ inherens sibi:sed dico ꝙ abiectiue non potest satiari nisi in obiecto finito:sicut dictum est supra : ita ꝙ nichil per modum obiecti potest perfecte satiare ipsam vel replere/nisi infinitum:tamen aliquid finitum potest ipsam satiare ꝛ implere per modum forme. ¶ Ad tertium dico ꝙ non quecūq; forma satiat appetitum materie:imo dico ꝙ nulla breuiter. Cum enim appetitus materie non possit satiari per aliquid nisi sic per informans ipsam. Et impossibile est eandem formam aliquam continere omnes alias : sic eminenter vel perfectionaliter ꝙ hoc sufficiat ad satiandum appetitum eius: sequitur ꝙ nulla forma satiat appetitum eius. Et ideo falsum accipiebatur. Ad probationem dico ꝙ non quiescit violenter sub aliqua forma : qz non inclinatur determinate ꝛ precise ad oppositam formam:sicut dicimus ꝙ graue ad vbi deorsum/et leue ad sursum:sed naturaliter ad omnes formam inclinatur ꝛ ideo naturaliter quiescit sub qualibet ꝛ nulla potest sibi inesse violenter:quare ꝛc.

¶ Distinctionis Prime.
Questio Secunda.

¶ Secundo quero de frui ꝓtum ad conceptum. An sit actus / seu operatio potentie fruitiue:vel passio eius.

¶ Et arguo ꝙ sit passio volūtatis:quia fructus est vltimus quod expectatur de arboze sed delectatio est vltimū quod habetur de obiecto fruibili/sicut patet:ergo delectatio est fruitio : sed delectatio est passio secundum Aristotelem quarto ethicorum : ergo et cetera. 4.ethi.

Ad Galathas.5.

¶ Item ad Galathas quinto. Fructus spiritus est gaudium:sed gaudium est passio sicut et tristicia:ergo fruitio est passio:quare et cetera. ¶ Item desiderium est absentis ꝛ delectatio presentis/fruitio maxime est presentis:quare ꝛc.

¶ Contra voluntas actu elicito amat deū et operatione sua/aut igitur ꝓpter aliud:et sic vtitur ꝛ est peruersa / aut ꝓpter seipm̄:ꝛ sic est fruitio ergo fruitio est actus:ꝛ operatio voluntatis:quare ꝛc.

¶ In ista questiõe sic ꝓcedā.

¶ Primo ponam descriptiones frui et ostendam cuius potentie sit actus. ¶ Secundo inquirā vtrū fruitio/suppositio ꝙ sit actꝰ ꝛ operatio sit idem essentialiter qđ delectatio. ¶ Tertio inquirā vtrum anima fruatur.

Descriptiões de ly frui secundum Augustꝰ

¶ Quantum ad primum potest dari vna descriptio frui. Primo de doctrina christiana. Qꝺ frui est amando inherere alicui ꝓpter se. Et ista descriptio videret dicere ꝙ frui sit actꝰ voluntatis perfectus:quo aliquid ꝓpter seipsum amatur. ¶ Alia est descriptio Augustini quarto de trinitate nono ꝙ frui cognitionis in quibus voluntas ꝓpter se delectata conquiescit. Et ista videtur innuere ꝙ frui capiat in se aggregando duplicem naturam : puta actum ipsum fruentis : qui est actus voluntatis:et delectationem consequentem talem actum quasi passionem. 2ª. descriptio.

Tertia.

¶ Alia descriptio ponitur de frui perfecte respectu dei que est Augustini primo de trinitate quarto.ꝙ plenum gaudium est frui trinitate. Et ista

videtur dicere q frui solum dicat passionem vel delectationem que est gaudium. ¶ Alia descriptio ponitur vndecimo de ciuitate capitulo vigesimoquinto. Ea re frui dicimur qua nos non ad aliud referenda per seipsam delectat. ¶ Quid autem significet vocabulum frui proprie ante actum vel passionem vel vtrunq; difficile est probare. Tamen ex proprietate constructionis grammaticalis potest hoc declarari. Jstud enim verbum frui construitur cum ablatiuo significante obiectum ex vi transitionis. Talis autē constructio debeť verbis significantibus actum. Vnde cōgrue ꝛ recte dicit fruor deo vel aliquo alio. Et Augustin⁹ dicit frui mur ea re de qua capimus voluptatē ꝛ fruimur cognitis ꝛc. Talis autē constructio non debetur verbis significātibus passiones. Non eñ dicimus delector deo sicut fruor deo. Jdeo dico q frui significat actum potētie fruitiue: non autem passionem. Sed de significato vocabuli nō est cōtendendum ēm Augustinū primo retractationū. c. ix. vbi dicit q cum res congruat nō est vis facienda in nominibus. ¶ Dico igitur vlterius non ꝓtendendo q frui est actus ꝛ operatio potētie fruitiue. Et si alique auctoritates vel descriptiōes videtur dicere q dicat passionē vt passio distinguitur ab operatione: vel etiam vtrūq; dico q intelligēde sunt per cōmitātiam/quia talē actum fruitiuum cōcomitatur delectatio que nō est operatio sed superueniēs passio sicut pulchritudo supueniť iuuentuti. ¶ Scōdo dico ꝯtum ad primū articulum q frui est actus voluntatis: ꝛ nō ipsius intellectus. Primo quia nobilissime potētie est nobilissimus actus circa obiectū nobilissimū: sed voluntas est huiusmodi. Ratio ad hec: quia eiusdē potētie est fruitio ꝛ intētio: sed intētio est voluntatis/ꝫ ꝛc. ¶ Secundo sic. Frui est actus nobilissimus ad quē immediate sequitur delectatio: qz ēm Augustinū primo de doctrina christiana. Summa merces est vt deo fruamur. Sz nobilissimus actus ad quē sequiť delectatio est actus voluntatis. Patet per Hugonē supra primum de angelica hierarchia vbi dicit q amor seu delectatio preeminet scientie/quia intrat amor vbi scientia foris stat. Et nō solum hoc est in via: sed etiā in patria. Vnde ꝛ ab amore dicitur seraphin ordo superior/nō cherubin: cui attribuitur scientia/nec potest exponi sic q aliquid diligatur qđ non cognoscitur sed intētio etiam est q dilectio intrat ꝛ scientia foris stat/quia actus voluntatis ex parte ipsius actꝰ perfectius ꝛ intimius attinget idem obiectū qđ attinget actus intellectus/ꝫ ꝛc. ¶ Jterum quia vltimate ꝛ terminatiue inter actus ipse actus volūtatis obiectum/ꝛ ipse intellectus ad hoc attingit: vt voluntas tandē attingat: quare ꝛc. Dico ꝫ q frui est actus voluntatis sicut videre vel visio est actus intellectus. ¶ Tertio declaro qualis actus vel q̄s actus. Et dico q sicut in ītelleciu suo modo est duplex actus quo assentitur alicui vero ꝓplexo. vnus quo assentitur vero complexo propter se ꝛ euidentiam propriam eius/sicut assentitur principio. Alter vero quo assentitur alicui vero nō propter se ꝛ propriam euidētiam primo: sed propter principia ꝛ propter aliud. Jta in voluntate sunt duo actus amādi vel volendi bonum. Vnus est quo voluntas vult bonū vel aliquid propter seipsum quasi finem vltimum/non referēdo in aliud: nec propter aliud.

Alius quo vult bonum propter aliud / nō propter seipm: sistēdo vltimate in ipso: sed referēdo ī aliud vt in finem. Primus est actus fruendi ipsum frui. Secūdus est ipsum vti: vel actus vtendi: sicut dicetur infra. ¶ Et dico q actus fruēdi beatificus est actus amandi deum ꝓpter seipsum: ꝛ est actus amicitie quo quis vult deum: ꝛ diligit ipsum propter seipsum/ꝛ vult sibi perfectionem quam habet in esse. Non est autem actus concupiscentie sicut dicūt aliqui: ꝛ falsc. Qui dicunt q obiectum fruitionis immediatū non est deus ipse: sed aliquis actus vel perfectio fruentis quod est falsum/sicut in quarto poterit apparere/ꝛ sicut etiam probatum est supra q obiectum fruitionis ordinate non est nisi deus. Similitudo autem predicta inter duplicem actum volūtatis ꝛ intellectus potest declarari ex Aristotele sexto ethicorum vbi dicit q id quod est in mēte affirmatio ꝛ negatio: dicitur ī appetitu prosecutio vel fuga. ¶ Et ideo sicut in mēte est duplex affirmatio vna qua affirmatur aliquod propter se et aliquid propter aliud. Jta est duplex prosecutiv' volitio in mēte: vt dictum est supra. sed inter istos actus ex parte ītellectus/ꝛ alios duos ex parte voluntatis est differētia duplex. Prima quia semper illi duo actus habēt distincta obiecta cōplexa ꝓncipium ꝛ conclusionem: quia ex re/ꝛ euidētia alia ꝛ alia in ipsis obiectis variantur. non sic autē in actibus voluntatis: sed idem potest esse obiectū vtriuſq; actus: ꝛ hoc ex libertate voluntatis sic vel sic obiectum acceptantis sicut dictum est in questione p̄cedente. Vnde volūtas potest vti licet sibi vel frui ꝛ econuerso. Secunda differentia est quam ponit doctor iste scotus q illi duo assensus sufficiēter diuidunt assensum ex parte intellecti ita q intellectꝰ non assentit alicui vero: nisi vel propter se sicut ꝓncipio: vel propter aliud sicut conclusioni: nec inter istos assensus est aliquod medium vel aliquis assensus neuter: qz secundum ipsum nō est aliqua euidētia media a qua posset accipi veritas aliqua: q̄ nec esset veritas principij nec cōclusionis. Sed ꝓter istos duos assensus voluntatis medium (vt dicit) quia potest presentari voluntati aliquod bonū absolute apprehensum sub ratione boni/ non sub ratiōe boni ꝓpter se ꝛ finalis: vel boni propter aliud ꝛ ad finem. Voluntas autem potest habere aliquē actum circa bonum sic apprehensum absolute: non volendo ipsum propter se/nec volendo ipsum propter aliud: sed/stando sic ꝛ potest etiam suspendere actum intellectus ne inquirat vtrum sit bonū propter se/vel propter aliud: ꝛ hoc bonus prouenit ex sua libertate.

¶ Sed hic sunt aliqua dubia vt videtur. Primo q sit possibilis aliquis actus medius voluntatis inter frui et vti qui sit neuter: hoc enim videtur falsum: quia frui ꝛ vti immediate videntur distinguere per contradictionem omnem actum voluntatis/ quia frui est velle aliquid nullo modo referendo: vti vero est velle referendo: ergo et cetera. ¶ Preterea sicut voluntati potest presentari bonum non dictando q propter se vel propter aliud: ita intellectui potest presentari verum absolute/non cognoscēdo propter se vel ꝓpter aliud: ergo saltē intellectꝰ ex imperio ꝛ motione voluntatis/sicut poterat assentire illi vero absolute ostēso assensu medio vel neutro/sicut voluntas illi bono. Et patet in exemplo q frequēter intellectus assentit alicui conclusioni anteq̄ habeat medium: ꝛ tūc nō assentit ei vt ꝓncipio patet/nec vt conclusioni: quia non deduxit.

¶ Preterea volūtas volēdo illud bonum absolute oltēsum nec vult ipsum referēdo ꝛ sic vtitur vel non referēdo ꝛ sic fruitur: ꝛ prestituit sibi ipsum p fine. Et similiter posset argui de actu illo suspēdi intellectum ab inquisitione quod est fruitio: vel vsus. ¶ Item Augustin⁹ in litera facit tale argumētum: deus diligit nos/ꝛ nō fruitur nobis: ꝯ vtitur. Sed istud argumētum nō valeret si esset actus voluntatis: qui nec esset vti nec frui/sed neuter: sz esset in eo fallacia consequētis. Videtur tū probabiliter alicui q talis actus medij sit possibilis: quādo scilicet voluntas vult aliquid absolute/nunq̄ sistēdo in eo tanq̄ in fine: nec etiā referēdo in finem sed nichil cogitādo de fine. Jta q ad frui nō sufficit nō referre ī finē sz requrit velle sicut finē: ꝛ ꝓpter seipm positiue. Quicqd sit de hoc certū est q fruitio ē actꝰ pfectus volūtatꝫ circa finē q̄ocūq; sit finis: quo volūtas aliquid vult propter seipsum: nō referēdo ad aliud. Actum autem perfectum sequitur delectatio sicut dicitur quarto ethicorum. Et ideo dico q fruitionē consequitur vel cōcomitatur delectatio Hec de primo articulo.

¶ Secundus articulus est videre vtrū fruitio vel dilectio fruitiua ꝛ delectatio sint idē realiter ꝛ essentialiť. ¶ Et dicūt aliqui q sic. Tum qz in eadem potentia/ ꝛ respectu eiusdem obiecti vt ptz. Tum quia sequūtur ad eandem intellectionem obiecti/sicut ad causam Tum qz opposita ipōrum: scz odiū ꝛ tristicia sunt idem realiter. Unde odium est quedā tristicia. Tū quia ambo habēt eundem effectum scilicet quietationem in obiecto. ergo ꝛc. ¶ Dicūt tamen isti q dilectio ꝛ delectatio differunt ratione / sicut via a Thebis ad Athenas/ꝛ ecōuerso: qz idem actꝰ potest a potētia ī obiectum dicť dilectio: sed prout est ab obiecto in potētia dicitur delectatio. Unde dicimus q obiectum delectat: sed potētia diligit.

¶ Sed dico q dilectio vel fruitio ꝛ delectatio sunt essentialiter distincta: ꝛ differunt realiter. Tum qz opposita ipōrum differunt essentialiter: scilicet odium ꝛ tristia: qz in beatis est odium pcōrum/ ꝛ nō est in eis tristicia. Tum qz odium qđ est nobile quoddam ipsius volūtatis est quid voluntarium / quia in deo voluntas cōplacet actu reflexo. Placet esti alicui odire aliū sed in tristicia nō potest quis sibi placere/quia ipa est inuoluntaria: quia tristicia pena est de his q̄ nobis nolētibus accidunt. Tum quia dilectio inuenitur valde intēsa in demonibus: qui seipsos diligūt valde intēse: ꝛ tamen nulla delectatio est in eis: vel saltem est ibi valde remissa. Tum quia aliquis pōt nolle aliquod obiectū futurū ꝛ non tristatur/ ꝛ durante illo nolle potest supuenire obiectum nolitū ꝛ causare tristiciam: nulla mutatione facta scōm nolle/ergo ꝛc. ¶ Dico ꝫ q differūt realiter ꝛ essentialiter. Et dico q quandoq; se habēt dilectio ꝛ delectatio: sicut actus elicitus effectiue a voluntate cuiusmodi est delectatio ꝛ passio recepta ab obiecto/ vel etiam a potētia/non curo modo discutere hoc. Quandoq; autem se habēt sicut actus voluntatis/ qui est velle/ꝛ passio/q̄ nō est operatio vel velle/sic tamen q vtrūq; causatur a deo per suā voluntatē effectiue scōm quēdam: sicut est in dilectione ꝛ fruitione beata/ꝛ delectatione consequente secundum aliquos: saltem illos qui ponunt q actus fruitiōis beatifice causetur in voluntate. ¶ Qz igitur dicūt aliꝰ q differūt ratione sicut via ab Thebis ad athenas ꝛc. Dico q si per viam intelligant spacium intermediū falsum est: sed si per viam intelligant motum ipsum: tunc planum est q non solum differunt ratione sed re. Alius est enim realiter motus qui fit ab Athenis ad Thebas. Et alius qui fit ab Thebis ad Athenas. Sic dico q alius est actus qui fit a potentia in obiectum: qui est dilectio.
Alia est passio que fit ab obiecto in potentia: sicut in primo/ꝛ dato q vtrunq; sit a deo vel ab obiecto eo modo quo dictum est supra: non oportet q sint idem: nec exemplum est ad propositum.

¶ Ad primum aliorum dico q licet sint ab eodem in eadem potentia: non tamē eodem modo ꝛ ordine sicut dictū est. Preterea etiam non semper sunt ab eodem in eadem potētia: sed vnum aliquando est ab ipsa potentia: sicut dilectio/ꝛ aliud ab obiecto sicut delectatio secundū aliquos: non curo modo. Unde ista ꝓpositio simpliciter est falsa q actus qui sunt eiusdem potentie/ꝛ respectu eiusdem obiecti sunt idem actus vel eiusdem rationis. ¶ Ad secundum dico q accipit falsum. Nam odium ꝛ tristicia non sunt idem: sicut probatum est. ¶ Ad tertium dico q accipit falsum q intellectio sit causa vtriuſq;: ita q aliquo actu elicito causet aliquod istorum: sed causantur a potentia vel ab obiecto vel vtrunq; a deo sicut dictum est/nec oportet etiā q dato q habeāt eandem causam: q sint idem/nec eiusdem rationis precipue si causa est equiuoca/ sicut in proposito.
¶ Ad quartum dico q siue habeant eundem effectum siue nō/non oportet ex hoc q sint idem. Preterea per illam quietationem non intelligo nisi dilectionem talem: vel delectationem vel negationē tendentie in obiectum vt absens: ꝛ per modum desiderij/et ista negatio nō est aliquis per se effectus sicut patet: quare ꝛc.

¶ Tertius articulus est videre que sunt illa quibus cōuenit frui. Et dico de hoc q cum frui sit velle ꝛ amare aliquid propter se: appreciando illud tā ꝯ finē/ꝛ ſtando ꝛ quiescendo in eo/ q breuiter omnis creatura intellectualis/ꝛ volitiua potest frui: siue deꝰ qui fruitur seipso siue beatus/siue viator iustus: siue peccator siue spiritus damnatus. Differēter tamen sicut differenter quietantur ista in obiectis quibus fruuntur. Nam ipse deus seipso fruitur perfectissime/ꝛ quietatur in seipso per seipsum primo ꝛ immobiliter: sicut terra in centro suo mōdo. Deus enim centrum est spirituum: in quo quietātur in deo per se/ꝛ immobiliter/quia per aliquid sibi intrinsecum/ꝛ inseparabiliter/non tamen primo/sicut partes terre adherentes quietantur in cētro: sed iusti viatores quietantur in deo summo bono/et obiecto fruibili per se: quia per aliquid sibi intrinsecum / non tamen primo nec immobiliter/ sed mobiliter / sicut lapides super terram quietantur in centro. Peccatores autem et damnati: quia in ordinate fruuntur nullo modo quietantur per se; nec primo nec immobiliter / sed

Quarta. Significatio ꝺ ly frui. Auguſt. Hugo. Frui qualis actus volūtatꝫ dicatur. Duplex actus voluntatis. 6. ethic. Nota. 4. ethic. Fruitio ꝛ delectatō ant sint idē realr ꝛ essentialit. 1. opi. opi. doct. resolutio Ad rōes prime p̄cdē. opi. Frui quibus cōuenit.

quietãtur in aliquo bono creato: puta fruẽdo seipsis ⁊ amãdo se vsq; ad contẽptum dei/tamẽ viatores peccatores mobiliter: ⁊ illi damnati immobiliter. ⁊ per cõsequẽs simpliciter nõ quietantur: sed ꝓ accidẽs quod est ex se nõ est sufficiẽter quietatiuũ sed tãtum ex actu ⁊ volũtate sic accipiẽtis obiectũ creatum: inordinate fruendo tali obiecto/ sicut existẽs in naui qui mouetur nullo modo per se quietatur in cẽtro/nec primo nec immobiliter: immo magis mouetur quãtumcũq; per accidẽs quiesceat: respectu alicuius partis in qua vult iacere vel gradum figere. ¶ Ex predictis apparet ꝙ appetitus sensitiuus ⁊ multominus appetitus naturalis frui nõ potest proprie accipiendo: quia licet appetitus sensitiuus possit aliquid appetere: nõ referendo in aliud negatiue/nõ tamẽ priuatiue vel cõtrarie: appreciãdo obiectum vt summũ in quo velit quiescere: ⁊ multominus appetitus naturalis. Vnde dico ꝙ nichil proprie fruitur/nisi habẽs volũtatem qui est appetitus intellectiuus. Et oĩs habens intellectũ et volũtatẽ frui põt aliqua fruitione ordinata: vel inordinata. Sic ad questionem.

Correlarium.

Ad argumẽta pñcipalia q̃stionis.

¶ Ad primum principale cum probatur ꝙ fruitio est passio non autem operatio/ dico ꝙ fructus est vltimũ qđ expectatur de arbore nõ tanq; actus vel passio: sed tanq; obiectum attigẽdum per actũ/ad quẽ sequit delectatio: sicut pomum dicit fructus quia est vltimũ expectatum de arbore attingẽdum obiectiue/ per actũ gustus/ ad quẽ sequitur delectatio. Tunc dico ꝙ nec dilectio nec delectatio possunt dici fructus: ꝫ solũ obiectũ circa quod versatur/ ⁊ ita nichil sequit. Dices ꝙ imo ꝙ viatores expectãt duo de obiecto/vnum est actus ipse vel operatio circa obiectum beatificũ/ ⁊ hoc est primum. Aliud est delectatio ⁊ hec est secũdũ ⁊ vltimũ/ ergo delectatio est fruct⁹ ⁊ fruitio ipsa/vt videtur. Dico ꝙ ista proprie loquẽdo non expectãtur sicut fructus: sed sicut actus ⁊ passio seqũs circa fructum ipm/quod est obiectũ sicut recte actus gustãdi vel delectandi expectãtur famelico circa pomũ gustãdum. Preterea dato ꝙ delectatio posset dici aliquo modo fructus: nõ tamẽ deberet dici fruitio: imo magis deberet negari fruitio. Fructus em ⁊ fruitio nõ sunt idem immo distinguũtur: sicut actus ⁊ obiectũ/nisi velimus extendere nomẽ fructus. ¶ Ad secũdum dico ꝙ auctoritas est ad oppositũ. Cum em auctoritas nominet passiones vt gaudiũ. Ex hoc sequitur ꝙ passio puta delectatio vel gaudium nõ est ipsa fruitio: qr obiectum fruitionis est fructus. passio autẽ nõ est obiectum suiipsius. Cũ ergo dicit apostolus ꝙ gaudium vel delectatio est fructus nõ accipit ibi proprie fructum cõparando passionẽ ad fruitionẽ eiusdem obiecti extrinseci: cuius ipsa passione sed magis accipit ibi ꝙ passio est fructus respectu alicuius actus/qui potest habere istam passionem pro obiecto: ⁊ ita etiã posset habere aliquis actus fruitionẽ ipsam pro obiecto/ ⁊ ita esset ipsa fruitio / fructus quidem/quia delectatione posset quis frui: vel saltem velle ipsum amore cõcupiscẽtie/sicut etiã appetitus sensitiuus appetit gustare ⁊ delectari/ideo nõ valet. Preterea ita dicitur ibi ꝙ fructus est caritas pax pacientia ⁊c. ¶ Ad illud quod adducitur non oportet ꝙ si delectatio est respectu presentis/ ⁊ etiam fruitio/ ꝙ delectatio sit fruitio: sed est fallacia consequentis. Sic enim probaretur ꝙ visio est delectatio: quia vtraq; est presentis.

¶ Distinctionis Prime.
Questio Tertia.

¶ Tertio q̃ro de fruitione actum admodum. Utrum scilicet apprehẽso fine vltimo ꝙ intellectum necessariũ sit volũtatẽ frui: supposito ꝙ volũtas sit principium effectiuum liberum cuiuslibet fruitionis

August.

¶ Arguitur ꝙ sic. Augustinus. xiij. de trinitate. ca. iij. iiij. ⁊. v. dicit ꝙ omnes homines volunt esse beati: ⁊ non possunt non velle beatitudinem: sed beatitudo est vltimus finis: ergo ⁊c.

Auicẽna

¶ Secundo sic. Auicenna octauo metaphisice dicit ꝙ delectatio est connunctio conuenientis cum conuenienti: sed finis est conueniens volunta ti: ergo fine presentato per intellectum habetur delectatio/ ⁊ ꝙ consequẽs fruitio vel volitio.

4. phisi.

¶ Tertio sic. Finis mouet metaphisice voluntatem, sicut efficiens proprie: sed agens approximatum passo necessario agit ergo ⁊c.

¶ Quarto sic. Omne ens mobile presupponit aliquod immobile quarto phisicorum: ergo omnes volitiones mutabiles ⁊ contingẽtes presupponunt vnam necessariam immobilem: hoc non videtur nisi volitio finis: ꝫ ⁊c.

¶ Contra Necessitas nõ stat cum libertate: sed voluntas vult libere finẽ non igitur necessario: ergo potest ipsum non velle.

3. de aĩa.

¶ Confirmatur hoc: quia intellectio vel visio vlti mi finis: siue in vniuersali siue ĩ particulari est speculatiua/sicut patuit supra: sed ad itellectionẽ speculatiuam non sequitur necessario volitio. Patet tertio de anima.

¶ In ista questiõe sic ꝓceda.

¶ Primo distinguam de apprehensione finis. Et distinguam questionẽ in articulos. ¶ Secũdo ponam opiniones ẽm articulos questiõis. ¶ Tertio ponam quid michi videt de questione. ¶ Et quarto soluam rationes.

Apphensio finis vltimi mltiplex.

¶ Circa primum dico ꝙ apprehẽsio finis vltimi potest ĩ intelligi vel finis in vniuersali ⁊ in cõmuni: vel finis in particulari vt dei. Apprehensio etiam finis in particulari potest intelligi duplex vna clara et aperta/sicut visio diuine essentie: quam habent sancti in patria/ ⁊ alia obscura ⁊ enigmatica/sicut viatores intelligunt ⁊ apprehendunt deum.

Volũtas an velit necessario finem apphẽsũ ĩ vlvt bonũ in cõi.

¶ Secũdum hoc potest distingui questio in tres articulos Primus est. An volũtas velit necessario finẽ apprehẽsum in vniuersali: vt bonum in cõmuni. Secundus est. An voluntas necessario velit ⁊ immutabiliter finem apprehẽsum ⁊ visum clare ⁊ in particulari. Tertius est. An voluntas necessario velit finem vltimum apprehensum in particulari obscure tñ ⁊ enigmatice. Hec de primo articulo.

1. opinio.

¶ Quantũ ad secũdum articulum circa primum membrum questionis est vna opinio ꝙ fine vltimo apprehenso in vniuersali: vo

luntas non põt nõ velle ipsum: sed necessario stãte tali apprehẽsione vult ipm. Tum quia intellectus necessario assentit primo principio: vt vero. ergo voluntas fini vltimo: quia simile est de fine ⁊ principio ex secũdo physicorum. Tum qr participatio ne vltimi finis vult volũtas oĩa que vult/ ꝫ ipsum vult necessario. Tũ qr in vltimo fine non est aliqua ratio mali: nec defectus boni: ergo ipm non potest nolle ⁊ nõ velle similiter. Tum qr si nõ vellet ipm/ necessario hoc videt pter eius libertatẽ: qr necessitas ⁊ libertas videnr repugnare: sed necessitas ꝙcũq; ⁊ libertas nõ repugnant: etiã ẽm alios: qr ipse ponũt ꝙ pater ⁊ filius necessario producũt spiritũ sanctũ/ ⁊ tñ libere. Similiter deus vult libere seipsum: ⁊ tñ necessario solũ: ergo necessitas naturalis tollit: nõ autẽ necessitas immutabilitatis: ergo ⁊c.

¶ Additur vna ratio: qr volũtas diuina volitione simplicis cõplacẽtie necessario vult oĩa alia a se bona: ꝫ multofortius volũtas creata necessario vult ipsum: alioquin esset liberior ꝙ diuina volũtas: qr libertate a coactione: ⁊ libertate contradictionis. Voluntas diuina solũ primo modo respectu sui ⁊ creaturarũ/quãtum ad simplicẽ cõplacẽtiã. Sed dicetur ꝙ nõ sit liberior: quia diuina libertas cũ sit vna maior est in infinitũ: ⁊ prepõderat pluribus libertatibus creature includẽs oẽs eminẽter. Unde nec vult liberius creaturã ꝙ seipsam: quare ⁊c.

2. opinio priori aduersa.

¶ Alia est opinio contraria que dicit ꝙ fine apprehẽso in vniuersali volũtas nõ necessario vult ipm; sed põt absolute ipm nõ velle/ ⁊ nullũ actũ elicere: Tum qr

August.

ẽm Augustinũ primo retractationũ nono: ⁊. xxij. ca. nichil est tam in potestate voluntatis/ ꝙ ipa voluntas: ⁊ accipit voluntatẽ pro actu suo: cũ ergo in potestate voluntatis sit actus intellectus circa finẽ/quia potest auertere intellectũ a cõsideratione finis/ ⁊ per cõsequẽs mediante actu auersiuo intellectus possit/multomagis poterit immediate non velle finẽ: ita ꝙ immediate habebit in sua potestate suum actũ elicere: vel nõ dato ꝙ finis sit apprehẽsus. ¶ Et nota hic ꝙ primo retractationum habetur/ ꝙ nichil tam est in potestate volũtatis: qđ id quod volũtate adest: vel ꝙ ipsa volũtas est/ ⁊ illud est actus eius primo: quia nichil aliud volũtate vel volũtarie adest nisi mediante actu volũtatis. Sed primo de libero arbitrio dicit Augustinus de volũtate: accipiendo pro actu volũtatis. Quid quid tam in potestate voluntatis est: ex quo etiam patet ꝙ primo retractationũ idem intellexit. Item tertio de libero arbitrio dicit satis cito post principium. Voluntas igitur nostra: nec esset voluntas nisi esset in nostra potestate: potro quia est ĩ potestate libera nobis est. Nõ em est nobis liberum qđ in potestate nõ habemus/ ⁊ anteq; per colũtatem optime veritas clamat: neminẽ aliud posse sentire esse ĩ potestate nostra/nisi quod cum volum⁹ facim⁹. Qua propter michi tam ĩ potestate nostra est ꝙ ipsa voluntas. Tum quia agẽs de necessitate remouet omne impedimẽtum si potest: patet sed voluntas non remouet de necessitate omne impedimentũ ad volitionẽ finis: quia nõ de necessitate semper tenet intellectum consideratione finis vt patet. Tum quia voluntas non necessario tenet finem sibi presentatum: vel presentem intellectum. ergo non necessario quiescit in ipsa: consequentia patet inducendo

Augustꝫ.

Jdem.

ꝫ pdictã opinionẽ

in omnibus que necessario quiescũt in aliquo: quia necessario tenet illud sibi presens si potest. Tum qr voluntas nõ semp vult vltimum finem toto conatu suo: ⁊ secundum vltimum potentie: ergo non necessario vult ipsum. Tum quia potentia libera per participationem vt visus vel appetitus sensitiuus secundum quod eis imperat voluntas non magis necessario tendit in vnum obiectum ꝙ in aliud: ergo nec potentia libera per essentiam: cuius modi est voluntas. Tum quia vnius limitate ⁊ finite potẽtie non est nisi vnus modus agendi / puta naturalis seu necessarius et liber: sed voluntas est vna potentia: et vult aliqua libere et libertate contradictionis: ergo simpliciter omnia. et nichil voluit necessario. ¶ Dicunt ergo ꝙ sicut circa quoddam bonum particulare presentatum et apprehensum obscure voluntas potest elicere actum suũ vel non elicere: ⁊ potest omnem actum circa ipsum: ita et circa finem in vniuersali apprehensum: et hoc ex sua ingenita libertate. Et si voluntas necessario vellet finem necessario teneret intellectum in consideratione quantum posset/ ⁊ fantasma in presentatione: ⁊ omnia posteriora ad istum appetitum finis essent necessaria: quod est falsum.

Volũtas an necessario velit finem apprehẽsum visũ clarũ ⁊c.

1. opinio.

¶ De secũdo membro est vna opinio ꝙ voluntas necessario vult vltimum finem apprehensum in particulari ⁊ clare/sicut apprehẽdunt sancti deum in patria voluntate tamen eleuata per habitum glorie: quia alias non posset secundum eos. Hoc probant. Tum quia nulla ratio mali inuenitur in vltimo fine sic visũ/ et omnis ratio boni: et ita voluntas non habet causam auertendi se nolendo vel etiam non volendo. Omnis autem voluntas habet suam volitionem secundum Anselmum. Tum quia non obstat libertas voluntatis sicut quia prius. Tum quia voluntas stante visione dei in intellectu posset peccare: si posset non velle ⁊ sic esse misera: Tum quia non esset aliunde assignare causam certitudinis de beatitudine: ex quo voluntas posset non frui. Tum quia voluntas creata est vniuoce voluntas: cum' increata' secundum aduersarios: ergo vult aliquid necessario sicut illa: hoc non videtur deus clare visus ⁊c. quare ⁊ cetera. ¶ Dicunt etiam plus ꝙ deus non posset oppositum scilicet ꝙ stante visione volũtas nõ frueretur.

3 pdicta opinione

¶ Ad hec predicta arguit: qr alias voluntas creata esset libera respectu obiecti diuini ꝫ diuina: qr pluribus modis scilicet libertate contingentie / et libertate a coactione. ¶ Secundo quia diuina voluntas vult necessario bona possibilia: et illa sunt necessario bona in esse possibili/ ⁊ non sunt bona nisi quia volita. ¶ Tertio quia tunc voluntas pro illo instanti visionis posset odire / quia potentia indifferens ad actus oppositos/ quando non est sub uno potest esse sub alio quanto: quia si volũtas pro illo potest non velle deum: potest tamen velle visionem dei/ sed non nisi volendo deum: quia nõ fruendo tunc peccaret. ergo vtendo ⁊ referendo deum: ergo vult deum. ¶ Quarto quia pro illo tunc obiectum actiuum presens passiuo dispposito non impedito et eo modo quo natum est hoc agere: et hoc pati: ergo necessario sequitur actio vel fruitio.

Alia opinio priori cōtraria.

¶ Alia est opinio tota opposita isti q̄ voluntas potest nō velle absolute loquendo ꝛ sue libertati relicta finē vltimum scilicet deum: ℭtumcunq̄ visum in particulari/dato q̄ in se habeat caritatem comprehēsorum: per quam sit habitualiter elevata. Hoc probant. Tum quia voluntas ex se cum sit vna potentia limitata: habet vnifōrmē modum volēdi omnia: quia est vna potentia sed aliqua visa potest velle ꝛ non velle: ergo ꝛ deum. Tum quia in potestate sua est actus eius: supposito q̄ sit effectiua actꝰ beatificī: ergo sic potest elicere q̄ etiam non elicere. Tum quia maior approximatio ad obiectū non ponit necessitatem in actione: sed tantum intensionem. Visio autem non est nisi maior approximatio obiecti: ergo ꝛc. Tum quia equalis caritas potest

Ad aliq̄ huiꝰ opi.

haberi in via/sicut in patria/ꝛ tamen in via nō necessario elicit. ¶ Contra illud quod dicūt q̄ deus non potest facere omnem formam absolutam priorem sine posteriori: visio est huiusmodi respectu dilectionis ꝛ fruitionis: ergo ꝛc. dicas q̄ verum est nisi ambo dependeant a tertio: sicut in proposito/quia visio ꝛ fruitio beata dependent ab eodem obiecto. ¶ Contra et si ambo dependeant ab obiecto diuino: non tamen necessario causat ea: quia contingenter ꝛ nō per modum obiecti: ergo potest sic causare primum. Similiter etiam licet ambo a termino: non tamē ab inuicem necessario. Et si ista responsio esset bona deus non posset facere aliquā creaturam sine alia: quia omnes dependent a deo/quod est vnum nichil dictu. Patet manifeste ꝛ de actiuitate quod facit sine isto: ꝛ multofortiꝰ potest facere econuerso. ¶ Dicunt ergo q̄ hoc possibile est virtute diuina ꝛ non solum virtute diuina verū etiam virtute voluntatis sibi relicte licet de facto secundum ordinationem diuinam nunq̄ voluntas suspendet actum suum licet posset sibi relicta.

Volūtas an velit finem vltimum enigmatice visum: ꝛc.

¶ Quantū ad tertium membrum satis sunt opinantes q̄ voluntas potest non velle finem vltimū apprehensum in particulari nō clare sed enigmatice ꝛ ideo circa hec non resisto.

¶ Dicūt tamen illi qui ponunt secundam opinionem ad vltimum articulum contra alios q̄ si rationes eorum concludunt voluntatem necessario velle finem vltimum in vniuersali / concludunt etiam necessario velle finem vltimum in particulari vltimum scilicet fruē: si enigmatice ꝛ obscure. Nec de scio arti.

Opi. peculiar; doctorꝫ circa p̄cedētes articulos.

¶ De tertio articulo videtur michi dicendū q̄ neutra pars vtriusq̄ articuli (de quo posite sunt opiniones) est demonstrabilis nobis: nec ad aliquē earum potest haberi a nobis necessarium argumentum/nec ex fide/nec ex ratione

¶ Vltimo videndum est quid est ⁊ quō de istis respectibus inter se an sint vnus tm̄ respect⁹ realis vel plures ⁊ si plures quō abinuicem distinguuntur. Et quātum ad p̄mū dico q̄ nescio vtrū sint vnus vel plures nec video argumentum efficax/ ad quam partē nisi q̄ pauciora ponenda sine necessitate potest eē dici p̄babiliter q̄ sunt tm̄ vn⁹ respectus realis ad deum distinctus sola ratione sicut suum fundamentum ⁊ terminus vt dictum est supra. Tamē dico q̄ argumētū illud efficaciter nō cōcludit: potest eē eiusdē fundamēti ⁊ respectu cuiusdā termini implicari relatio ēm speciem: ita q̄ nō oportet q̄ sī fundmētum ⁊ terminus sunt vnum q̄ relatio sit vna: ꝓpter hoc q⁹ ēm eundem calorem ꝓductū in aliquo ip̄m potest referri ad calefaciens qđ est etiam formaliter caliduci relatione puta similitudine que est de primo modo ⁊ relatione producti ad producens. Unde idem calor secūdum idem fundamētum fundat respectum similitudinis ad alium calorem: ⁊ respectum ꝓducti respectus eiusdē caloris. Similiter etiam patet hoc de respectu actiui ⁊ passiui: q̄ sunt respectus diſparati: q⁹ alterius ⁊ alterius generis quod fundat voluntas ēm idem ⁊ respectu eiusdē. ¶ Sic ergo potest dici q̄ sunt vnus ⁊ idem respectus nisi forte dicatur/ q̄ ex parte ipsius dei nō est eadem ratio terminandi istos respect⁹. Sed rationes terminādi formaliter ⁊ quidditatiue distinguūtur: q⁹ deus per rationem diuinitatis ⁊ eēntie sue terminor respectu creature ad deū vt ad finē. Sz deus p̄ intellectionē suam ⁊ actū intelligendi terminat respectu creature ad ipsum ⁊ ad exemplar quia per intellectum exemplat alia a se sed p̄ actū volendi termiat respectum creature ad ip̄m vt ad efficiens quia per voluntatem ⁊ actum suum ꝓducit alia ⁊ efficit. Et istud videtur ꝓbare dictū suū ponentes illam distinctionem formalē inter essentiam ⁊ diuina attributa. Et ponētes cum hoc p̄dictos respectus ad ip̄a terminari vnum ad eēntiā solum ⁊ ad actum intelligendi/ alium ad actū volēdi vt dicebatur: ⁊ ita posset dici q⁹ sunt plures respectus reales ⁊ alterius rōnis: tamē dico q̄ ratio adducta ad hoc superius nō cogit. Dicitur eīm q̄ sicut creatura ab eterno nō est finita nec effecta in actu ⁊ realiter/ ita nec est exēplata in actu/ sed finire ⁊ exemplare ⁊ efficere simul cōcurrunt: ⁊ esse finitum ⁊ effectum ⁊ realiter exemplatum. Sz bene ab eterno creatura sit intellecta ⁊ cognita ⁊ exemplata scōm rationes aliquo modo: nō tm̄ sic q̄ hēat respectum realem ab eterno ad deū: q⁹ tūc eēt eterna quod est falsum. De hoc magis dicetur in secūdo: sic ergo istud an sez sint vnus respectus ⁊ plures sub dubio relinquatur. ¶ De secūdo dico q̄ si sint plures respectus q̄ nō sunt essentialiter distincti. Hoc potest vnifozmiter ꝓbari quātum ad alias sicut dictum est supra q̄ nō sunt essentialiter distincti a fundamento suo. Secūdo dico q̄ sunt formaliter distincti: sicut etiam ꝓbatum est supra q̄ a fundamento/ sic ad questionem.

¶ Ad rationes illorum qui dicūt q̄ respectus vestigialis eēn tialiter distinguitur a fundamento ⁊ creatura.

Ad rōnes eoꝝ q̄ po nūt respectū vestigialē a fūdamēto ⁊c.

¶ Ad primum dico q̄ in mere simili fundamento Esse eīm creature non distinguitur essentialiter ab essentia: sed est essentialiter idem sibi: alias eīm cum ambo sint absoluta in multis creaturis ⁊ saltem alterum qđ est prius essentia. Vnū posset poni in re ⁊ in effectu sine alio: qđ est p̄dictio/ ⁊ dico q̄ differunt realiter / nō tamen essentialiter: sicut dicam in tertio. per hoc patz ad illud qđ sequitur. ¶ Ad secundum dico q̄ respectus creature ad deū sic trāsit in essentiam eiusdem: est eēntialiter idem sibi/ sicut esse creature: tamen vnū nō p̄dicatur de alio/ ⁊ saltem nō conceditur p̄dicari: quia neutrum est hic infinitum sicut essentia diuina infinita est/ ⁊ cum dicitur p̄dicari de sua relatione ⁊ econuerso. ¶ Ad tertium dico q̄ respectus iste est posterior natura suo fundamēto: quia fundatur in eo/ ⁊ initiē sibi ⁊ p̄supponit ip̄m p̄esse/ sed non ē posterius natura sicut alia natura ab ip̄o. Eodem mō quo accidens est posterius natura suo subiecto. ¶ Ad quartum dico q̄ nō est similis respectus ip̄sius effectus ad primam causam simpliciter ⁊ ad secūdam: quia primus est sibi essentialis. Secundus vero accidentalis quia potest esse sine illo: quicqđ enim absolute saltem ꝺous potest creare ⁊ ꝑseruare mediante causa secūda extrinseca: potest immediate sine ip̄a.

Ad argumēta illoꝝ qui dicūt q̄ respectus ad deum est ratitudo creature: dico q̄ ip̄a participatio que dicit respectū nō est de quidditate creature/ licet cōcomitet ip̄am in re ⁊ in effectu. Ex quo patet q̄ essentia creature et quidditas nō est talis qualis essentia p̄ma: que est secūdum eē: quia illa nullo mō talis est q̄ ip̄am possit ꝓmutari respect⁹ dependentie ad aliud: sz est verissime suū esse absolutum. Creatura autem non est suū esse sic indepēter in aliquo vel in alio/ licet essi sibi conueniat esse ab alio/ ⁊ habeat eē participatum nō tamen respectus ad illud aliud est quidditas sua. ideo maior ē falsa ⁊ neganda. ¶ Ad secūdum dico q̄ potest tota quidditas creature cōcipere suos p̄ se concept⁹ p̄mos non intelligēdo deum nec aliquē respectū ad ip̄m. Tu dicis nō potest iutelligi effectus nisi p̄ causas: dico q̄ verum est inq̄tum effectus: nec est quantum ad respectum quem habet ad causam / sz id quod est bene quia per quid absolutum. ¶ Ad tertium dico de accidēte q̄ quidditas tota accidētis absoluti potest intelligi nō intelligendo subiectum/ imo eē in re sine subiecto. Et dico q̄ dupliciter accidens intelligit. Uno mō illa q̄ sibi debētur intrinsece suo genere: ⁊ sic potest diffiniri per p̄sentia sui generis nihil apponendo de subiecto: ⁊ hoc est potissime quādo accipit accidēs in abstracto et accidens absolutum. Alio mō potest accipi q̄tum ad omnia que sibi conueniūt ⁊ possunt cōuenire/ ⁊ sic inherentia sibi conuenit ⁊ nata est ꝓuenire. Et quantum ad illā dico q̄ nō potest accidens cognosci nisi p̄ additamentum subiecti: ⁊ sic nō est ad p̄positum argumētum. ¶ Ad quartū dici potest ēm questiones suam/ q̄ nō intelligitur esse in creatura q̄ creatura est ens/ quidditatiue accipitur alterum significatum analogi: puta esse quidditatiuū: ⁊ qđ ditas creature: sed nō ꝓpter hoc ꝑcipitur habitudo illa analogie imutationis quā habet ad deum. Sz diceretur q̄ aliud vniuocū ꝑcipitur tūc minus valeret argumētum. ¶ Ad quintum qđ est de Augustino. Et similiter ad sextum de Boetio: dico q̄ primum bonū ⁊ summum est illud cuius participatione alia sunt bona: q⁹ sunt bona participantia ad illud. Sz non intendunt dicere q̄ ip̄a participatio que dicit respectū sit quidditas boni: vt q̄ ip̄a circūscripta per intellectū circūscribatur bonitas rei vel entitas loquēdo quidditatiue ⁊ per se primo sz tantum cōcomitatiue. ¶ Ad septimum de Auicena dico q̄ humanitas vel equitas nō cōcludit entitatem suam ratam. ita q̄ licz humanitas nō sit nisi humanitas/ ⁊ equitas nō sit nisi equitas / cum hoc stat q̄ sit sua realitas absoluta: qua formaliter intrinsece ⁊ rate ⁊ primo a figmētis est distincta: nō per aliquid aliud siue respectiuū: siue absolutum. Et ideo non valet.

Ad rōes ꝓncipa.

¶ Ad primum principale dico q̄ respectus creature ad deum est in eodem predicamento cū ipsa per reductiones: tū nō per se sic q̄ per se predicetur illud p̄dicamentum de ipso.

¶ Ad secūdum dico q̄ respectus iste non est accidens suo fundamēto sz idem sibi essentialiter. Solet additum argumētum ad istam ptinet q̄ prior est respectus effectus ad causas intrinsecas q̄ ad extrinsecas: ergo respectus ad causas extrinsecas est accidentalis ⁊ posterior alio respectu in ipo effectu. Et dico primo ad istud argumētum q̄ nihil valet q̄tum ad effectus simplices: qui nō sunt causati intrinsece/ de effectibus deo ꝓiunctis. Dico q̄ effectus ꝓiunctus si referatur ad causas intrinsecas sibi refertur ad eas: ⁊ ad causas intrinsecas saltem ad primam extrinsecam que est deus / ⁊ vterq̄ respectus est sibi essentialis. Et dico q̄ cōcurrit causalitatem effectus. ita q̄ nō prius naturaliter ex parte effectus. Si forte ex parte causarum quarum vna est prior alia naturaliter ab vna q̄ ab alia: quia materia etiam causaretur sibi p⁹ ⁊ alias posterius ⁊ etiam a causis intrinsecis causatur sue extrinsecis ⁊ econuerso quod est impossibile Ad argumentū in oppositū. Dico q̄ similiter est falsum: q̄ scientia quidditatiua et per se primo modo refertur ad subiectū. Et si phūs hoc intendat falsum dī Utrum autem p̄ se secūdo modo alias apparebit.

¶ Distinctionis tertie.
Questio Quinta.

Ad argumēta illoꝝ qui dicūt respectū ad deū eē rationē creature. ⁊c.

Nō hec.

¶ Dinto q̄ro q̄tuz ad ymaginem. Utrū ymago trinitatis sit in creatura rōnali ⁊ intellectuali. ¶ Et videtur q̄ imago trinitatis nō sit in mente nostra. Prio sic. ydeatum nō representat nisi suam ydeam: q⁹ non excedit in representando suū ydeatum in essendo: sz deus nō est ydea inquātum trinus: sed magis per rōnez essentie siue sue intellectionis que est vna. ergo ⁊c.

¶ Secundo sic. Si imago representans trinitatē esset in mente: tūc posset trinitas personaꝝ naturaliter cognosci sicut ⁊ imago: hec est falsum. q̄ ⁊c.

¶ Tertio sic. in qualibet ꝑsona est memoria intelligentia ⁊ voluntas: ergo ista non repsentant distincte trinitatem: sed magis vnitatem: quia memoria illa representat patrem sicut filium igitur.

¶ Quarto sic. In mente nostra est vestigium trinitatis: ergo nō est imago mea. Probatio q⁹ isti fuit modi representandi ex opposito distincti.

¶ Contra Magister in littera ⁊ Augustinus quintodecimo de trinitate capitulo octauo. Augustin. Ecce mēs nra meminit sui intelligit se diligit se. ⁊c. Hec si cernim⁹ trinitatē nō qđ deum: sz ipam imaginem dei. Et genesis prio. Faciamus hominez ad imaginē ⁊ similitudinē nrām. Gene. 1.

¶ In ista questiōe sic ꝓceda.

¶ Primo dicam de ratione imaginis in corporibus. vñ est i spiritib⁹/ ⁊ q̄ imago trinitatis sit in mēte. ¶ Secūdo ostendam que sunt illa que correspōdēt in deo imagini create: ⁊ respectu q̄rū ē imago.

¶ Quantū ad primū dicitur q̄ ymago dicit quasi imitatio. Unde dico q̄ ymago in corporibus dicitur illud quod imitatiue repsentat aliud quasi totum. Imago eīm in hoc differt a vestigio: quia vestigium ꝓmo est representatiuū partis ratiōe toti⁹. Et imago p̄rio repsentat totum: nō autem partem. Dico etiā q̄ imitando representat quia nō sufficit quecūq; repsentatio alicuius ab aliquo ad hoc vt representans dicitur eē imago. Sed requiritur ad imaginem imitatio totius representanti: ⁊ etiā exp̄ssio vni⁹ ab alio/ imaginis ab imaginato ad similitudinem imaginati/ nō autem ecōuerso q⁹ ēm Augustinum octuagesima tertia questionum. Quum licet sit simile alteri ouo: nō est ymago alterius out: quia nō est ab alio ⁊ ad vnitatem alterius expresse ⁊ productum. Ymago qđ ⁊ vnde dicit. Augustin.

¶ Sic ergo dico q̄ imago in corporibus est imitatio que est similitudo imitationis representans totum primo ⁊ expresse ad similitudinem alterius scilicet imaginati/ ex hoc aūt transumitur ad imaginem in proposito/ q⁹ dico q̄ mēs in qua quodda totum materiale: cuius partes sunt tres personе ⁊ non solum patrem ⁊ filium ⁊ spiritum sanctum: sed totam trinitatem personarū/ ⁊ essentie vnitatez/ ⁊ est expressa ⁊ producta imitando ip̄am. hec de p̄rio.

¶ Quantum ad secūdum sz in quibus cōsistit imago trinitatis in mente. Dico premittendo q̄ in nobis experimur duos actus in superiori parte accidentali sz intelligere ⁊ velle. In q̄bus consistat imago trini. in mēte. ⁊c.

¶ Secūdo ꝓmitto ꝙ in potentijs nudis respectu istorum actuū nō potest cōsistere imago trinitatis: quia inter ipsos nō est ordo originis sicut inter diuinas personas: sed nec etiā in actibus secūdis: tum quia in personis nō est cōsubstantialitas nec trinitas: ꝛ ideo oportet ꝙ ratio imagīs assignetur consistere in potentijs consubstantialibus sibi ꝛ essentie cum actibus ipsarum potētiarum.

Duobus mōis ymago trinitatis cōsistere in aliquibus.

¶ Assignatur ergo duobus modis imago trinitatis cōsistere in aliquibus. ꝓma assignatio est in memoria intelligentia ꝛ voluntate. Alio mō in mēte noticia ꝛ amore. ꝓmam assignationem ponit Augustinus decimo de trinitate capitulo quarto Secūdam ponit nono de trinitate ca. scdo ꝛ qnto: ꝛ decimo: ꝛ quintodecimo de trinitate dicit ꝙ ꝓma est euidentior. ¶ Dicamus ergo de prima. Dico ꝙ in mente nostra est aliqua perfectio quam est in actu primo ꝛ respectu noticie declarative gignēde ꝛ producēde: ꝛ est in prima fecūditate anime nostre: ꝛ hoc voco memoriā itellectū: scilicꝫ habentem principia obiecti intelligibilis per seipam ꝛ per representatiuū eius. Et complectitur ista memoria ad minus obiectum ꝓsens in scipo vel in representatiuo: ꝛ intellectum agentem. Vtrum aūt intellectus possibilis ꝛ etiam obiectum sit coactiuus ad gignitionem verbi ꝛ noticie declarative nihil mō hec est ergo memoria intellectus habens obiectus sibi presens: ꝛ hoc est prima fecunditas in mēte nostra: ꝛ representat personam patris que est prima in diuinis. ¶ Secundo est in mente nostra perfectio per quam potest recipere actum intelligendi ꝛ noticiam declaratiuam obiecti: puta intellect⁹ possibilis: ꝛ inquātum recipit ipam dicitur intelligentia ꝛ representat verbū vel filium in diuinis/ que est noticia genita subsistens tamen. ¶ Tertio est in mente nostra perfectio qua possumus recipere ꝛ elicere actum volitionis: ꝛ est voluntas ipa que vt sic stans sub actu volendi ꝟtum ad ipm actū causatur ab obiecto: etiā intelligentia vel etiā a seipsa Vel tamen primis quoquo: ita ꝙ a memoria ꝛ intelligentia aliquo modo causatur act⁹ volendi/ vel saltem prima sunt ꝛ naturaliter requisita. Et dico ꝙ voluntas vt sic stans sub actu volendi representat spiritum sanctum qui ꝓducitur vt amor subsistens ab vtroꝙ scilicet patre ꝛ filio. ¶ Quo modo ergo in istis omnibus ꝓsistit imago trinitatis. Dico ꝙ de ratione imaginis trinitatis est representare vnitatem diuine essentie: pluralitatem personarum/ ꝛ ordinem originis ipsarum. hoc autem representat per ista omnia. ꝓmo qꝛ iste potentie sunt cōsubstantiales: ꝛ sic representant essentiey unitatem. Secūdo qꝛ sunt tres qualitercūꝙ distincte non curo modo ꝛ sic personarum trinatem. Tertio quia in ipsis inquātum subsstāt suis actibus est ordo originis/ quia ibi sunt duo actus ꝓducti scilicet intelligere quod ꝓdicitur a memoria sicut verbum a parte: ꝛ velle quod ꝓducitur quocūꝙ modo a memoria ꝛ intelligentia saltem prima sunt ista necessaria sicut spiritus sanctus ab vtroꝙ. Sed inter ista ꝛ illa multe possunt dissimilitudines assignari ¶ Secūda assignatio est ꝙ imago consistit in hijs tribus scilicet in mente noticia ꝛ amore. ¶ Et ꝟtū ad hoc notandum est ꝙ mens dicit ꝟplicem fecunditatem anime: ꝛ sic includit tres potentias et vnam substantiam cui potentie sunt cōsubstantiales: ꝛ etiam sibi inuicem: sed noticia accipitur ꝓ producto ab altero ꝓncipio puta a memoria ꝟm primam fecunditatem. Amor autem accipitur ꝓ actu producto a duobus principijs quocūꝙ mō dicant ordinem originis sed non cōsubstātialitatem Et in hoc deficiunt a repsentando perfecte rationem trinitatis: sicut etiam illa que dicta sunt in prima assignatione in multis deficiunt. ¶ Ex predictis apparet quo modo prima assignatio est euidētior ꝟ secūda. In prima enim accipitur cōsubstantialitas vel vnitas potentiarum in substantia ꝛ trinitas: ꝛ ordo originis. In secūda autem non accipitur consubstātialitas nisi subintelligendo potētias ipsis actibus productis. Tamē etiam in secūda est aliquod euidentius ꝟ in prima: quia mēs cū includat dupliceꝫ fecūditatem vel potentiā fecūdam expressius representat primam personam ꝟ memoria tantum: licet respectu toti⁹ trinitatis prima sit euidētior ꝛ expressior. Hec de secūdo.

¶ Quātum ad tertium Dico ꝙ in deo reperiuntur tria. ꝓmum est vnitas essentie. Secūdum est ordo ꝛ habitudo originis inter personas. Et ideo dico ꝙ imago accēditur nec correspondet alteri trium predictorum tantuꝫ sed omnib⁹ simul. Ita ꝙ imago representat omnia predicta. Ita ꝙ repsentativa tam vnitatis essentie ꝟ trinitatis personarum ꝟ etiam ordinis ꝛ originis inter ipas. Et hoc est essentiale imagini nostre et etiam angelice. Sic ad questionem.

respectu quorū est imago.

¶ Ad primum ꝓncipale dico ꝙ ydeatū sm ꝙ hmōi nō representat nisi suam ydeam. Sed ydeatum qđ est etiam ymago bene representat trinitatem: sicut predictum est in corpore questionis. ¶ Ad scdm dico ꝙ imago licet sit in mente: nō tamen vt sic potest cognosci per rationem naturalem nec per consequens ipa trinitas. ¶ Ad tertium dico ꝙ memoria in imagine nō representat sic memoriam in vna persona quin sit in alia scdm id quod est: sed ꝟtum ad hoc distincte representat ꝙ vna persona representat eam vt est principium productiuum: nō aūt in alia ꝛ sic de alijs. Vñ licꝫ memoria sit in filio: nō tñ est in eo vt principiū ꝓductiū. ¶ Ad quartuꝫ dico ꝙ vestigium ꝛ imago non sunt rationes repiēndi opposite: sed soluꝫ dispare/ ita ꝙ eidē ꝓnt cōuenire. Dico tñ ꝙ nō eadē creatura rationalis vel intellectualis est vestigium et imago. Totaliter est enī vestigiū sm suā substātiam: sed imago scdm suam substantiam ꝛ potētias ꝓsubstantiales ꝛ act⁹ ꝓductos vt dictū est supra quare ꝛc. Sic de isto.

Ad argumēta ꝓncipalis.

¶ Distinctionis tertie. Questio. 6.

Sexto quero vtꝫ potentie pertinētes ad imaginem sint essentialiter idem cum substantia anie. ¶ Arguūtur ꝙ nō. Primo qꝛ diuina suppōsita que representantur per eas realiter distinguūtur ergo similiterista potentie. Dices ꝙ nō sed act⁹ earum bene. Contra qꝛ tunc ymago non esset perpetua qꝛ actus non sunt ꝓpetui ꝟ ꝛc. ¶ Scdo sic. Quia actus sunt realiter ꝛ essentialiter distincti/ ergo ꝛ potētie: nō esīt videl maior vnitas in posteriori ꝟ in priori. Actus autem est prior potentia. igitur ꝛc. Item si potentie sunt essentialiter eedem anime ꝛ adinuicē: tūc possunt ista ꝓdicari de seinuicem in abstracto ꝙ idētitatem hoc est falsum/ nō enim intellectus est voluntas vel aia vel ecōuerso. ergo ꝛc. ¶ Contra. Noticia est sua potētia passiua ergo nihil repugnat qñ anima sit sua potētia.

An potētie ꝓncipales sint essentialiter idem cum substantia anie.

¶ In ista questiōe sic ꝓcedā. ꝓmo ponā duas opiniones in cōi ꝛ arguā ꝟ eas. ¶ Secundo respondebo ad questiones. ¶ Tertio ad rōnes aliox. ¶ Et quarto ad rōnes ꝓncipales

1. opinio.

¶ Quantum ad primum est vna opinio cōis multis ꝙ potentie iste differunt essentialiter ꝛ realiter ab aia ꝛ ab inuicē sicut accidētia quedā absoluta ipsius anime. Hoc ꝓbatur multipliciter. ¶ Primo sic. act⁹ ꝛ potentia sunt eiusdē generis: qꝛ potētia reducit ad genus actus: sed actus scꝫ istarum potētiarum sunt qualitates quedā ꝛ accidētia: ꝟ similiter potētie. ¶ Secūdo sic. Agens per cēntiam est primus agens sicut ens per essentiā est primum ens ſ aīa non est primum agens ergo agit per aliquid quod additur sue essentie puta per potentiā que est accidens. ¶ Tertio sic. Omne agēs ꝙ suā essentiā semper agit ꝟ diu est / sicut etiā aīa semper viuit quia est vita per essentiā: ſ aīa nō semp agit. ¶ Quarto sic. Et est de potentijs sensitiuis: ꝓfectibilia diuersarum rationum requirunt perfectiōes diuersarum rationum: sed organa corporis sunt huiusmodi: ergo potentie perficientes sunt diuersarum rationum. ¶ Quinto sic. Accidens fluxibile non inest substantie nisi mediāte accidēte permanente (sicut patet de motu qui non est subātie: nisi mediāte quantitate.) Sed actus sunt accidentia fluxibilia: ergo potentie sunt accidentia permanentia.

1. Phisi.

¶ Sexto sic. Potentia est immediatū ꝓncipiū operationis: sed nulla substātia potest esse immediatum principium operationis: qꝛ nec operationis trāseūtis qꝛ agens talem actionem agit mediante forma contraria illi dispositioni quam habet passum: ꝛ ꝙ consequēs mediāte accidēte. Nec operationis immanentis: quia nec materia nec subiectum possunt esse principia effectiua suarum formarum receptarum: quia idem respectu eiusdem non potest esse simul in actu ꝛ in potentia. Quod patet etiā ꝙ philosophū primo phisi. vbi dicit ꝙ subiectū ſ materia cum forma nō est causa accidētiū nisi velut mater est causa efficiēs respectu ꝓlis. ¶ Septimo sic. Impossibile est idem simplex absolutū ee essentialiter idem cum pluribus absolutis: qꝛ tūc esset vnū ꝛ nō vnum. Sed potētie sunt plura absoluta: quia sunt distincta ꝓncipia operationū: quod non pōt conuenire eidem ꝛ secūdum idem: sicut nec materie scdm idem cōuenire potest ꝙ recipiat diuersas formas simul ꝛ imediate: sed mediantib⁹ diuersis dispositionibus ꝛ accidētibus absolutis. ¶ Octauo sic. Idem realiter vel essentialiter nō potest esse ꝓncipium operationum ꝛ inclinationum contrariarium. Sed actus appetitus sensitiui contrariat actui rationis/ vel etiam appetitus intellectiui frequēter. tertio de aīa. ergo isti appetitus distingun-

3. de aīa.

tur essentialiter ab inuicem: ergo ꝛ ab anima.

¶ Mono quia sicut se habet essentia ad esse ita potentia ad agere: ergo sicut esse ad agere ita ētia ad potentiam. Sed esse ꝛ agere differunt per locū a transmutata ꝓportione. ergo ꝛc. ¶ Ad hoc sunt auctoritates Cōmentatoris secūdo de anima. vbi dicit ꝙ anima diuiditur in istas potētias sicut ꝓmum in colorem ꝛ saporem. Alia autem Simplicij super predicamenta capitulo de qualitate. Vbi dicit ꝙ iste potentie suscipiūt magis ꝛ minus ergo sunt accidentia. Tertia est Anselmi de casu diaboli: qui dicit ꝙ necvoluntatem nec conuersionem voluntatis puto negari posse aliquid esse. Nam et si non sunt substantie: nō tamen ꝓbari potest eas non esse essentias: ergo sunt accidentia ex quo non sunt substantie sicut dicit Anselmus. Hec prima opinio cū suis motiuis.

Cōmē. 2 de ania. Simpli. Anselm⁹

¶ Alia opinio est de hoc hērici in suo quolibet. ꝙ potentie anime non differunt ab anima re absoluta: sed per respectus: ita ꝙ ipsa precise accepta rationem nō habet sed coassumpto respectu quod ꝓbat quia potentia diffintur per actum. nono Methaphisice. Actus autem non sic diffinit per actum. ergo anima secūdum se non est potentia sed secundum qđ subinduit respectum ad actum. ¶ Sed quo modo determinatur anima ad istos respectus vel ad potentias. Dicit ꝙ ad potentias organicas determinatur ex complexionibus ꝛ dispositionibus organoꝝ. Ad nō organicas autem obiicitur: quia ad intellectum agentem ꝛ voluntatem que sunt actiue potentie determinatur ex obiectis/ circa que nate sunt iste potētie agere: vel ex seipsis determinātur ad intellectum vero possibilē que est potentia passiua determinatur ex specie intelligibili recepti in anima/ ꝛ hoc est consonum imagini ꝙ sic iste potentie differant per relationes vel respectus: sicut ꝛ ꝓsone ipe. Hoc etiam est secūdum Augustinum nono de trinitate capitulo quinto. Vbi ponit ꝙ iste potentie differunt ab inuicem secūdum relationē. Hec est opinio secunda.

2. opi. q. 2 hēnrici. 9. metꝫ. Augustꝰ. 9. de tri. 7. metꝫ.

¶ Contra ꝓmam opinionē arguo primo sic. Quidditas substātialis est obiectū intellect⁹ nostri vel solum mediante fantasmate quia est ꝓrius cognoscibilis ꝟ fantasma ꝛ accidens quodcūꝙ: ꝛ potest intelligi non intelligendo aliquod accidens. Est enī ꝓrior natura cognitione ꝛ tempore septimo methaphisice: sed obiectum secūdum eos mouet effectiue potentiam ergo substantia est immediatū ꝓncipium operationis. ꝛ sic est sua potentia. Confirmatur de angelo/ qui intelligit substantias immediate sine aliquo fantasmate saltem/ quicquid sit de homine. ¶ Secūdo sic. Natura anime vel angeli per se est rationalis ꝛ intellectualis. Sed hoc nō esset nisi intellectus vel ratio essent substantia ipsorum Si enī sunt accidentia: iam enī natura nō est intellectualis vel rōnalis/ nec apta ad intelligēdum immediate secūdum se / sed per accidēs absolutū sup additum/ sicut substantia est alba vel esse potest per accidens mediāte quātitate: ꝛ ita natura aliquā intellectualis vel rōnalis non est essentialiter distincta a nata bruti/ qđ falsum ē. Et ꝟfirmat: qꝛ tūc talis natura non est per se btificabilis: sed ꝙ accidēs medium quod posset separari ꝛ beatificari: qꝛ hēre

in se formaliter beatitudinē quod est incōueniēs.
¶ Tertio sic. Impossibile est formalem terminum generationis esse nobiliorē principio totali productiuo: qz principiū tale vel est vniuocū vel equiuocum. Si equiuocū nobilius est (saltē in creaturis) Si vniuocum eque nobile est: si eñ nō haberet perfectionem equalē termino vel maiorem/tunc daret aliquid quod nō haberet: z vltra ꝓpriam virtutem z speciem ageret: z vltra terminū sibi adequatū aliquid ꝓduceret: que oīa sunt falsa: sed terminus generationis est substātia: ergo potentia generatiua mixti necessario est substātia z non accidēs: qz substantia simplicit est nobilior omni accidēte. ¶ Dices q in virtute substante accidēs potest eē principium generādi substātiā: sicut calor z securis agit in virtute aie z artificis. Contra. quero de illa virtute: aut est accidens aut substātia. Non substātia (ꝓbatur per te/z per rationes: ergo accidēs: z p cōsequēs ita parum potest in illa virtute: z cū illa eē principium substātie sicut prius: quia totū est inobilius termino formali generationis. ¶ Si dicas q nō intelligis illam virtutem recipi in accidente sed q cōcurrunt substātia z accidens vt duo agentia trahentia vnam nauem / quorum neuter pōt eā per se trahere. ¶ Cōtra sequit ex hoc q vnum nō agat in virtute alterius: ſz in virtute ꝓpria/sicut patet de quolibet trahente nauē: z ita accidens in virtute proꝑa causat substātiam qđ nihil est. ¶ Unde dico q calor nullo modo attingit ad generationem carnis generando: sed tm̄ per accidēs disponendo z calefaciendo. Similiter ex hoc sequitur ꝓpositum: qz tunc virtus z potentia substātie nō est accidens: sed substātia/qua imediate agit actionē sibi conuenientē. ¶ De instrumento dico q nullū instrumētum sim q huiusmodi habet aliquā actionem elicitā a seipō: sed tm̄ mouetur ab agēte.
Unde z securis nihil agit/sed solum mouet/z ipa mota sic lignū diuidit a secāre: qz duo corpora nō possunt stare simul/ ita q sunt duo mota quadā ordinatione causata a secāte: quorum vnum prius recipitur in securi z ligno diuiso vel moto. ¶ Preterea etiā exēplus est ad oppositū: qz si accidēs motum a substātia in virtute eius pōt eē principiū generandi substātiā: sicut instrumentū mouet a secāte: q saltē habemus q illius motiōis ꝓxime imediata causa est substantia nō mediāte aliquo accidēte: vel ipm accidēs nihil recipit a substantia z ita non plus pōt agere nec agit q̄m sim se ad gnationē substātie qđ eñ non se hs aliter ad actus ꝑmum nec ad actū scōm eliciēdum se hr̄e videt. ¶ Itē ex dictis eorum: qz ipi dicūt q aīa diuidit in suas potētias sicut totum virtuale in suas partes. Et dicūt q totum virtuale saluat in qualibet parte sua scōm substantiam/nō scōm totā virtutē: q aīa saluat in potētijs scōm subām: ergo potentie nō sunt accidētia.

Boeti⁹. ¶ Item Boetius dicit q diuisio totius in partes non est diuisio per accidens vel p accidēs diuisi/sz per se: ergo diuisio aie in potentias nō est sicut ī accidentia.

Aug. 9. de trini. ¶ Item dico q ipi dicūt plane ꝯra Augustinū nono de tri. cap. 5. miro tam modo ista in se parabola sunt a semetipsis: z tm̄ eoꝝ singula substantia est/z simul oīa vna subā vel essentia. Item

Idē. 10. decimo de trinitate capitulo penultimo. Hec tria

Idez. 9. de trini. Memoria/Intelligentia z volūtas sunt vna mēs vna vita/z vna cētia. Itē. 9. de trin. ca. 4. dicit q ista nō sunt in aīa sicut color aut figura: ergo nō sicut accidētia. ¶ Nec valet solutio aliquorum/qui dicunt q verum est vt sunt obiectiue in aīa tanꝫ obiectiua cognita z amota: sed formaliter loquendo z subiectiue sunt ibi sicut color z figura. Contra qz tunc precedēs auctoritas esset falsa quia nō essent vna essentia. Iterum etiā nihil valeret probatio August. Ibidē eñ ꝓbat q sunt vna cētia/ qz alias perfectio z accidēs excedēt suū subiectū in nobilitate z perfectione: qz accidēs: esset immediatum principium elicitiuū operationis vitalis non autem subiectum: z ita esset nobilius nō viuēte. Preterea Augustinus de spiritu z aīa dicitur mens cū recordatur/animus cū intelligit/ memoria cum memorat/volūtas cū ꝑsentit. quare z t. Aug. de spi. z aīa

¶ Contra secūdam opinionē arguo ꝓximo sic. Potentia passiua nō ĩcludit respectū ergo nec actiua/ cōsequentia ptz: qz actiuū non est minus absolutū q̄m passiuū/cū sit nobilius vel eque nobile. Antecedens ptz qz potentia passiua materie est p se pars cōpositi absoluti sicut z materia: nullū autem absolutum per se includit respectum. ¶ Itē nos loquimur de potētia scōm q est principiū opandirespectus aūt nō videt vniuersaliter ꝓncipiū agēdi. Cū ergo sint eedē ꝙtum ad fundamentum istorum respectuum sunt tdē in rōne potētie. ¶ Nec valet dicere q respectus nō est principiū agēdi elicitiuū sz determinatiuū: qz respect⁹ ad actū nihil ẽante actū nichil reale dico qz terminū nō habet: ergo nō determinat imo actus prius est respectu reali passiuo ad actum sicut terminus est prius ratione. ¶ Itez principium per se operationis per se vnius/ debet esse per se vnum: sed absoluto z respectu non nō sic est aliquid per se vnum. Item illud qđ ex sua rōne vnde tale dicit perfectionē simpliciter nō includit respectum: sed intellectus z voluntas sunt hmōi. g z t. Contra illud quod dicit de potētijs organicis q anima determinatur ad ipas per organa falsuz est. Organa enim magis sunt propter potētias q̄m econuerso. Unde sicut dicit Cōmētator primo de anima. Membra cerui nō differūt a mēbris leonis nisi qz anime differūt. Sic ergo ex potētijs magis debet accipi distinctio organorum q̄m econuerso. Cōmē. 1. de aīa.

¶ Quod dicitur etiā de potētijs actiuis: q determinatur aīa ad ipas per habitudines ad actus z obiecta. Contra quia ipe potentie secūdum te non sunt nisi respectus: vel saltem sunt ipsi respect⁹ ad actus: quia sic diffiniunt: ergo hoc est dicere q iste potentie explicis determinantur/z nō oportet quererre aliquid extrinsecum. Et similiter in alijs. Item etiam essent tunc tot tales potentie quot obiecta z actus: qz tot respectus. Contra illud de ītellectuali possibili: ad ipsum determinatur anima ex speciebus receptiuis: quia iste doctor negat alibi species intelligibiles impressas. Iterum etiam qz tunc tot essent intellectus quot sensus vel obiecta/ que sunt incōuenientia. Nec valet pro eis dictum Augustini q iste potentie sunt vnum⁹ad se et tria inquātum ad seinuicem referuntur. Primum dictum verum est de ipsis vt habet rationem principij: sic enim sunt vna essentia absoluta z ad se. Sz secundum verum est pro ipis vt substant actibus productis duobus mediantibus: quibus ad seinuicem referuntur sim̄ originē. Hec de prio articulo.

Opi. doctoris. ¶ Quantum ad secūdum dico primo q potentie anime in quibus imago cōsistit nō distinguūtur essentialiter a fundamēto siue ab anima ipsa nec a seinuicem: sicut ꝓbāt rationes adducte superius contra primaz opinionē. Et addo vnam quia illa quorum vnus nō potest eē z poni in effectu sine alio: nec sunt adinuicē relata: non distinguūtur essentialiter ab inuicē (sicut dictū est supra). Sed anima z sue potētie (cum sint ꝓsubstātiales secūdum Augustinum) sunt huismodi q̄tū ad primum: nec relatiue dicūtur adinuicem vt patet. ergo z t: Ad hoc sunt auctoritates adducte superius: ergo z t. ¶ Secundo dico q distinguūtur realiter z ab anima z ab inuicē in eadem essentia: quod ꝓbo sic qz quelibet istarum dicit aliquid positiuum extra intellectum. Non eñ dicūt negationes z neutra eaꝝ imo nulla est actu ifinita: nec habet esse indistinctum sed distinctum sim ꝓprias rōnes/ nec aliqua earum in abstracto ꝑdicatur de altera. Hec enim est falsa/anima est intellectus/vel intellectus est voluntas/vel ecōuerso: ergo z t. ¶ Tertio concludo ꝓsequēter q distinguūtur formaliter z ex natura rei: qz oēs dicunt aliquid positiuum/et nulla earum cōuenit alicui per se primo modo: ergo formaliter z q̄ditatiue differunt. Modus ponendi huius positiōis est iste q anima cū sit forma nobilissima potest in seipa vnitiue cōtinere potentias istas tanꝫ proprietates cōsubstantiales: z tamen manentes sim ꝓprias formales rationes quiditatiue distinctas z habētes consimilem ordinem adinuicem ac si essent essentialiter distincte. Et dico q hoc est ex perfectione aīe/z similiter ex perfectione cuiuscūq; alterius entis sic cōtinētis aliqua plura: sic vnitiue cōtinet amota omni imperfectione: (si sit simpliciter perfectū) sicut deus. Hec de secundo articulo. 7. meth.

Ad rōes pro ꝓria opinione ¶ Quātum ad tertium Dico ad primum argumentū prime opinionis q act⁹ z potētia obiectiua vel possibile obiectiuū sibi eōrespondens pertinet ad idem genus/ z ad eandem speciem z ad idē indiuiduū/sicut homo ī actu z hō in potentia. Sed de potētia operatiua vel subiecti ua nō est verū/ imo est impossibile qz esset ꝓcessus in infinitum: z nō esset dare imediatū subiectū accidens: quod esset substantia. ¶ Ad secūdum dico q agens per eētiaz suā sic q sua actio est sua eētia sicut deus est primum agēs z independens: sed agēs per eētiam suā sicut p rōnē agendi: pro tā to qz potentia sua nō distinguitur essentialiter ab ea non oportet q sit primū agēs/sicut etiā sim te z sim Auicēnam calor separatus calefaceret: z tm̄ p suā essentiā sicut per potētiam calefaciēdi calefaceret z tamen nō esset primū agens. ¶ Ad tertium per idem. ¶ Ad quartū dico q licz organa sint alteri⁹ rationis ꝙtum ad dispositiones: nō tamen ops q potentie perficientes sint alteri⁹ z alterius ēentie sed sufficit q sint distincte formaliter ex natura rei/ sicut dictum est supra/ad hoc vt informent diuersa organa: licet sint an ic ꝓsubstātiales. Aliter dicitur ab alijs q potētie sensitiue⁹ organice nō sunt cōsubstantiales aīe: sed accidētia z distincte essentialiter ab aīa z ab inuicem. Sed ꝯra hoc est illud argumētum supius factum de potētijs generatiuis quē est organica: z tm̄ oportet q substantia. Aliter dicitur q maior istius rōnis nō est vera etiam sim alium doctorem: qz anīa eiusdem rōnis existens: z vnica forma existēs in aīato informat organa que sunt alterius rationis nō solum in operando sz etiā in essendo. Patet quarto methaphi. circa finem.
¶ Ad quintum dico q maior est falsa. Calefactio eñ in aliqua potest esse nō mediāte alio accidente vt subiecto qz planū est q nō mediante humiditate nec frigiditate. Dices q mediante quātitate. Contra saltem de generatione z corruptione ops te dicere q sit imediate in materia/qz in istis fit resolutio vsq; ad materiam primā. Ita enim sufficit substantia suscipe accidēs aliquod fluxibile immediate sicut fluxū. Similiter etiam de motu ad quātitatem z quātitate patet qz est imediate in substātia. Et licꝫ hoc verum sit de aliquibus sicut de motu locali in corporibus qđ inest mediāte quātitate qz per quātitatem formaliter corpes occupāt locū vel saltem fundamētaliter: tm̄ vniuersaliter nō ẽverum. Sed arguere vniuersaliter est fallacia ꝓsequētis videlz sic. ita in aliq̄bus: g in oībus. ¶ Ad sextum dico q maior est falsa z cōtra Aristotelē septimo methaphisice. vbi dicit q generationē substantie ops substantiā preexistere: sed ad generationez accidens nō oportet ꝑexistere aliq̄ accidēs: ergo substantia potest imediatum principiuz causationis accidētis nō precedente vel mediāte aliquo accidente/sicut exēplificat ibi Aristoteles expresse ī illo capitulo qm̄ vera diffinitio ratio est. z t. Hoc autem confirmatur per dictum eius / qz accidens agit in virtute substantie z illa virtus substātia est nō autem accidens. Tunc esset ꝓcessus in infinitū. Quādo dicis non opationis transeuntis. Dico q immo. Cum dicis forma substātialis vel substantia nō est ctraria forme passi. Dico ꝓmo q quicqd sit de hoc ian sez substātia habeat ctrariū vel nō/q substātia licet nō sit formaliter cōtraria dispositioni z forme passiti bene virtualiter potest esse contraria/sicut patz in actiōe trāseunte equiuoca: qua sol calefacit lignū z expellit frigus/ q virtualiter continet calorem ipsum quē potest generare immediate per suā substantiā/sicut posset calor formaliter positus in sole. ¶ Tamen bene est dubium / an alique forme substātiales habeāt cōtrarium puta de formis elemētoꝝ: z de aliquibus alijs. Et dicūt aliqui q sic. Tum quia sunt transmutabiles adinuicem: vel materia sim ipas: termini aūt mutatiōis si sunt positi sunt cōtrarij. Quia vero qlibet fit ex quolibet cōtrarium ex cōtrario: album ex nigro. Tum qz cōtinētur sub eodem genere physico: z inter ipas est recipere magis vel minus: z per cōsequens distantiā maximam: ergo sunt ctrarie: quia sub eodem genere maxime a se distant. ¶ Ad hoc est auctoritas Auicēne. 2. physicoꝝ. vbi dicit q forme substantiales a quibus descendūt cōtrarie qualitates sunt cōtrarie: qz perficiūt vnum subiectū z vicissitudinaliter in eo. Et inter ipam est inuenire maximā distantiā. Hoc etiā amplius declarat ipe Quādo dicit q celum nō est generatum: quia forma eius nō habet contrarium in eo/qz forma generati habet cōtrarium in eo q mutatur sicut dicit. Fofe elemētorum z t. an hē ant ctrū. Auicē. 2 physicoꝝ Cōmē. 1. physicoꝝ
¶ Ad hoc est etiā cōmētator ꝓmo physicorum. cōmēto tertiodecimo. vbi dicit q nihil ꝓhibet substātias esse contrarias secūdum formas: sicut in sub-

stantijs simplicibus in elementis/ licet non in subst antijs cōpositis:q2 Aristoteles dicit in de generatione q corpora simplica sunt contraria. Verba sunt Cōmenta. vnde innuit ibi q verba Aristo. in predicamētis q substātia nō habet cōtrarium / est intelligendum nō de substātijs simplicibus:sed de cōpositis:tamē nō curo de hoc. Similiter etiā argumentum parum valet. Substantia nō habet cōtrarium ergo in ipa nō est motus/quia nec quantitas habet cōtrarium:z tamen in ipsa est motus.

¶ Ad probationem q substantia nō potest eē immediatum principium operationis imanentis dico q imo. Cum dicis de materia:dico bene q materia nō potest esse principium alicuius sue forme/ quia est in mera potentia ad ipsam respectu eius: quia tunc esset nobilior forma sua. Sed dico q subiectum aliquod potest esse principium sue opationis immanētis nec obstat illud falsum principium quod nihil est in actu z in potentia respectu eiusdē sicut alias ostendetur:qđ dicitur q materia cū forma est principium vt mater z subiectum verum ē/ sed nō pterea negatur quin vt efficiens. Vō additur q idem nō potest eē principiū effectiuū vel receptiuum plurium opationū. Dico q imo sicut eadem essentia anime recipit oēs istas potētias secundum te. Quod dicis de materia: dico q ipa secundum idem:z scōm id quod est recipit immediate diuersas formas sibi succedentes pura generati z corrupti:tamē argumētum nō currit ptra me: q2 dixi q potentie formaliter z realiter distinguūtur licet non essentialiter. ¶ Ad septimum dico q potentie nō sunt plura eēntialiter absoluta distincta/ z ideo anima potest esse vnū cū ipsis. ¶ Ad octauum dico q actus duorū appetituū nō sunt cōtrarij proprie:quia nō sunt eiusdem subiecti / sed sunt disparati actus:quorum vnus tendit in bonū vnū/ z alius in aliud frequēter. Appetitus autē isti distinguūtur/ etiā sicut dixi supra:vel adhuc plus q2 forte essentialiter sed non curo. ¶ Ad nonū dico q nō sic se habet essentia anime ad potentias: sicut ad agere. Prima em pbinatio est falsa:q sic se habeat potētia ad agere sicut essentia ad esse:quia secundum omnes/potētia z agere essentialiter differunt in creatura:nō autem essentia z esse. Et ideo magis debes dicere q sicut essentia ad esse/ita potentia ad posse:z tunc nihil habes. ¶ Ad commentatorem nego eū pprie loquēdo:s bñ sicut ponunt in formas z accidentia ita aīa in potētias formales. Vel aliter dic ad Cōmentatorem q ipe nō asserit/imo loquitur dubitatiue:potest enim dubitari vtrū sic dividatur anima/sicut accidētia. ¶ Ad simplicium quādo dicit q sunt ydoneitas non intelligit de istis potentijs. Sed de habilitatibus pertinentibus ad secūdam speciem qualitatis disponentib9 potentias naturales. vel ad simpliciū dico q ipe nō dicit verum:sed iste potentie sunt cōsubstantiales z in eodem genere cum substantia anie per reductionem. ¶ Ad Augustinum dico q iste potentie sunt equales imo eedem secūdum substātiam:secūdum actus suos hic in via possunt eē inequales: quia actus vnus potest eē perfectior actu alterius. Vnde dico q potentie secūdum substantiam nō suscipiunt magis z minus in eodem: licet forte in diuersis. ¶ Ad Anselmū dico q nō vult nisi impedire istam cōsequētiam:potentie nō sunt

Ad pmē.

Ad simplicium.

Ad aug.

ad ansel.

subtantie:ergo nichil sunt. Et planum est q cōsequētia nō valet:sed dico q non vult affirmare antecedens. ¶ Ad Dionysium de substantia virtute z operatione. Dico q intendit ponere aliquam distinctionem inter substantiam z virtutem: non tamen essentialiter/vel q accipit virtutem p aliquo habitu nature angelice/z tunc distinguitur virtus a substantia essentialiter.

Ad dyo.

¶ Ad illa pro opintone secūda:dico q non oportet omnino ad similitudinē inter potentias z personas:nec oportet q si vnum dicit respectum q aliud propter hoc dicat. ¶ Ad illud q potentia diffinitur per actum:dico q potētia prout est id quo aliquis agit vel potest non est respectus/tamē ipm cōcomitatur vel natus est cōcomitari aliquis respectus a quo forte non potentie ipsorum:z quātum ad illum describitur p actū. ¶ Ad aliud de Augustino patuit supra, arguendo contra opinionem.

Ad mot ua.2.opi nionis.

¶ Ad primum principale dico q nō concludit ptra me: quia pono q potentie realiē distinguūtur sicut z psone in diuinis:nō tamen essentialiter sicut nec persone. ¶ Ad secundū dico q actus essentialiter distinguūtur: nō tamen potentie quia potētia est principium actus:maior vnitas vel non minor debet z potest esse in principio q̄ in principiato. Tu dicis q act9 est prior potentia:dico q verum est in diuersis. Est enim dare aliquem actum priorem omni potentia existente in alio:non autem oportet q in eodē. ¶ Ad tertium dico q si essent realiter eedem nō video quin predicatio illa esset vera in abstracto:intellect9 est voluntas z econuerso quod reputo falsum. Argumentum ergo concludit q potentie differunt realiter non tamen essentialiter. Sic de isto.

Ad rōnes principa. qōnis.

¶ Distinctionis.4. Primi sententiarū. Questio prima.

¶ Circa distictiōem quartam quero pmo. Vtrum in natura diuina sit aliqua p ductio intrinseca ¶ Videtur q non / quia idem non potest esse necessarium z possibile:s omne intrinsecum deo est necessarium:z omne productus est possibile: quia potest produci vel potuit. ℈ zt. ¶ Secūdo sic. Impossibile ē idem esse necesse esse ex se z ex alio vel ab alio:quia qđ est necessarium ex se manet z potest esse quolibz alio circūscripto: sed quod est necesse eē ab alio nō manet alio circūscripto:sed esse intrinsecus deo est necessariū ex se:nihil ergo est ibi productū ab alio. ¶ Tertio sic. Impossibile est idem esse mutabile z immutabile: sed esse intrinsecus deo est immutabile: ergo nichil est ibi productum ab alio. cōsequentia patet:quia producens est prius producto: z in illo priori productum non est:s omne qđ habet eē post non esse est mutabile:ergo z cetera. Et confirmatur quia generatio est mutatio quidditatiue z eēntialiter:ergo essentia non habet personam productam nisi per mutationem. ¶ Quarto sic. Impossibile est idem esse dependens et independens: sed omne intrinsecum deo est independens:

Psalmi.

¶ Contra in psalmista dicit pater ad filiū Extvtero ante luciferum genui te. Et alibi Filius meus es tu ego hodie genui te.

¶ In ista questiõe sic pceda.

¶ Primo ponā rationes aliquoz/qui volunt probare q in diuinis est pductio ad intra:z soluā eas quia nō declarant positum nec fideli nec infideli.

¶ Secundo ostendam per alias rationes probabiles(quas etiam ego soluam)q in diuinis est possibilis productio intrinseca/z q est actu ibi.

¶ Tertio ad rationes.

q in diuinis sit pductō ad intra rōnes pcipi.

¶ Circa pmū arguūt aliq sic In diuinis est aliqua persona cōstituta:sed nō nisi per relationes originis:q2 si relatio nō cōstitueret personam:tunc illa adueniret psone z esset accidēs in deo:sed vbicūq est relatio originis ibi est pducens z pductum originans z originatus. ergo ꝛc. ¶ Secūdo arguitur sic. Summe actiuū z summe bonum summe se diffundit z cōicat. ergo de9 summe se diffundit:sed nō ad extra. ergo ad intra. ¶ Tertio sic pductio z actio pncipaliter intendunt assimilationem. ergo cū deus sit summe actiu9 summe assimilat sibi aliquod productum:non ad extra. ergo ad intra.

q rōnes hui9.1.o pino. nō ōmōstrāt

¶ Iste rationes nō ostendūt positus. Prima non ostendit nec declarat positum infideli: q2 ipe negaret relationem originis in diuinis/ z per ps cōstitutionē talem/z poneret in deo vnum tiñ suppositum absolutum nec ostendit etiā fideli. Primo/q2 probatio sua etiā apd fidelē nihil valet:q2 relatio actua nō constituit personā patris z filij z tamē nō accidit eis. Secūdo q2 nō est articulus expressus: nec ita notum fideli q persone stituātur p relatiões originis:sicut q sint ibi psone pducte z ita ex ignotioribus pcedit. ¶ Secūda ratio non cōcludit in fideli. Diceret em q summe actiuū z bonum z summe se diffundit z cōmunicat q̄tum est possibile: s talis cōmunicatio ad intra nō est sibi possibilis.

¶ Similiter ad tertiam diceret infidelis q summe assimilat sibi aliquid q̄tum potest: sed hoc nō potest. Et fidelis diceret ad vtrāq licz hoc verum sit tamen rationes nō declarant. Hec de primo.

Rōes doctoris ad pbandū pductionē intri. in diuis.

¶ Quantum ad secundū adduco tres rationes ad pbandū pductionem intrinsecam in diuinis. Prima est ista. Omne suppositū habens a se z perfecte pncipium pductiuū realiter potest p illud producere aliqđ pductū sibi adequatum. Sed aliquod suppositū diuinū habet a se z perfecte principiū aliquod realiter pductiuū ad intra:puta memoriam scām:ergo pōt pducere ad intra z realiter noticiam declaratiuā vel verbū sicut terminum sibi adequatum:z per consequēs infinitum sicut ponitur intellectus z etiam obiectū infinitum:z per consequēs etiam noticiam declaratiuam subsistētem:quia talis nō potest esse inherens/nec accidens cum sit infinita:ergo est subsistētia z persona:ergo in diuinis est persona intrinsece producta per memoriam. Et similiter potest argui de voluntate accipiendo eam sicut accipiebaꝫ memoria. Tota vis consistit in declarando maiorē z minorem. ¶ Primo ergo declaro maiorem.

Vō hec p maioris declaratione.

¶ Duplex enim potest esse ratio quare suppositus habens aliquod principium realiter productivum non potest producere secūdum ipm. Una est quia habet tale principium imperfectus vel imperfecte vt sicut si aliquid habet calorem imperfectum potest impediri propter illam imperfectionem caloris a ca lefaciendo. Alia ratio est quia licet habeat illud pncipium pductiuum tamen accepit ipsum ab alio (per productionem adequatam illi pncipio sicut filius in diuinis accepit memoriam a patre: ideo non potest generare/ quia accepit eam p productionem inadequatam memorie. Similiter ipiritussanctus accepit voluntatem ab vtroq. Primum excluditur in maiore quādo dicitur suppositum habere perfecte tale principiū pductiuū. Secundum excluditur quādo dicitur ipm habere a se et non per productiones adequatam illi principio Ita patet maior. ¶ Minor declaratur excludendo quattuor responsiones que possent dari ad eam Primo enim diceretur q memoria creata est pncipium realiter productiuum ad intra: non autem memoria increata sicut accipitur in minori. Secūdo q memoria est principium productiuum quando est vel contingitur cum intellectu possibili/qui potest recipere noticiam genitam vt inherentē sibi quod non habet locum in deo. Tertio diceretur q frustra ponitur noticia formalis producta in deo/ quia producēs per eam non perficitur nec ipa indiget quia sufficit noticia essentialis que est perfectissima respectu cuiuscūq intelligibilis. Quarto diceretur q memoria in deo nō est principium productiuum realiter: sed solum secundum rationem in deo vbi intellectus differt ab intelligente tantū secundum rationem. ¶ Primum excluditur. Diceretur enim q multo fortius memoria increata/ vel saltem equaliter est productiua verbi sicut memoria creata: quod probatur quia cum memoria ex ratione sue formalis perfectiōis sit principium productiuum verbi/z multo fortius inueniatur in deo q̄ in creatura:quia in deo p eēntiam in creatura per participationem sequitur q non minus sit productiua verbi in deo q̄ in creatura. Qz autem memoria sit ex sua ratione formali productiua verbi z ratione sue perfectionis(Imperfectio enim non est ratio producendi aliquid vel causandi.) ¶ Excluditur secundum per hoc q si memoria est productiua verbi inuenitur cum intellectu possibili non minus vbi inuenitur sine intellectu possibili et pfectissime:q2 z si ratio agendi z patiendi coniungantur. hoc tamen nō est vniuersaliter z per se:sed accidit hoc ratione alicuius nature in particulari: z ideo dicitur q ratio agendi non minus est ratio agendi vbi inuenitur sine ratione patiendi q̄ vbi cum ratione patiendi / quod patet quia medicina enim et infirmitas vel infirmus coniunguntur per accidens/puta quando medicus est infirmus:medicina autem est ratio curādi vel agendi. Et planus est q non minus est ratio curandi quando nō concurrit cum infirmo: sed est in medico sano: q̄ quando cum infirmitate concurrit in medico. Modo dico q accidit memorie. Vnde memoria quod coniungatur cum intellectu possibili : quia in deo est verissime memoria:

Vide hec ad hñdū minoris i tellectionem.

Soluti pcē.rñsio num.

¶ Ad euidẽtiam vero hui⁹ accipio vnũ exemplũ in creaturis/in sorte est ista tria cõsiderare scz sorteitatẽ humanitatem ⁊ ipsum sortem: humanitas in ipso est actus quidditatiuus pficiẽs ⁊ essentiãs ipsum/nõ tamen inherẽs:quia est ipsamet substantia sortis. Sorteitas est ꝓprietas indiuidualis determinãs ⁊ contrahẽs ipsam quidditatem vel humanitatẽ:quia illud cuius est puta sortes incõmunicabiliter vel potius indiuidualiter existit: vnde sorteitas se habet ad humanitatẽ sicut actuale ad potẽtiale ⁊ sicut cõtrahens ad cõtractum/⁊ faciũt vnũ indiuiduum per cõpositionem ⁊ vniuocationẽ actualis ⁊ possibilis. Sortes autẽ est ipsum indiuiduum ex his cõstitutum. Sorteitas autem ꝓprie loquẽdo non est forma inherẽs sicut actus quidem sed dicitur quedam realitas substantialis ⁊ indiuidualis qua sortes indiuidualiter existit. Indiuidualiter dico in plures sortes vel ī plures homines/nõ in plures partes. Similiter dico ꝙ in ꝑsona diuina est considerare ipsam essentiam q̃ est actus quidditatiuus essentians suppositũ nõ inherẽs vel qua si inherẽs alicui sicut forma. Secundo est ibi ꝓprietas relatiua ꝑsonalis nõ inherẽs vel quasi inherẽs alicui sed vans incõmunicabiliter existere vel subsistere/sed dissimiliter ad sorteitatem in sorte: quia ꝓprietas relatiua diuina nõ se habet ad essentiã sicut contrahens vel determinans ipsam/ nec sicut actuale ad potẽtiale/nec quasi potẽtiale:quia essentia ex sua infinitate includit per idẽtitatem realem omnes diuinas relationes licet nõ sit formaliter ⁊ quidditatiue. Et ideo persona constituta ex essentia ⁊ ꝓprietate non est vna quasi per compositionem actualis ⁊ possibilis sicut vnitas sortis ex humanitate ⁊ sorteitate:quia humanitas nõ includit realitatem sorteitatis nec econuerso sed suppositũ diuinum est vnum per veram realem idẽtitatem cõstituentium. Ex quo statim apparet ꝙ in ꝑsona est omnimoda simplicitas ⁊ nulla compositio:qz idem realiter non componitur sibi ipsi/ et quia ibi nichil est actuale respectu alicuius potẽtialis nec ecõuerso:qz quicquid est in deo est actus purus/⁊ ita simplex est ꝑsona sicut essentia ⁊ tres persone sicut vna simplex dico per priuationem vel negationẽ cõpositionis non autem distinctionis. Hec de tertio.

Ad argumẽta ꝓncipalia q̃stionis.

¶ Ad ꝓmum ꝓncipale dico ꝙ maior est vera de illis que cõstituunt vnum per idẽtitatem realem sicut in ꝓposito. ¶ Ad scõm dico ꝙ maior est falsa quãdo alterum transit p idẽtitatem realem in illud in quo est sicut relatio in essentiam siue infinitatis. ¶ Ad tertium dico ꝙ fundamentum in creaturis bene est quid potẽtiale respectu relationis:quia nõ est realitas relationis:in diuinis autem non habet locum. Et ideo nõ debemus imaginari essentiam diuinam vt fundamentũ materiale vel potẽtiale. Vnde pullulant diuine relationes quasi de potentiali vel quasi materia: sed sicut vnam formam infinitam vnde pullulant tres subsistentes. ¶ Ad quartum dico ꝙ relatio distinguit non essentiam sed personam a persona. Et est actus personalis non autem essentie. Essentia etiã distinguit non personam a persona: sed personam a quocunq; non deo ⁊ est actus essentialis et nullo modo materie nec quasi materia: sed ꝓncipalior actus ⁊ forma q̃ relatio.

¶ Distinctionis Quinte.
Questio Quarta.

Quarto q̃ro vtrũq; communicatio et productio sint idem in diuinis. ¶ Et videtur ꝙ non:quia communicatum ⁊ productum nõ sunt omnino idem scilicet essentia ⁊ persona/ ergo nec communicatio ⁊ productio. ¶ Preterea quod producitur realiter refertur sed qđ cõmunicatur non refertur realiter qz essentia non refertur:ergo ⁊c.

¶ Contra producens ⁊ communicãs sunt idez ergo productio ⁊ cõmunicatio sunt idem.

¶ Hic dico duo Primo ꝙ productio ⁊ communicatio in diuinis in hoc cõueniunt/quia vterq; dicit relationem et respectum quendã vt patet. ¶ Sed differunt in hoc ꝙ productio in diuinis dicit relationem realẽ producentis ad productum vel producti ad producens. Communicatio vero dicit respectum ratiõis communicantis ad communicatum puta persone producentis ad essentiam vel communicati ad cõmunicans scilicet essentie ad personam producentem aliam personam ⁊ communicantem sibi essentiam. ¶ Secundo differunt quia productio tam actiue q̃ passiue accepta conuenit persone/⁊ nullo modo essentie vt dictum est supra. Sed communicatio passiue conuenit essentie/⁊ nullo modo persone quia essentia communicabilis est. Communicatio autem actiue dicta cõuenit persone/⁊ nullo modo essentie: vnde essentia nõ communicat sicut nec generat vel spirat. Qz autem communicatio nõ sit relatio realis in diuinis. Patet/ quia nec realiter distinguũtur sicut dictum est supra. nec realiter refertur ad essentiam nec econuerso. Impossibile est autez in diuinis aliqua realiter referri nisi realiter distinguãtur:ergo et cetera. ¶ Sed hoc declarant aliqui accipiẽdo vnum quod est dubium dicunt ꝙ in generatione creature aliquid est terminus generationis per se primo scilicet compositum generatum:aliquid quod est terminus formalis et terminus per se/nõ tamen primo sicut forma ipsa. Et cõsimiter ibi etiaz est duplex respectus ad generãs vnus est qui est totius compositi alius est termini formalis ⁊ vteroz realis est:quia totum ⁊ pars vel forma realiter distinguuntur/⁊ possunt fundare distinctos reales respectus ad generãs:⁊ similiter ipsius generantis sunt duo respectus reales ad istos duos terminos realiter distinctos ab ipso. In diuinis autem dicunt ꝙ licet respectus termini per se primo ipsius productiõis scilicet suppositi producti ad producens ⁊ econuerso sit realis:non tamen respectus termini formalis qui est essentia: potest esse realis/nec econuerso:quia nec essentia realiter distinguitur a termino producto nec a producẽte. Cõicatio ergo cũ dicat respectum essentie ad producens vel ecõuerso/nõ potest esse respectus realis nec econuerso:quia nec essentia realiter distinguitur a termino producto nec a producente. Cõmunicatio ergo cũ dicat respectũ essentie ad producens vel ecõuerso nõ potest esse respectus realis:nisi forte diceretur quia nec essentia realiter distinguit et probabiliter idem est penitus in re essentia ⁊ productio ꝙ ponez tũc esset difficile euadere ꝙ essentia nõ sit producta ⁊ ꝙ cõmunicata realiter. Est igit respectus rationis vtrobiq; ⁊ ita nec est idem realiter ꝓductiõi/nec distinguit realiter ab ipsa:qz nõ est res sed respectus rationis tãtum sed distinguũtur tantum sm rationem.

an sit aliꝙ ⁊ aliꝙ respectus forme et cõpositi ad gñans ⁊ ecõtra.

¶ Hic est vnũ dubium. An scilicet sit alius ⁊ alius respectus forme ⁊ cõpositi ad generans ⁊ ecõuerso. Et videret aliqui ꝙ nõ quia forme ⁊ cõpositi nõ est alia ⁊ alia productio: qz vnica generatione ⁊ mutatione habetur forma et cõpositus vt videtur:ergo nõ est alia ⁊ alia relatio cõpositi ⁊ forme ad ꝓducẽs. Item si forma habet propriam relationẽ ad producẽs sequitur ꝙ sit terminus per se primus alicui⁹ ꝓductionis sicut per se primũ fundamentũ relationis ad producẽs hoc est falsum ⁊ cõtra Aristotelẽ:quia nulla generatio per se primo terminat ad formam:ergo ⁊c. Videtur ergo ꝙ dubium assumat:licet forte verũ sit qđ assumitur nec tollitur per istas ratiões que in cõtrariũ assumũtur. Potest eñ vnica mutatio generatiõis terminari ad duos terminos subordinatos formã scz ⁊ cõpositum habentes distinctas relationes ad generãs ⁊ primo ad cõpositum via pfectionis: sed primo ad formaz via origitus. Et ideo modus iste declarãdi distinguatur ⁊ accipiat ꝙ essentia nõ refertur realiter nec per se nec per accidẽs ad suppositũ producẽs:quia cũ hoc ꝙ relatiõe producti ad producẽs vel cõmunicati est eadẽ realiter cũ termino producto qui refertur realiter. Est etiam eadẽ producẽti ⁊ ideo ad ipsum nõ potest realiter referri. Forma autẽ potest referri per accidẽs vel per se non tñ primo ad generãs eadẽ relatione qua cõpositum quia realiter a generãte distinguitur. ¶ Ad argumenta apparet solutio ex predictis.

¶ Distinctionis Sexte libri Primi sententiarum. Questio Prima.

Circa distinctionẽ Sextam quero primo. Utrus deus pater genuit filium natura. ¶ Videtur ꝙ deus non genuit filium natura. Primo sic. Natura et intellectus sunt principia distincta ꝓductiua/⁊ habẽt diuersas rationes principiandi secũdo phisicorum. Sed filiꝰ processit per modum intellectus sicut dictum est supra ergo ⁊c. ¶ Scõo sic. Illud quod processit p modũ artis nõ producitur natura. Ars eñ ⁊ natura sunt distincta principia(vt artificiatũ non est naturale sicut arca vel domus)sed filius producit a patre sicut ars sm Augustinũ. 6. de trinitate. Est eñ ars omnipotẽtis dei plena rationibꝰ omniũ viuẽtium vt dicit ibidem. ¶ Tertio sic. 2. phisicoz. Natura est principiũ motus ⁊ quietis in eo in quo est p se ⁊ nõ secũdum accidẽs:sed filius non producitur per motum:nec etiam pater potest cessare vel quiescere a productione eius qz eterna/ergo ⁊c. ¶ Quarto sic quod producitur ab alio per modum nature potest naturaliter cognosci:sed filius dei nõ potest naturaliter cognosci:ergo ⁊c. quia sicut ipse dicit in Mathẽo. c.11. Nemo nouit filiũ nisi pater/nec patrem nisi filius/et cui voluit filius reuelare: ergo ⁊ ceteta. Mat.11. ca.11.

¶ Contra Damascen⁹ capitulo quinto generatio est opꝰ nature. Et Augustinus in litera. Filius est natura nõ voluntate. Et idem Augustinus decimoquinto de trinitate. Similiter Hylarius de trinitate omnibus creaturis volũtas naturam attulit sed filio naturã dedit. Damasc. August. Hylari⁹.

¶ Hic ꝓmo distinguã de natura. ¶ Secundo videbo ad questionẽ ¶ Tertio ad rationes.

¶ Quãtum ad ꝓmum dicitur ꝙ natura vt ad propositum vno modo dicitur esse essentia rei sicut dicimus cõmuniter ꝙ natura rei est humanitas. Alio modo dicitur natura ꝓprietas naturalis ipsius rei sicut dicit ꝙ ignis naturaliter est calidꝰ/⁊ est natura sua. Alio modo natura dicitur principium agẽdi aliquid vnũ determinate sicut ꝙ omnibus cõcurrentibus necessariis ad actionem nõ potest non agere vel saltem illud agit ex impetu nõ ex libertate/⁊ isto modo natura distinguitur cõtra voluntatem vel propositum siue artẽ seu agens a proposito in ratione principij. 2 phisicorum:⁊ modus agẽdi talis principij dicitur naturalis sicut dicimus ꝙ ignis naturaliter calefacit ignum sibi presentatum. Et natura etiã isto modo potest dici principium motus ⁊ quietis ⁊c. ⁊ etiam vis quedã in suis rebꝰ ex similibus similia ꝓcreãs ¶ Applicãdo ad diuina dico ꝙ natura ꝓmo modo dicitur essentia eius sm ꝓpriam rationem diuinitatis. Secũdo potest dici natura dei quelibet ꝓprietas naturalis essentie diuine / et isto modo etiam voluntas potest dici natura nõ solum in deo sed in nobis. Tertio modo dicitur in deo natura illud solum qđ est principium productiuz alicuius vnius productionis determinate ⁊ precise principium dico non liberum sed simpliciter primũ. Hec de primo principali. 2. phisic. Deus ꝑ se genuit filiũ natura ⁊c.

¶ Quantum ad secũdum dicunt aliqui ꝙ filius producitur per modũ nature vel natura accepta primo modo:qz essentia diuina in ratiõe essentie est bonũ principiũ imediate ꝓductiuũ filij sicut dictũ. Pro qua cõclusiõe arguebat supra quatuor medijs distin. xij. q. ij. adducẽdo instãtias i vltimo articulo q̃stionis. Sed quãtum ad hoc dico ꝙ est michi dubiũ: ⁊ pot ꝓbari mõ vnico medio ꝙ ꝑ nõ ꝓducit natura isto modo: qz nullus principiũ simplr pfectũ actũ eiusdẽ rõnis pot habere nisi vnũ ꝓductũ sibi adequatũ simplr(⁊ omne tale pot habere aliqs ꝓductũ sibi simplr adequatũ) sed essentia diuina est eiusdẽ rõnis ⁊ simplr pfecta ⁊ seipsa vt est principiũ ad intra sibi coꝛrũdet principiatũ simplr adequatũ. Et p ꝓns nõ est principiuz nisi vniꝰ ꝓductiõis. ¶ Hoc est ꝺ altos q̃ hñt ponere ꝙ essentia est imediatum principiũ spũsancti sicut ⁊ filij igit ⁊c. Hoc.n. est ꝓpter ipfectionẽ principij vl principiati/qz vnũ principiũ pot hre plura principiata/qz neutrũ eoꝝ adequat hñ tutẽ principiũ ⁊ p ꝓns est imperfectũ. Et ideo ꝓbabiliter videt dicendum ꝙ licet filio cõicet natura diuina pro mõ dicta nõ tñ ꝑ generat ipm natura vel eẽntia tanq; principio ꝓductiõ. Et confirmat qz nã nõ ẽ principiũ ꝓductiuũ

verbi sed intellectus vel memoria. Accipiēdo autē naturā secūdo modo scilicet pro proprietate naturali: sic dico q accipitur ꝓmuniter ad intellectū ⁊ voluntatē vel ad meꝑoriam ⁊ voluntatē qđ pene idem est. Et isto modo dico q filius non producitur natura vt sic cōmuniter accepta, quia nō qua cūq; proprietate naturali producitur sicut dicetur infra in tertia questione vbi dicetur q nō prodūcitur voluntate. Sed vtrū aliqua naturali proprietate producatur vt principio statim dicetur. ¶ Dicēdū est igitur q accipiēdo naturā tertio modo pro principio productiuo vt distinguit contra principium liberum qđ est voluntas q ter producit filium natura: qđ probatur sic. Memoria vel intellectus respectu suoꝝ actuū quos elicit habet rationem principij naturalis ⁊ nō liberi sicut dictum est supra: quia prima libertas est in volūtate/ et ideo in intellectu nec scōm se nec scōm actus suos est aliqua libertas antecedēs q̄ tum voluntatis ita q nō est principium liberū respectu suoꝝ actuū quos producit: sed solum inquantum cōcurrit cum volūtate ad principiandum aliquod artificiatū vel huius modi: ⁊ respectu actuum quos dirigit: sed filius in diuinis sicut dictum est supra probabiliter ꝓducitur per memoriam vel intellectū: ergo natura producitur filius: ergo isto tertio modo producit natura sicut principium: ⁊ per cōsequēs naturaliter q̄tum ad modū: quia principium naturale habet modū principiandi naturalem. ¶ Ex his patet q̄ supflue ponūt aliqui q ad hoc q aliquod principium producat modo naturali requirūtur tria. Primus est q sit determinatū ad vnum. Scdo q sit assimilatiuum. Tertio q nō exigat directiuum. Tertius eni supfluit eo ipso eni q est determinatū ad vnū: nō indiget directiuo: quia deuiare nō potest ab illo vno/ scōm etiam cōmune est omni agēti scilicet q sit assimilatiuum sm Dionysium de diuinis nominibus. Omnis effectus gerit similitudinem sue cause siue sit vniuocus siue equiuocus: ⁊ planus est q inueniunt agētia naturalia vniuoca sicut ignis generat ignem equiuoca sicut sol generat substātiā mixtam vel ignē: ⁊ ideo dico q filius producit natura quātum ad primum ⁊ per consequēs quātum ad modum nō requiritur nisi q principium sit mere naturale distinctū contra principium liberū qđ est voluntas. Ad hoc est auctoritas Augustini in quinto de trinitate scdo ca. vbi dicit. Verbum dei per qđ omnia facta sunt esse filium dei natura. Et Hylarius quito de trinitate loquēs de filio dicēs q est deus de deo nō per protēstionem sicut ramis ab arbore in idētitatem suppositi: aut diriuationē scilicet cū participatione nature/ sed ex virtute nature ⁊ ex principio naturaliter productiuo in eandem naturam scilicet in eandē naturam cum generante natiuitate subsistit. i. filiatiōe vel passiue generatione quod idem est/ et ita non est suppositum absolutum.

Correlarium.

Dionysi⁹

Augu. 5. de tri. c. 2

Hylari⁹.

Ad rōes principales qōnis

¶ Ad primum principale dico q intellectus respectu suoꝝ actuum quos elicit habet modum principiandi nature vt dictū est supra. Verbum autem diuinum est quasi intellectio subsistētis producta ⁊ elicita per memoriā vel intellectū. ¶ Ad secūdum dico q verbum nō est artificiatum sed ars sicut etiam pater est ars ⁊ spiritus sanctus: tamen istud appropriatur filio ratione sui proprij: quia verbū: sicut etiā est sapientia: ⁊ ita nō potest ex hoc cōcludi q procedat sicut artificiatum sed naturaliter sicut verbū a memoria. ¶ Ad tertiū dico q extendēdo descriptionē nature ad diuina ibi debet accipi motus pro ꝓductiōe seu operatione vel actione. Non autē propie loquēdo de motu. Similiter etiā extenditur ad diuina quātus ad productionē nō q̄tum ad quietē prout quies dicit priuationem: quia in deo nō est priuatio nec cessatio ab operatione vel productione natura in esse quia nulla est ibi imperfectio. Aliter dicitur q natura est principium motus ⁊ quietis: nō q semper sit principium vtriusq; in eodem. Nam sm Aristotelē. Celum naturaliter mouet ⁊ tñ naturaliter quiescere nō potest. similiter non oportet si pater generat filiū natura q quiescat ⁊ nō generet aliquādo vel posset cessare vel nō generare. ¶ Ad quartum dico q nō omne qđ producitur naturaliter pōt cognosci a nobis naturaliter nisi posset deduci ex effectibus. hic autē ex eis deduci nō pōt. Igitur ⁊c.

¶ Distinctionis Sexte.
Questio Secunda.

Hylari⁹ de syno.

Aug. ad Ꝓrosium

Ansel. li. 2. cur deꝰ homo.

¶ Secundo ꝙro btrū

pater genuit filium necessitate. ¶ Videtur q nō. Primo per Hylarium primo libro de synodis. Non naturali inquit necessitate ductꝰ pater genuit filiū: g̃ ⁊c. ¶ Scdo sic. Augustinus ad Prosium dicit q deꝰ pater nec genuit filium nec necessitate nec volūtate g̃ ⁊c. ¶ Tertio sic. Agēs necessario est imperfectū quia tale agens nō dominatur sue actioni nec habet etiam in sua potestate: sicut de agētibus naturalibus ⁊ aīalibus brutis que magis agūtur q̄ agāt: sed in deo nichil est imꝑfectum g̃ nō agit vel ꝓducit necessario. ¶ Quarto sic. Anselmus dicit Cur deus homo lib. ij. c. iij. q impropie dicit necessitas vbi nec coactio vlla est nec prohibitio: sed pater nō generat filiū coactus vel ꝓhibitus: g̃ ⁊c.

¶ Contra

Impossibile est filiū nō esse/ ergo non produci: ergo de necessitate producitur a patre.

¶ Hic primo

premittā aliquas distictiones necessarias ad questionē. ¶ Scdo respondebo ad questionem. ¶ Tertio ad argumenta.

Pater filiū gnare de necessitate duplicit potest itelligi.

¶ Primo premitto

q patrē generare de necessitate filiū pōt intelligi duobꝰ modis. Uno modo vt producat necessitate vt ꝑncipio: vel qñ hꝫ ꝑncipiū elicitiuū ꝓductionis: ⁊ tūc ly necessitate tenet noīaliter ⁊ ablatiue ⁊ est sensus q necessitas est ꝑncipiū quo ꝓducit filiꝰ. Aliter pōt hoc itelligi quātū ad modū: ita q modus ꝓducēdi sit necessariꝰ/ ⁊ tūc tenet ly necessitate quasi aduerbialiter ⁊ modaliter ⁊ est sensus q pr̄ ꝓducat filiū necessario. ¶ Scdo distinguo de necessitate. Accipit enī ly necessitas vnoꝰ metaphisice sm aliquē modū cālitatꝫ, et sic vnoꝰ dꝰ necessariū ex fine necessitate finis sicut ea q̄ sunt ad finē sunt necessaria. Aliꝰ accipit necessitas ex efficiēte vl mouēte ad istud reducit necessitas violētie siue coactionis. Tertioꝰ accipit necessitas ex causa materiali sicut dicimus q ossse cōpositū ex ptrijs necessario est corruptibile. Quarto accipitur necessitas ex parte forme sicut q homo sit risibilis vel huiusmodi: ⁊ ad istud reducitur necessitas ꝛmutabilitatis. ¶ Tertio premitto q in deo nulla sit ratio causalitatis ꝓprie accipiēdo causalitatē ad intra nulla potest ibi esse necessitas ex fine nec ex efficiente nec ex materia nec ex forma. Accipitur tamen ibi aliqua necessitas ꝓportionaliter ad necessitatem q̄ accipitur ex forma: qz in diuinis ē necessitas ꝛmutabilitatis excludēs cōtingentiam respectu oīm intrinsecorum: ⁊ hoc ex sua formali pfectione qua est necesse eē ⁊ista necessitas opponit contingentie. Hec de primo.

Obiectō ꝑ. 1. dictū

¶ Quantum ad secūdum dicitur primo q deus pater nō producit filiū necessitate accipiendo pro principio productiuo ly necessitate ⁊ nominaliter: qz necessitas nō est principium productiuum filij sed memoria: sed accipiendo necessitatem aduerbialiter ꝓ necessario dicitur q sic quia omne illud quod ꝓducitur/ ⁊ nō ꝓducitur cōtingenter producit necessario sed pater ꝓducit filium nō cōtingenter quia tūc filius absolute posset nō ꝓduci ⁊ nō eē. g̃ ⁊c. ¶ Contra primum dictū videtur q ꝛmo pater ꝓducat filium necessitate vt principio: qz memoria ⁊ sua necessitas idē sunt penitus extra intellectum sicut etiam voluntas ⁊ libertas. Libertas enim intrinseca est voluntate sed pater producit filium memoria vt principio ergo ⁊ necessitate memorie. Sz videt posse cōcludi ista conclusio sicut etiam spūssanctus qui voluntate ꝓducitur solum libere/ et hoc si voluntas ⁊ libertas eedem omnino sunt: si autem libertas ⁊ necessitas distinguūtur ab ipsis ⁊ dicant modos tūc non opz q pater isto modo ꝓducat filiū necessitate. ¶ Secundo dicitur q deus nō producit filium necessitate alicuius causalitatis quia filiꝰ nec aliquid intrinsecum/ causatuz est aliqua causalitate qđ en im causatur necessitate finis vel dependet a fine vel ē effectus causatus a fine: qđ causatur etiam necessitate efficientis vel producitur necessario: depēdet ex efficiente ⁊ per consequēs ex fine. Filius autez nullo modo depēdet ab aliquo: similiter etiam nec necessitate materie vel forme vt dicūt causas intrīsecas: qz locum nō habent in diuinis. ¶ Tertio dicitur q deus pater ꝓducit filium necessitate ꝛmutabilitatis quasi ꝓportionaliter accepta secūdū necessitatem forme id est necessario ⁊ ꝛmutabiliter et hoc ꝓuenit ex perfectione formali intrinseca diuine nature: que est necesse esse ⁊ opponitur cōtingēter. Hoc ꝓbatur dupliciter. Primo Nam sicut in omni ratione entis que nec dicit imꝑfectionez nec tꝑam habet necessario annexā: necessitas est condicio perfectionis simpliciter ⁊ ponēda est in summo tali. Dico aūt q necessitas dicit cōditionem perfectionis simpliciter in conditione non dicēte imꝑfectionem/ vel etiam respectu imperfecti qz non necessario agere est maioris imꝑfectionis in creatura vel etiā respectu creature in deo nō est in ea necessario agere. ⁊c. quia actio creature siue vt principiū siue termini necessario habet semper imperfectionem annexam saltem in termino: qz in creatura est ꝓductum imperfectum ⁊ ideo non est ex hoc q creatura necessario agat vel agatur seu creetur.

Ad rōes ꝑncipales qōnis.

Probatur adhuc ista maior. Quandocūq; aliqua duo p se ⁊ quidditatiue dividunt aliquod cōmune semper alterum dividētium est pfectꝰ ⁊ quicquid continetur sub eo: q̄ alter ⁊ quicq̄d continetur q̄d ditatiue ⁊ p se sub eo: sicut rationale dividens aīal ⁊ quicquid cōtinetur sub eo est nobilius irrationali ⁊ quolibet contento sub eo. Dico autem quidditatiue ⁊ p se qz si dividerēt per accidens vel essent aliqua nō pertinētia ad quidditatem dividentium cōstituētia vnam quidditatem cum dividēte tunc non valeret sed necesse eē/ possibile vel contingens dividunt ens per se multo fortius q̄ corruptibile/ ⁊ incorruptibile que dicunt substātiam rei secūdū Cōmentatorem quarto methaphisice. sed possibile vel contingens nō dicūt pfectionem simpliciter in ente ergo necesse ergo ꝓductio pfecta nullā habens imperfectionē nec ex parte principij nec termini est necessaria ⁊ non contingens: sed ꝓductio divina ad intra (qz pater ꝓducit filiū ⁊ vterq; spiritum sanctum) est hmōi ergo est necessaria. ergo ⁊c.

Cōment. 4. methꝫ.

¶ Secūdo ꝓbatur Omne producens totale naturaliter est ꝓductiuus nō dependens nec impeditū seu impedibile per cōtrarium nec p indispositionē subiecti ⁊ approximatū sufficiēter et de quo debet ꝓducere: necessario ꝓducit hoc apparet qz non est assignare rōnem quare nō agat vel posset etiam nō agere: sed deus pater respectu filij est tale ꝓducēs vt patet ex supradictis discurrendo per singula: g̃ ⁊c. ¶ Dico igit q pater ꝓducit filium necessitate memorie fecunde vel memoria ipsa fecūda necessaria: quod idem est: vt principio productiuo ⁊ etiaz necessario quod est idem in ꝓposito vt videtur. Nō aūt producit ipm necessitate coactionis vel violētie q̄ accipitur ex efficiēte nec necessitate cōgruentie que accipitur ex fine nec necessitate indigētie q̄ accipitur ex materia / sicut necessarium est homini comedere ex cōplexione sui corꝑis: nec necessitate exigētie alicuius forme vt causa intrinseca quia in deo nihil causatum est. Hec ad questionem.

Resolutio.

¶ Ad primum ꝑncipale dico

q Hylarius intendit excludere naturalem necessitatem non quācunq; sed violentie vel actionis: qđ patet per illud quod subiūgit nō naturali inquit necessitate cū nollet: quasi diceret Nō est ibi necessitas que volūtas est. ¶ Ad secōm de Augustino p idem. ¶ Ad tertium dico q nō omne ꝓducēs necessario est imperfectum/ sed solū vbi ꝓductio vel actio distinguitur a substātia ⁊ cōnotat aliquid imperfectū vt tertimini sic autē non est in deo. ¶ Ad quartū dico q Anselmus loquitur de necessitate per causam extrinsecam efficientem.

¶ Distinctionis sexte Questio tertia.

¶ Tertio ꝙrobtrum

pater genuit filium voluntate. ¶ Videtur q sic Ricard⁹ sexto de trinitate cap. 15. Dicit ingenitus velle habere de se sibi ꝓximē atq; condignū. Idem videtur mihi q gignere filium. Ecce q velle habere filium est gignere filium sed vult voluntate: ergo gignit voluntatem. ¶ Secundo sic. Augusti-

Ricard⁹ 6. de tri. c. 15.

li. 5.

August. nus cõtra maximũ.probat q pater genuit filiũ qz potuit:qz nõ est impotens/ z quia voluit quia non est in indiuiduis. Indiuidui aũt est de hijs que voluntate cõicantur: ergo deus pater voluntate genuit filium z cõmunicauit sibi essentiam suam.

¶ Tertio sic. Pater vult generationẽ z genitum ante generationẽ filij/ergo pat volũtate generat.

Damasc Aug. ad oro. ¶ **Contra** Damascenus capitulo octauo. Generatio est opus nature/non ergo pater generat voluntate sed natura. Itẽ Augustinus ad Orosium pater generat filium nec necessitate nec voluntate.

¶ **Hic primo** premittã vnã distinctionẽ. ¶ Secũdo respondebo ad questionẽ. ¶ Tertio ad argumẽta.

Prẽs volutate generare filiũ quot modis intelligit. ¶ **Quantum ad primum dicitur** q patrem generare filium volũtate põt intelligi vno modo sicut principio generandi/ ita q ly voluntate aduerbialiter capitur z tũc idẽ est q voluntarie. Et est sensus vtrum pater volũtarie genuit filium. ¶ Scõa distinctio est q accipiẽdo primo modo patrẽ gignere volũtate vt pncipio. Adhuc potest intelligi dupliciter. Vno modo de pncipio elicitiuo imediato z primo actus generationis. Alio mõ de principio supioi applicato primi pncipij z inclinatiuo ad actum generationis/ sicut voluntas in nobis dicit applicare intellectũ vel tenere in actu intelligendi/nõ aũt elicere actus intelligendi. ¶ Tertia distinctio est qz accipiẽdo ly voluntate aduerbialiter pro volũtarie põt intelligi hoc tripliciter. Primo q volũtarie potẽs hoc addere voluntate accedẽtem sicut dicẽt in sequenti questione nõ ẽ vis quia pater ante generationẽ filij voluit z sic voluntate vel actu voluntatis antecedente: vel potest intelligi q volũtate cõcomitante nõ antecedẽte/vel q volũtate sequẽte/vel q omnibus istis modis. Et ista distinctio ptinet magis ad questionẽ sequentẽ/z ideo nõ tractabo hic membra eius nec suum diuisuz/sed in sequẽti questione in qua queritur vtrum pater genuit filiũ volens. Hec de primo.

opi an generat filiũ voluntate z si sic quo ¶ **Quãtum ad secundũ dicitur** q pater nõ generat filium voluntate vt principio. Et primo pbo q pater nõ generat filium voluntate z pncipio imediate elicitiuo actus generandi qz illud quod pducitur per modum nature a principio totaliter perfecto/nõ pducitur p modũ voluntatis vel per voluntatem sed filius sic pducitur/z pater sic producit ipm per modum nature/ sicut dictũ est supra. ergo zc. ¶ Secũdo sic. Principium perfectum simpliciter nõ requirit aliqd cũ principium secum ad actum suum. Sed memoria in patre est principium simpliciter perfectũ immediate pductiuum verbi(cũ sit formaliter ifinita vt dictum est supra) ergo ad hoc nõ pcurrit volũtas.

Aug.5. de trini. ¶ Tertio sic. Illud qõ pducitur vt natum/non vt datum nõ pducitur voluntate: sed filius pducit (secũdum Augustinum)quo modo natus/spũssanctus qũo datus Quinto de trini. ergo zc. ¶ Et dico q sub isto sensu,negauerũt doctores z sancti istam:dicentes q pater nõ genuit filium volũtate Secũdo dico q nec pater genuit filium voluntate vt principio superiori applicante vel copulante memoriam ad intelligentiã. Quod declaro sic ẽ nobis voluntas nõ est conuertens nec mouẽs ĩtellectum respectu prime intellectiõis. Probatio qz prima intellectio non est in potestate nostra: qz secundum Augustinum nõ est in potest nostra quin visis tangamur tertio de libero arbitrio. Unde si in nobis nõ esset nisi actus intelligẽdi semper ĩstãs voluntas nullo modo haberet rationem pncipij respectu actus intelligẽdi:nec cõuertendo aciem intelligentie ad memoriam:nec etiam intelligẽdo ipsam sic conuersam q imperiũ suũ:sed sic est in diuinis quia ibi nõ est nisi vnica intelligẽtia producta ex plenitudine fecũditatis memorie z semp ĩstãs: z ista est verbum diuinum. Et ideo dico q voluntas nullo modo habet rõnem principij:nec cum principij respectu productionis eius. ¶ Circa quod est aduertendum q sicut intellectio qua pater intelligit formaliter (que nõ est producta naturaliter) pcedit volitionem. ita dicere qui est actus pductius spũssancti per modum voluntatis. ¶ Sed contra predicta obijcitur mltipliciter per dicta Augusti ni. Dicit enim.9. de trinitate capi.8. Verbum cuz mente de qua gignitur: medius amor coniungit. Et capitulo quarto Verbũ qõ ĩsinuare volum9 est cum amore noticia. Et capitulo quarto. Eadẽ notícia sibi placita digneq amata verbũ est. Et vndecimo de trinitate capitulo secũdo. volũtas inqt conuertit aciẽ vt formetur intrinsecus. Ex quib9 omnibus videturcolligi q voluntas est pncipiũ verbi copulando obiectum cũ potentia:z cõuertẽdo aciem ad memoriam. Et ideo dicit nono de trinitate q partum mẽtis pcedit appetitus. Et vndecimo q ad visionem requiritur intẽtio copulãs parentem cũ prole. Intẽto autem est actus volũtatis.quare zc. ¶ Ad hoc dico q hec omnia predicta ꝓa sunt in nobis/non respectu act9 pmi intelligendi pducendi:sed respectu aliorum actuũ sequẽtium vel respectu eiusdem pmi actus iam positi in esse vt continuetur. In deo autem nõ habẽt ista locum sicut dictum est supra quia ibi nõ est nisi vnica intellectio subsistens pducta vel etiam improducta semper stans z necesse eẽ. Et ideo nec vt pducatur nec vt cõtinuetur voluntas habet rationem principij nec cũ principijllo modo. Cum enim gignitio verbi sit prima pductio simpliciter in diuinis voluntas nullo modo potest esse principiũ respectu ipsius vt videt:sed memoria sufficit ad hoc per omnẽ modum. ¶ Dicis adhuc q põdicta Augustini nõ solum sunt verba in nobis sed in deo qz in voluntate nostra ponit Augustinus istos actus predictos:quibus videtur esse principium intellectionis inquãtum volũtas ipa est tertia pars imaginis/z nõ alium actum videtur sibi attribuere. Dico q imo alium actum sibi attribuit puta amorem obiecti z etiam noticie pducte circa obiectuz sicut patet.14. de trinitate vbi reponit trinitatem in mente noticia z amore. Et.15. de trinitate. Vbi assignat trinitatem in memoria intelligẽtia z volũtate circa idẽ obiectum. De amore autem vtriusq scilicet tam noticie q obiecti cõcurrẽtibus in voluntate nostra loquitur quintodecimo de trinitate capitulo tertio. Mens inquit z noticia qua se mouit amor quo se noticiam quoq sui diligit. zc.

¶ Unde dico vlterius q actus ille copulãdi obiectum cum potẽtia z cõuertẽdi aciem intelligentie ad memoriam nõ est volũtatis vt pertinet ad imaginem licet bene sit ipsius:ꝯ magis vt est amor obiecti vel noticie/z amor obiecti amor est intellect9 ab ipa voluntate ad vlteriorẽ noticiam obiecti:licet bene cõtingat amari noticiã obiecti z non ipm obiectum sicut ipe Augustinus dicit. 9. de trinitate. Diffinio nõnunq intemperantiam z hoc est verum. Placet michi diffinire intempantiã licz non placeat mihi incontinẽtia vel intemperãtia. igitur zc. Hoc ad questionem. ¶ Si dicatur q pater volũtate vt pncipio generat:qz verbum est nobilissimum productum/z voluntas nobilissimum pncipium. Similiter etiam qz perfectionis maioris ẽ in memoria patris q pluribus modis excludatur ab ea imperfectio:scilicet carentia actus generãdi videlicet z ex necessitate nature:z ex imperio volũtatis copulantis parentez cũ prole vel obiecto: ꝯ altero tm:sed ex vi nature:ergo est ponẽdum ĩ ipa Tertio qz intellectus in rõne principij cõcurrit ad pductionẽ spũssanti sicut intellectio ad pductionẽ amoris z per se:quia incognita non possunt diligi quarto de trinitate: ita q per intellectum psentat obiectum:ergo nõ est incõueniens q econuerso.

Solutio pce. istã. ¶ Potest dici ad ista q in diuinis(quicquid sit in nobis)intellectus est tta nobilis sicut voluntas. Ad secũdum dico q nõ possunt pcurrere in voluntate diuina illi duo modi amouẽdi carentiã illam: sed solum alter ex vi nature. Et vbi est alter necessario arguit imperfectionẽ scilicz q nõ tollitur ex vi nature/z q pductio nõ est necesse eẽ sed subest imperio voluntatis/et q memoria est in potentia ad ipsam. Ad tertium dico q nec intellectus nec ĩtellectio est per se principium pductionis spũssancti sed pręexigũtur propter ordinẽ potentiaꝝ. Et dato q sic esset nõ oporteret vt ptz qz nõ seruat econuerso idem ordo.

Ad argumẽta qõnis pnci. ¶ **Ad primum principale dicitur** q dictum Ricardi nõ est cõsonum Augustino/ nec est dictum certũ in hac parte. Aliter potest dici q velle gignere filium est ipm gignere nõ formaliter sed cõplacẽter z cõcomitanter sicut dicetur in sequẽti questione. Vel etiã tertio qz velle z gignere sunt idem realiter non tamẽ formaliter nec opz q voluntas sit principium vtriusq sicut nec est pncipium intelligendi licet velle sit intelligere predicatione ydemptica. ¶ Ad secundum dico q non solum est inuidia de nõ cõmunicando aliquid per voluntatem:sed etiã nõ cõplacẽdo in bono alicui alteri cõmunicato. Et ideo dico bene q pater voluit ab eterno generare nõ tamen propter hoc voluntate genuit sed voluntate in generationem z genitum sibi complacuit. Hic est inquit filius meus dilect9 in quo michi bene cõplacui ipm audite:igitur zc.

¶ Ad tertiũ dico q dato q pat voluit gnationẽ z genitum quocũq modo vel antecedẽter vel cõcomitanter vel subsequẽter(de quo tamẽ est dubium sicut apparebit in sequẽti questione). Non tamẽ sequitur ꝓpter hoc q pater volũtate genuit:sicut dato q pater in creaturis velit generare z habere genitum nõ tamen voluntate generat saltem sicut pncipio elicitiuo generationis:licet bene sicut pncipio applicatiuo potentie generatiue ad opus. Et in hoc est dissimile hic z in diuinis sicut dictum est supra:qz in diuinis voluntas nullo modo habet rationem pncipij in generando filium. Hoc em argueret necessario impfectionem in deo: ideo zc.

¶ Distinctionis Sexte.
Questio quarta.

¶ **Darto q̃ro vtrũ** pater genuit filium volens. ¶ Videtur q nõ: qz intelligere pus est ꝯ velle z intellectus ꝯ voluntas. Sed pater producit filium q intellectum vel intelligere:ergo producit filium ante velle/ ergo non producit filium volens. ¶ Secũdo sic. Si producit filium volens:ergo producit filium voluntate:qz non est volẽs nisi volũtate:sed hoc est falsum. ꝯ zc. Aug.15. de trini. ¶ Item Augustin9.15. de trinitate approbat responsionem illius qui heretico querenti respondit querẽdo consimiliter ab eo. An deus pater sit deus volens vel nolens/sicut ille querebat. An pater generet filium nolens vel volẽs. Et si respondisset q nolens sequitur q in deo est tristicia z miseria: qz tristicia est de hijs que nobis nolentibus accidunt Si respondisset q volens sequeretur q pater generat voluntate/ sicut voluit concludere contra Henricum q pater esset deus voluntate vel econuerso.ergo z cetera.

¶ **Contra** deus pater generat filium aut nolens aut volens. Si volẽs ha beo ꝓpositũ. Si nolens.ergo est miser qõ ẽ falsuz.

¶ **In ista questione sic ꝓceditur**. ¶ Primo ponam vnam distinctionẽ. Et illud qõ dicunt oẽs de qõne ꝯtũ ad vnũ mẽbrũ in diuinis. ¶ Secundo ponam vnam opinionẽ de questione z arguam cõtra eam. ¶ Tertio ponam aliam z arguam cõtra eam. Et respondebo ad questionem z ad motiua opinionum. ¶ Quarto ad rationes principales.

Prẽs volentẽ generare filiũ quot modis ꝯ intelligi. ¶ **Quantum ad primum dicitur** q patrem volentem gignere filium potest vno modo intelligi de actu voluntatis antecedente de nouo:ita q pater aliquãdo nõ voluit gignere modo vult gignere habẽdo nouam volitionem de generãdo. Secũdo potest intelligi de actu antecedẽte/ita q volitio patris ꝓcedit generationem filij/ non solum volitio essentie patris:sed volitio filij z generationis eius ꝓcedat dico nõ reẽ natura sed origine. Tertio potest intelligi q pater gignat filium volens volitione cõcomitãte ita q simul oẽ sint volitio generationis z generatio filij. Quarto q volitione subsequẽte z quasi approbante generationem z complacẽte in ipam ita q volitio filij z generationis sequeretur ꝑm rationem z modum intelligendi. Hec de primo. ¶ Quantũ ad secundum dico q oẽs ꝓueniũt cum Augustino contra Eunomiũ.15. de trinitate q pater non generat filium volũtate sibi de nouo antecedẽte qua de nõ volentate fiat volens. Tum qz deus pater mutaretur z per ꝑs nõ eẽt de9. Tũ qz etiã de9 esset nou9 z per consequens creatura: ideo zc. Hec patent ex dictis Ambrosij de spũssancto. Si deus incipe-

cõis resolutio circa qõez

ret esse pater mutaretur quod est impossibile.

prīa opi. an pr̄ generet filiū volēs.

¶ **Quantum ad secundum** dum principale dico q̄ est vna opinio q̄ deus pater non generat filium volens volitione antecedēte gignitionē verbi: ita q̄ breuiter nulla volitio p̄cedit ī patre aliquādo gignitionem verbi: sed magis sequitur secūdum originem vel rationē ⁊ nō modū intelligēdi. Hoc probat sic/intelligere perfectus patris p̄cedit suū velle/sed intelligere perfectum nō est sine p̄ductione verbi q̄ verbum est terminus ⁊ pfectio intellectualis operationis. ergo ꝛc̄. ¶ Tertio sic. Dicere ⁊ intelligere sunt idem / sed intelligere precedit omnē velle ergo ⁊ dicere. Dicere autē cum sit actus productiuus verbi non est sine ipo. ergo ꝛc̄. Cōfirmatur ista positio q̄ pater prius est pater q̄ sit volēs quia prius est p̄ē esse q̄ velle: sed pater est pater generatione actiua que est idem penitus cū paternitate ⁊ dicere quo dicit filium ⁊ habet simul filiū. ergo ꝛc̄. ¶ Dicūt ergo isti q̄ volēs non generat filium nō volitione subsequēte ⁊ cōplacēte ⁊ approbante ⁊ nulla volitiōe cuiuscūq̄ obiecti neq̄ essentie nec filij antecedente.

ȝ p̄ce. prīa opi.

¶ **Contra** istam opinionē q̄tum ad tria q̄ ponit. Primum est q̄ intellige re non est perfectū nec per verbum vel sine verbo. Secūdum est q̄ intelligere ⁊ dicere sunt idē. Tertium est q̄ dicere p̄cedit omne velle. ¶ Contra primum primo sic. Pater vt est prior origine filio est simpliciter pfectus: ergo habet formaliter oēm pfectionm simpliciter vt est prior filio origine: ȝ intelligere diuinā essentiā est pfectionis simpliciter/ quia illa intellectione pater est beatus formaliter vt patet. Beatitudo aūt diuina est perfectior simpliciter: ergo pater vt prior filio pfecte intelligit suam essentiam vt prior filio/ergo suum intelligere non pficitur per verbum. ¶ Secūdo sic. Si intelligere non sit perfectum nec p verbū tunc pater ⁊ filius sunt aliquid magis q̄ pater ⁊aliquid pfectius hoc est falsum igit̄: ⁊ plane cōtra Augustinū septimo de trinitate. ¶ Tertio sic. Intelligere patris ⁊ esse idem sunt ergo si intelligere patris pficitur verbo sequitur etiā q̄ esse patris/⁊ ita pater est verbo ⁊ sapit verbo sapiētia genita ꝑtra August.

ȝ. 2m dictum. I. opinio.

¶ Cōtra ȝm arguo sic. Perfectio simplr ⁊ nō pfectio simplicit̄ non sunt idē totaliter sed intelligere est perfectio simpliciter nō autem dicere q̄ tūc necessario cōueniret cuilibet persone / cū quelibet sit perfecta simpliciter. ȝ ꝛc̄. ¶ Scdo sic. Essentiale ⁊ incōicabile notionabile ⁊ incōicabile nō sūt idē totaliter ȝ intelligere est eētiale ⁊ cōmunicabile. dicere autem vel generare est notionale ⁊ incōmunicabile. ergo ꝛc̄. ¶ Tertio sic. Actus nō productiuus alterius termini a se ⁊ actus productiuus terminī alteriꝰ a se non sunt idez: intelligere est actꝰ nō productiuꝰ: q̄ cōuenit cuilibet persone formaliter: nō autem producere verbum sed est magis terminus vel quasi vt patet nono methaphisice ⁊ primo ethicorum. Dicere autē vel generare est actus productiuus termini alterius a se puta verbi vel filij. ergo ꝛc̄. ¶ Dicis q̄ ĩmo itelligere ⁊ dicere sunt idem actus q̄ sunt eiusdem potentie: quia potētie distinguñ per actus. Dico q̄ ⁊ si forte sit impossibile eandem potētiam habere duos actus sibi adequatos eque primo ⁊ nō subordinatos tamē bene

potest habere duos subordinatos: sicut dispositio ⁊ actus ad eandē potentiā pertinēt. Sic est in proposito de intelligere q̄ est dispositio p̄cedens necessario ⁊ de dicere qui est actus ꝓductiꝰ ⁊ quilibet ꝓportionat̄ itellectui ẽm rōnē ꝓpriam. Similiter etiam potest dici q̄ eadem potentia non potest habere simul duos actus adequatos operatiuos ambos vel ꝓductiuos circa idem obiectum: sed bene quorum vnus sit operatiuus ⁊ alius ꝓductiuus. In nobis etiā apparet q̄ in eadem potentia intellectus habet istos duos actus scilicet dicere vel producere intellectionem: ⁊ ipam itellectionē intelligere: tñ multū differūt ab intellectu diuino. Tum q̄ dicere est nobis actus de genere actionis: non autem in deo nec quasi de genere actiōis: quia nō est de subiecto vel quasi subiecto. Secūdo q̄ dicere ⁊ intelligere sunt actus essentialiter distincti q̄ sunt indistinctis p̄dicamētis nō solū formaliter sicut in diuinis ȝ etiā realiter. Tertio q̄ oē intelligere actuale in nobis est productum realiter: ⁊ per ꝑs verum: ⁊ ideo quodlibet intelligere in nobis p̄cedit aliquis actus ꝓductiuus q̄ est dicere in deo nō autem quelibet intellectio est ꝓducta: q̄ intelligere essentiale nō est productum: ȝ solum intellectio subsistens suppositaliter cuiusmodi est verbum.

ȝ. 3m dictū p̄dicte. I. opi.

¶ Contra tertium dictū opinionis arguo primo sic. Pater prehabet omnē perfectionē simpliciter vt prior origine filio sed volitio diuīe eētie ē perfectio simpliciter q̄ est beatitudo formalis eētialiter. ergo ꝛc̄. Non ergo dicere verbum vel generare p̄cedit omne velle. ¶ Secūdo sic. Intellect⁹ perfectus simpliciter potest intelligere perfecte obiectum sibi presens pro quocūq̄ signo. est sibi p̄sens ⁊ similiter voluntas velle: sed pro illo priori origīnis pro quo pater est prior filio intellectus patris est perfectus simpliciter/alias esset iperfectus ⁊ pfectibilis quod est absurdum ⁊ habet obiectū sume presens/⁊ similiter voluntas velle ĩmo intelligit ⁊ vult: ergo aliquid velle precedit dicere puta velle diuine essentie saltem in patre. ¶ Ex hijs apparet q̄ motiua aliorum accipiunt falsa simplicit̄. Intelligere essñ nō est actus productiuus sicut supponit prima ⁊ secūda: vt apparet ex predictis.

¶ Ad confirmationē suppositā dici potest q̄ pater est deus ⁊ est pater ⁊ non conuenit sibi q̄ sit intelligens vel volens inquātuꝰ pater/sed inquantū deus. ⁊ quia prius est esse deum q̄ patrem. Pater prius est volens diuinam eētiam q̄ sit pater. Aliter diceretur q̄ pater licet sit prius q̄ volēs tamē pro illo priori nō cohabet filium sed est prior filio origine saltē teneo me cū prima solutione.

2. opinio p̄incipal.

¶ Quātum ad tertium articulum

dico q̄ est alia opinio q̄ pater generat filiū volens volitione antecedēte scōm originem ⁊ etiā modum intelligendi. Volitione dico prius origīne ⁊ ratione vult filium ⁊ generationem filij q̄ generet filium. Hoc ꝓbant dupliciter. Primo sic. q̄cquid cōicatur filio habetur a patre. Patet: ȝ volitio ⁊ itellectio verbi cōicatur ipsi a patre: q̄ alias nō haberet ista: q̄ nichil habet q̄ nō nascendo acceperit ⁊ q̄ nō fuerit sibi cōmunicatum excepta relatione qua est filius que nō est sibi cōmunicata incōmunicabilis est. ergo ꝛc̄. ¶ Secundo sic. Pater prehabet omnē perfectionē simpliciter a se: sed in-

tellectio verbi et volitio precedunt verbū in patre ⁊ productionem verbi.

ȝ.2.opi.

¶ **Contra** istam opinionem quā nō teneo licȝ sit subtilis ⁊ pulchra: arguo primo sic. Illud quod est simpliciter necesse esse: et nō habet esse primo nisi p productionē realē nō potest esse intellectum vel volitum ante suam productionem: q̄ da oppositum q̄ preintelligit̄ ante suā productionem. Quero a te: an in illo priori in quo preintelligitur habet esse reale si habet esse et nō p ꝓductionem: ita est anteq̄ ꝓducat̄ quod est cōtra dictio. Si dicas q̄ in illo priori habet esse tantum intelligibile. Tūc sic. omne quod ante suū esse reale habet esse intelligibile tantum habet eē diminutum: q̄ esse intellectum tñ est esse diminutū et per cōsequēs tale nō est simpliciter necesse esse: ⁊ p cōsens maior patet. Et cōfirmatur quia sicut deo ex hoc q̄ est necesse esse: repugnat prius itelligi q̄ eē ita q̄ cuilibet diuine ꝓductioni ⁊ ꝓducto/ cū non sit minus necesse esse ĩmo idem necesse esse q̄ de⁹ licet non omnimode idem. Sed verbum est simpliciter necesse esse nec habet esse simpliciter nisi per ꝓductionem ergo impossibile est q̄ ante sui ꝓductionem sit cognitum ⁊ volitum: ¶ Hec ratio cōfirmatur quia nullum magis necesse vel necessariū seu inq̄tū magis necessariū presupponit minus necessarium vel etiam seipm inq̄tum minus necessarium vt patet: sed verbum in diuinis vt est terminꝰ realis ꝓductionis est magis necessarium q̄ vt cognitum a patre vel volitum vt patet: q̄ primo modo est ens simpliciter necesse eē sicut pater. Secundo modo est ens solum rationis ⁊ nō simpliciter necesse esse ergo ipm vt ꝓductum nō presupponit seipsum vt cognitum vel volitum. ¶ Secūdo sic si verbum cognoscitur a patre ante sui productionē ergo verbū est in scīētia patris ante sui productionem. Tunc sic. Omne ꝓductum vt est in scīētia ꝓducentis est ratio ꝓducendi seipm in actuali existentia sicut domus extra fit a domo in aīa. Propter quod etiam dicit Augustinus. 15. de trinitate q̄ verbum de tota scīētia nascitur ⁊ de omnino q̄s est in scientia patris: sed verbum nō est ratio ꝓducendi seipsum nec nascitur de seipso nec de noticia sui: ergo ꝛc̄. ¶ Tertio sic. Omne ꝓductum precognitum habet rationem artificiati ⁊ exemplati et refertur realiter ad noticiam producētis. Pr̄z de creatura respectu scientie dei. Est enim ꝓductum secūdum exemplar obiectiue relucens in scīētia ꝓducentis hoc patet septimo methaphisice. vbi dicitur q̄ ab arte fiunt quorum species est in aīa. Dico autem speciem quodcūq̄ erat: esse igitur ab arte fit sicut exemplatum ⁊ ydeatū cuius q̄ditas prest in anima scōm eē cognitum. Sed verbum nō est exemplatum nec ydeatum nec refertur realiter ad scientiam patris: licet ad patrem: nec realiter distinguit̄ ab ea q̄ tunc esset creatura: ergo verbū nō est precognitum sue productoni nec p consequēs prevolitum. Propter tertiam rationem videt̄ etiā q̄ creatura ante ꝓductionē verbi vel spūssancti non est precognita a patre: q̄ tunc verbum dependeret a creatura in esse intelligibili: ⁊ per ꝓsequēs nō est necesse eē nec de⁹ sicut deducit Anselm⁹. ¶ Quarto sic. Productio simpliciter est prior ꝓductiōe secundum q̄d: ergo prima ꝓductio simpliciter: est prior quacūq̄ productione secūdus quid: sed productio

7. meth.

realis verbi est prima productio simpliciter ergo ē prior ꝓductione eiusdē verbi secūdum quid puta in esse intellecto vel volito ergo prius ꝓducit realiter q̄ intelligatur. ¶ Quinto sic. Relativum aliquod reale vel realiter prius respicit suum correlatiuum in eē reali q̄ quocūq̄ alio modo: sed pater ē relativum realiter a filio ergo prius respicit suum correlatiū vt ꝓductum ⁊ existentez realiter q̄ vt intellectum ⁊ volitum. ¶ Adduntur hic due rationes de quibus minus curo / quia si filius prius est volitus a patre q̄ ꝓductus ⁊ per consequēs prius cognitus/cū omnis noticia patris sit intuitiua: q̄ perfectissima: ⁊ noticia diuina intuitiua de intrinsecis deo/nō est nisi presentis in se sequitur q̄ filius sit prius in re q̄ productus q̄ est falsum. ¶ Secūda ratio q̄ nullum verbum in nobis precedit actū voluntatis respectu ꝓductionis illius verbi. Pr̄z quia tunc cuiꝰ omnis itellectio in nobis esset ī potestate nostra cōtra Augustinum tertio de libero arbitrio: ĩmo nō oportet in diuinis q̄ ipsus dicere vel verbum precedatur ab actu volendi cadēte super dicere vel verbum: nō miꝰ enim ĩmediate potest sequi intellectum diuinum cui est cōsubstātialiter idem q̄ verbum nostrū cui est accidētaliter idē.

Aug. 3. de li. ar.

¶ Sic ergo

videtur dicēdum q̄ filius nō est prius volitus nec cognitus a patre q̄ ꝓductus nec etiā spūssanctus a patre et filio per easdem ratiōes. ita q̄ pater nō generat filium volēs volitionem cadentē super filiū ꝓuolitū ⁊ antecedentem licȝ bene volēs eētiam suam volitione anteecdēte. ¶ Secūdo dico q̄ bene generat filium volēs volitione cōmunicante generationē ⁊ genitum: ⁊ cōplacente in generante ⁊ genito: q̄ simul ꝓ omnē modum generat ⁊ habet filiū: ⁊ vult vel diligit generare filium. Non video q̄ expectet amplius quia ex tunc habet obiectum p̄sens secūdarium ⁊ suus intellectus est perfectus. Unde nō video ꝓsequenter q̄ generet filium voluntate subsequēte/qua prius generet filiū/⁊ postea velit hoc ⁊ placeat sibi sed simul sunt ibi omnia ista nisi forte alique rationes premisse concludant oppositum sicut videtur. Hec ad questionem.

Resolutio doc.

¶ Ad motiua

vltime opinionis: q̄ motiua prime sunt nulla vt patuit supra. Dico ad primum q̄ forma arguēdi non valet. Et similiter arguam tibi quicq̄d pater communicat filio prius habȝ eē/sed cōmunicatur filio creationem lapidis: ergo ꝑ habet esse ⁊ prius creat q̄ filius ꝓducatur vel q̄ ꝓducāt verbuȝ ergo hoc est falsum. Similiter de ſpiratione actiua que cōmunicatur filio nō tamē ꝑ habetur relatio ante filiationē vel generationē: nec sequitur ex hoc q̄ pater acquirat eam per generationē filij vel ex filio. Et ideo sicut dicunt doctores cōmuniter ad illam questionē. Utrum pater prī⁹ ſpiret q̄ filius/q̄ cōparando actionem ſpirativam ad terminuȝ vt sic non prius vel posterius est ab vna ꝑsona q̄ ab alia Sed comparādo ipam ſpirationem actiuā ad supposita ſpirantia: prī⁹ est a supposito patris: vel prī⁹ conuenit patri q̄ filio: pater eam habȝ a se filius a patre quia hoc est suppositum habere ad prius ori gine q: sic ab ipo aliud suppositus habet illud /nō sic q̄ vnum suppositum habeat ⁊ aliud non: sed sic quod pro illo signo pro quo supposita habēt vnuȝ habet sic q̄ aliud ab ipo. Et similiter de actu creā-

Ad motiua vltīe opiniōis

di/cõparando eñ ipm ad terminũ pductũ ille act9 nõ prius est ab vno supposito diuio ℔ ab alio. Cõparando tñ ipsum ad diuina supposita prius est a patre vel prius conuenit patri ℔ filio et vtrisq; ℔ spiritui sancto qz patri sic cõuenit q filio conuenit a patre ⁊ sic vtrisq; q spiritui sancto ab vtroq;.

¶ Ad primum principale dico q nō eſt perfectionis ſimpliciter q idem ſit principium plurium ꝓductuum eiuſdē rationis:ſed eſt perfectionis ſupplentis imperfectionem qz natura eſt ibi de ſe hec/⁊ ideo ꝓductiones eiuſdem rationis ſunt ibi multiplices. ¶ Ad ſecūdum p idē. ¶ Ad tertium dicitur vno modo q maior eſt vera in creaturis ibi eſſ qz natura que eſt principium ⁊ terminus ꝓductionis eſt limitata ⁊ finita / ⁊ ideo non poteſt dici ꝓductio eiuſdem rōnis cuius natura eſt principium ⁊ terminus formalis/eadē natura dico/ſed natura diuina eſt illimitata ⁊ infinita ⁊ ita poteſt eſſe principium ⁊ terminus formalis ꝓductionis alterius ⁊ alterius rationis ⁊hec eſt reſponſio cōmunis. Aliter reſpōdeo ad minorem cō formiter ad predicta ꝓbabiliter dicta/nō tñ aſſerēdo dicta q eſſentia p̄ciſe ſecūdum rationē eſſentie non eſt principium formale iſtarum ꝓductionum nec terminus formalis / ſed eſſentia vt intellectus eſt principium ꝓductionis verbi ⁊ eſſentia. Et voluntas p̄nciptum productionis ſpūſſancti/qz etiaz intellectus nō eſt principium ꝓductionis vel operationis niſi vt ſubintrans omnipotentie alicuius Ex parte alia diceretur q eſſentia vt intellectio eſt terminus formalis ꝓductionis verbi/vt aūt amor vel volitio eſt terminus ꝓductionis ſpūſſancti /et ita iſte ꝓductiones nō habent terminum nec principium eiuſdem rationis. ¶ Ad quartum dico q vnitati maiori eſt ꝓpinquior minor diſtinctio extēſiua id eſt minor pluralitas vel maior paucitas ꝓductionum/puta dualitas qz nō ſunt niſi due ꝓductiones diuine nō tres vel quatuor : ⁊ ſic ad maiorem. Ad minorem dico q diſtinctio aliquorum alterius rationis eſt maior intenſiue q̄ queq̄ diſtinctio aliquorum eiuſdē rōnis/ſi vocetur maior diſtinctio quādo diſtincta in nullo cōueniūt:ſed ſe totis diſtinguūtur/⁊ q ſic accipiendo maiorē diſtinctionem neceſſario in diuinis ꝓpinquior eſt vnitati q̄ diſtinctio minor. Vnde ⁊ diſtinctio ꝓductionuz q̄ ſunt alterius ⁊ alterius rōnis neceſſario ponenda eſt in diuinis vt ſit ibi certa multitudo ſicut dictuz eſt ſupra. Et maior poſitio non eſt vera q vnitati ſit ꝓpinquior minor diſtinctio intenſiue/ſed extenſiue vera eſt/qz vnitati ꝓpinquior eſt minor pluralitas ⁊ maior paucitas cuiuſmodi ē dualitas productionum alterius ⁊ alterius rōnis. Hoc etiā patet ex cōmuni opinione que ponit q prime vnitati diuine eēntie ꝓxima eſt diſtinctio aliquoz ſecundū rationū nō eiuſdē rōnis/ſed alteri⁹ ⁊ alterius vt ſit certa multitudo ꝓductionum ⁊ productorum vnde ponit q diſtinctio ꝓductionum ⁊ ꝓductorum preſupponit diſtinctiones rationis intellectus ab eſſentia vtrū verum ſit non curo. Hoc tamē videt non rationabile qz prima multitudo cū ſit actu finita ⁊ certa nō eſt aliquorum eiuſdem rationis ſed alterius ⁊ alterius rationis:⁊ per cōſequēs prima diſtinctio:quod patet etiam qz ipoſſibile eſt q aliqua eiuſdem rationis pzio diſtinguantur licet per ſe quia in aliquo ꝓuenīt neceſſario. Et dico q prima diſtinctio nō eſt niſi eorum que ſunt alterius et alterius ratiōis que in nullo cōueniūt q̄ditatiue.

¶ Diſtinctionis Septime.
Queſtio Tertia.

Augu.ꝺ maxi.

Ad Hebreos.i.

¶ Tertio q̄ro vtrum in filio ſit potētia generandi ¶ Videtur q ſic. Primo qz Auguſtinus cōtra maximū libro primo. Dicit q filius nō genuit/ nō quia nō potuit/ ſz quia nō oportuit / ⁊ per conſequēs filius potuit generare ⁊ habere potentiam generandi. ¶ Secūdo ſic ad hebreos primo dicit de filio pozt̄as oīa verbo virtutis ſue:igitur filius habet verbum ꝓductum/⁊ per ꝓſequēs potentiā generandi. ¶ Tertio ſic. Pater creatus cōicat filio/ non ſolum uaturā vel eſſentiam ſed etiam potētiā generandi:alias filius eſſet ozbatus ⁊ nō eſſet perfectus:igitur multo fortius ꝓmunicat pater īcreatus filio potētiā generandi. Et confirmat qz cōicat ſibi memoriam ꝓfectam que eſt principius quo vel potentia generandi vt dictum eſt ſupra.

¶ Contra Si filius habet potentiam generandi igitur generat qz in diuinis ad intra non eſt potentia diſtans ab actu:ſed oīa ſunt ibi neceſſe eſſe:ſed hoc eſt falſuz qz tūc haberemus in diuīs pluſq̄ tres p̄ſonas igit ⁊c.

¶ In iſta queſtione ſic ꝓceda ¶ Primo diſtinguam de potentia. ¶ Secundo reſpondebo ad queſtionem/ an in filio ſit potentia generandi ⁊ an poſſit generare. ¶ Tertio ad argumenta.

Potētia multiplex

¶ Quantum ad primum dico q eſt quedam potentia logica ⁊ eſt quedam potentia realis. Potentia logica non dicit aliquam rem breuiter:ſed ſolum dicit non repugnantiā predicati ad ſubiectum dato q vtrūq̄ ſit non ens ⁊ nichil. Iſto mō dicim⁹ q poſſibile eſt nihil predicari de chimera/dicēdo q chimera eſt nihil:qz p̄dicatū nō repugnat ſubiecto nec hz ꝺictōez ad ſubiectū

Ita etiam potētia vel nō repugnātia bene ꝓuenit rebus:ſed accidit ſibi inq̄tū talis q ꝓueniat eis qz etiā nō reb⁹ vel nō entib⁹ pōt ꝓuenire ſicut dictū ē.

¶ Alia eſt potentia realis vna actiua ⁊ alia paſſiua ſicut patet quinto ⁊ quarto methaphiſice. Actiua eſt principium trāſmutādi aliud inq̄tum aliud Et paſſiua eſt principium trāſmutandi ab alio inq̄tum ab alio : licet autē in deo non ſit proprie potentia actiua ſecundum iſtam deſcriptionem:quia ibi non eſt principium tranſmutatiōis nec tranſmutatio. Tamen in ipſo eſt potētia vere productiua realis ſicut dictum eſt ſupra. Et frequēter noīatur talis potētia actiua:ſicut etiam dicitur generatio actiua licet nō ſit ꝓprie dictum. Talis autē potentia productiua eſt potentia generādi realis ipſius patris. Et hoc de primo.

An in filio ſit potentia generandi. ⁊c. 1. modus

¶ Quantum ad ſecūdum dico q aliqui diſtinguūt iſtam q in filio ſit potentia generandi ſecūdum cōpoſitionem ⁊ diuiſionem cōcedentes eam in vno ſenſu ⁊ in alio negātes eam. Sed videtur michiabſolute dicendū q in filio nō eſt potentia generādi nec potentia logica nec potentia realis. Qz nō ſit potentia logica patet/ quia iſta eſt impoſſibilis filius poteſt generare vel habz potentiam generādi/ita q inter predicatum ⁊ ſubiectum eſt repugnātia:quod ꝓbo. Filius ſi pōt generare aut hoc eſt eadez generatiōe qua pater/aut alia:nō eadem qz tunc generaret ſeipm̄:nec alia qz ſicut oſtenſum eſt ſupra. Generatio(cū ſit vnius rationis in diuinis)nō poteſt multiplicari igit nulla ſed impoſſibile eſt q aliquis poſſit generare nulla generatione:vel habeat potētiā generādi nulla generatione. ¶ Secūdo ſic. Principiuz productiuū cōmunicatum alteri per ꝓductionem ſibi adequatam nō poteſt eſſe illi ratio agendi (ſicut ſi lignum accipet calorem per productionem adequatam caloꝛi non poſſet aliquid calefacere:alias non accipeꝛet caloꝛē per ꝓductionez adequatam caloꝛi cuius oppoſitum accipitur)ſed filio cōmunicatum eſt p̄ncipium ꝓductiuum vel potentia ꝓductiua verbi p ꝓductiodem ſimpliciter adequatam tali principio (ſicut oſtenſum eſt ſupra) igitur nō poteſt eſſe ſibi ratio agendi vel generādi in filio/ igitur nō eſt potentia generandi ideo nō poteſt generare. Si dicatur contra iſtam rationem q filio cōicatur intellectus ⁊ ſpūſancto volūtas per ꝓductiones adequatas/⁊ tamē intellect⁹ in filio ⁊ ī ſpūſancto ſunt p̄ncipia ꝓductiua creature. Igitur ſimpliciter in ꝓpoſito. Dico q intelligendum eſt circa idem obiectū eſſentia autem diuina ⁊ creatura nō ſunt idem obiectum vt patet:oportet autē in ꝓpoſito q ſit circa idem obiectum. quare ⁊c. ¶ Circa predicta nota q refert dicere iſta duo. Forma eiuſdem rōnis eſt p̄ncipium actionis eiuſdē ratiōis/⁊ forma eiuſdem rationis eſt p̄ncipium actionis eiuſdem rationis in quo habet. ⁊c. Prima eſſ vera eſt tam in diuinis q̄ in creaturis Secunda eſt falſa in diuinis vera tamē in creaturis. Primum patet qz in diuīs ⁊ in creaturis ꝓuenit hoc forme vnius rationis q ſit p̄ncipium ſue actionis. Secūdum patet q ſecūda vniuerſaliter vera eſt in creaturis:qz in creaturis forma eiuſdem rōnis partitur in pluribus ⁊ diuiditur in ipis /nec in aliquo eorum in quibus ſuenitur de cōmuni lege habet ꝓductionem ſibi adequatam ⁊ per conſequens in quocūq̄ inuenitur eſt principium actionis eiuſdē rationis/vel poteſt eē. In diuinis autem non ſic/quia forma eiuſdem rationis que eſt principium productionis in vno tñ habet productionem et productum ſibi adequata ſimpliciter. Et ideo dico q amplius in quocunq̄ ſit vel cuicūq̄ cōmunicetur non poteſt ſibi eſſe p̄ncipium vel ratio agendi. Vnde licet in filio ſit memoria perfecta eiuſdem rationis que eſt in patre/ non tamē memoria in ipo eſt potētia vel ratio agēdi/nec per conſequens generare poteſt. ¶ Tertio probatur hoc idem ſic / ſcilicet q iſta ſit negāda. In filio eſt potentia generandi/quando forma aliqua in abſtracto comparatur ad ſubiectum ſecundum rem idem eſt ſubiectum habere illam formaꝫ/ ⁊ illam formam eſſe: ⁊ ſubiectuim tale eſſe ſecundum talem formam(ſicut idem eſt corꝑ habere albedinem/⁊ albedinem eſſe corpori formaliter/⁊ corpus eſſe album per eam:vel ſaltem ſimul ſūt iſta in eodem:igitur ſimiliter in ꝓpoſito idem eſt filiū habere potentiam generandi formaliter/⁊ potentiam generandi eſſe illi formaliter / ⁊ filium eſſe potentem generare ſecūdum illam. Sed quādo gerundium importans actionem ꝓtruitur cum principio formali quo alicui⁹ actionis ſignificat q illō quod eſt tale illo principio formali poſſit in illam actionem ſicut potens potētia creandi pōt in creationem ⁊ poteſt creare: ⁊ ita ſi filius haberet potētiam generādi/⁊ per coſequēs potēs eſſet ſm eam tunc poſſet in actionem generandi ⁊ poſſet generare ⁊ per ꝓſequēs actu ⁊ neceſſario generaret quod eſt impoſſibile/igitur ſecūdum modum abſolutuz dicendum eſt ad queſtionem q in filio non eſt potentia generandi.

Aduerte

Alia rſio vel ſecūd⁹ modus.

¶ Aliter reſpondēt aliq ad queſtionem q potentia vel poteſt accipi pro principio formali quo preciſe ⁊ ſic dicunt q iſtud ſit aliquid abſolutum puta memoria perfecta. Potentia hoc modo eſt in filio ſicut ⁊ memoria/tamen in ipſo nullum habet ordinem ad actum quia non concurrit in filio alia neceſſaria ad actum vt potentia prorumpat in ipſum. Et dicunt q nec ſic debet abſolute proprie vocari potentia generandi. Alio modo accipitur potētia pro potentia proxima que includit omnia neceſſaria ad actum/⁊ iſto modo includit abſolutum vel reſpectiuū:⁊ ſic non eſt in filio ⁊ per conſequēs non poteſt filius generare non ex impotentia vel imperfectione ſua ſed ex proprietate ſua qua filius ſic productus eſt productione adequata principio productiuo : imo dico q poſſe generare neceſſario poneret imperfectionem in ipſo filio ſicut patet qz poneret neceſſario partitionem ⁊ diuiſionem in natura ſua ⁊ in adequationem productionis ad principium productiuum. Iſte modus ponendi vltimus non contradicit primo imo exponit eum vt ſpecificat / ⁊ ideo ſecundum q ſonat modus vltimus teneatur. Non enim video ſi potentia que eſt principium quo preciſe acceptum ſit aliquid abſolutū ſicut dictum eſt ſupra/quin ipſa ſit in filio. Tamen accipiendo potentiam ſecundo modo pro potētia proxima que complectitur omnia neceſſario requiſita ad actionem ſic non poteſt dici eſſe in filio. Et de iſta procedunt probationes ſuperius poſite Hec de ſecundo.

Ad rōes qōnis pn cipales.

¶ Ad primum argumentum

Dico q Augustinus nō accipit non potuisse negatiue sed magis puatiue pro impotentia. Et est sensus Augustini q filius nō genuit nō qz nō potuit/ id est nō ex impotentia qz impotens fuit: sed qz nō oportuit/ z etiā qz nō potuit negatiue: sufficit enī Augustino excludere a filio impfectionē z impotentiam/nō tamen vult sibi attribuere q possit vel potuerit generare/qz tunc necessario z actu generaret. ¶ Ad secundū dico/q potest exponi verbo virtutis sue id est virtute sua que est ipe/z per consequēs verbum/ z ideo nō oportet q habeat pductum verbum aliud a se. Vel aliter verbo virtutis sue id est imperio virtutis sue/quodquidē imperiū non est nisi velle suum nō autem aliud verbum pductum ab ipo. ¶ Ad tertiu dico q impfectiōis est in creaturis q pater cōicet filio potentiam generandi/sic q filius possit generare sicut dictū est supra. vel saltem est perfectionis nō simpliciter sz supplentis impfectionem/quia ita in ipis ptīf nec aliqua productio ibi adequatur simpliciter principio productiuo.

¶ Distinctionis Septime.
Questio quarta.

3. Phis.

¶ Quarto ꝙro vtruz

generatio actiua sit in patre. ¶ Videtur q non qz generatio in diuinis est quasi actio/ sed actio nō est in agēte sed ī passo tertio phisicoz. ¶ Secundo sic. Generatio actiua habet terminū extrinsecum a generante z formaliter extrinsecū: sed actio habēs terminum extrinsecū ab agente est actio transiens z non manēs in agente sicut patet quarto metha.

4. metha.

¶ Tertio sic. Generatio nō est in patre sicut in fūdamēto. Patet. nec sicut in subiecto patz/nec sicut in supposito qz precedit paternitatem que pstituit paternum suppositum. igitur nullo modo.

¶ Contra

Generatio passiua est ī filio igitur/similiter generatio actiua ē in patre/quia sicut filius dicitur formaliter genit9 ita pater formaliter generans.

¶ In ista questione sic pceda

¶ Primo ostendam si generatio sit actio de genere actiōis vel quasi. ¶ Secūdo inquirā vtrū actio de genere actionis sit in agente. ¶ Tertio vtrum generatio actiua sit in patre. ¶ Ultimo ad rōnes.

Actiōis de pdicamento actiōis cōditiones

¶ Circa primum

est aduertendum q actio de predicamēto actionis habet tres cōditiones que ad ipsam requiruntur. ¶ Prima est q sit in fieri siue successiue siue instantanee: quod patet per actorem sex principiorum qui dicit q omnis actio est in motu non accipit ppie motum/sed accipit ibi pro quolibet fieri ex quo patet q nulla forma permanens z habens esse quietum in subiecto est actio de genere actionis. ¶ Secunda conditio est q actio de genere actionis requirit subiectum. Quod patet/ quia actio est secūdum quā in id quod subijcit agere vt ille auctor. 6. Principiorū dicit. Sed in hoc est variatio inter aliquos: quia quidam volunt q actio requirit subiectum de quo vel in quo fiat aliquid/vel in quo corrumpatur aliquid nō tanꝯ subiectum ppium/ sed tanꝯ subiectum passionis et termini formalis ipsius actionis: z isti sunt qui ponunt actionem in agente. Alij vero volunt q requirat illud sicut subiectum proprium actionis nō solum passionis z termini formalis. Et isti ponunt actionem in passo de quo in secundo articulo inquiretur: tamen hoc verum est q actio necessario requirit subiectum z presupponit ipsum duratione vel natura. Ex quo patet q creatio vt dicitur de icreatis nō potest dici actio ppie creatio: etiam creatre create non potest dici passio de genere passionis propter eandem rationē. Unde licz non semper requirat quid/tamē semper in quid agat. Patet de actione corruptiua z passione correspondente suo modo. ¶ Tertia conditio q habeat habitudinem vel ordinē in terminū ponēdum vel corrumpendū per ipam sicut per actum positiuum corruptiuum tanꝯ via ad esse positum vel corruptum z quodāmodo ad non esse/non em̄ semper requitur q actio ponat vel agat aliquod positiue sicut dicit auctor sex. principiorum. Actio em̄ requirit nō quid agat secūdum quid/sed est vere aliqua actio realis q̄ tamen nihil ponit/sed quod erat positū destruit. Et dicitur actio corruptiua: licet etiam sit alia que ponit z dicitur actio positiua. Ex defectu huius conditionis dico q delectatio nec volitio nec sensatio nec intellectio et huiusmodi non sunt actiones de genere actionis: quia non habent ordinem in terminum aliquem per ipsas acquirendum vel corrūpendum sicut per actus productiōis vel corruptionis: sed ipsi sunt termini z vltimum potentie operantis z fines: sicut dicitur nono Methaphisice. z primo Ethicorum: z de delectatione apparet septimo z decimo Ethicorum. ¶ Et nota hic q non intelligit actionem vel passionem ordinari ad terminum productum sicut relatio ad suum correlatiuum. Nam actio est respectus ad agens non ad terminum productum / cum terminus productus sit posterior naturaliter actione z passione quibus mediantibus producitur. Verum est tamen q in actione z passione circa ipsas fundatur quidam respectus ordinis ad terminum vt propter quem introditur z ponitur vt ille terminus habeatur. Et dico bene q talis respectus non est realis quia sicut iam dictum est terminus est posterior natura ī re ad hoc q actio sit z passio/z ordinantur ad terminum vt ad id quod nondum est vel posterius est. Ad illud autem quod non est in re nunc̄ est ordo vel aliquis respectus realis. ¶ Secundo est aduertendum ex nono Methaphisice q quedaz est actio immanens z quedam transiens z ista est distinctio realis z methaphisica non autem grammaticalis: z tantū penes modos significandi sicut volunt alii qui dicere fictice z fingendo ne aliquid agat in seipsum. Actio autem immanens de genere actionis dicitur illa cuius terminus productus est in agente secundum eandem potentiam aliquam secūdum quam agitur et elicitur ab ipsa / ita q idem agat in seipsum per se et primo: sicut dicimus q elitio volitionis et intellectionis est actio manens in agente: quia secundum eandem potentiam recipitur terminus in volente scilicet volitio ipsa secundum quam elitio ipsam actionem / puta secundum voluntatem. Et similiter de intellectione respectu intellectus et de visione respectu visus et sic de similibus. Actio vero trāsiens est cuius terminus saltem est in extrinseca natura vel potētia a potētia eliciente/sicut calefactio cuius terminus puta caloz productus/sicut terminus formalis est extra calefaciēs puta ī ligno calefacto. Nec sufficit ad hoc vt dicatur actio immanēs q terminus maneat in supposito agēte em̄ aliquam partē sui/nisi pars sit eadē em̄ ea potentiā ī qua recipiat et a qua eliciatur: tūc em̄ quādo aliquis manu percutit caput habet actionem immanētem qđ est falsum. Habet enim vere actionem transeuntem ac si aliū percuteret: similiter aīal mouēdo seipz origine.

Actio de ḡne actionis an sit in agente 2c. 1. opi.

¶ Quantum ad secūdum ar

ticulum dicunt aliqui q actio de genere actionis per se z vniuersaliter loquendo nō est in agēte sed in passo. Ita q si aliquādo sit in agēte hoc accidit inq̄tum agens z passum sunt idē: sicut pz in actione immanēte: quia tūc nō est in agente scōm q huiusmodi sed scōm q patiens est. Hoc autē probāt ipsi per Aristotelem tertio phisicorum vbi determinat istud dicēs q actio z passio sunt idem subiecto tm̄ differunt ratione vel secūdum esse id est secūdum quidditatem. Sed passio est in passo igitur z actio. ¶ Secūdo sic. In quocunq̄ est motus subiectiue in eodem est actio z passio. Probatio quia dicit ibidē philosophus q hec scilicet actio z passio insunt motui ita q videtur ibi dicere q actio z passio habēt pro immediato subiecto vel fundamēto ipsum motum: sed motus per se est in eo qđ mouetur vel in passo seu moto igitur 2c. ¶ Item tertio sic. Si actio esset p se in agēte tunc agēs per se mutaretur: quia de nō habēte actionē fieret habēs eam z ita mutaretur: sed hoc est falsum: igitur 2c. ¶ Quarto sic. Deus potest calefacere lignū immediate educēdo caloz de potētia ligni sicut mediante igne/z planum est q ī ligno calefactio passio est de genere passionis tūc vltra nō est dare passionez sine actione. Quero igitur ī quo est illa actio de genere actionis qui est verus respectus realis correspondēs illi actioni non potest dici q sit in deo: qz deus nō refertur realiter ad creaturam: igit oportet q sit in ligno/calefactio igitur actio est in passo. ¶ Quinto sic. In eodē est dispositio necessitās ad formam z ipsa forma sed actio est dispositio necessitās ad terminū actionis qui est forma quia nō potest poni actio quin ponat forma/sicut nec actio sine termino. Videtur em̄ implicatio cōtradictionis dicere oppositum: forma autē per se est in passo igitur z actio ipsa. Dicūt igitur isti q actio z passio sunt ī passo nec oportet q actio denominet passum ita q dicatur agēs per illam sicut nec oportet q intellectus denominetur per intellectionē vt res intellecta licet intellectio formaliter sit in intellectu. hec est opinio. ¶ Modus ponēdi aliquorū de ista opinione est q actio z passio dicūt duos respectus in ipso motu sicut in subiecto vel fundamēto scilicet respectum ab hoc/z respectū in hoc: ita q motus vt ab hoc dicit actio vel ab agente: sed vt in hoc puta in patiente dicitur passio z videtur habere verba Aristotelis pro eis vt patet tertio phisicorum. Et isti ponūt q motus est idem q forma in fieri tātum. ¶ Alij de eadem cōclusione dicūt z bene ꝯtus ad hoc q ista sunt impossibilia. Primo qz si actio z passio fundarētur ī motu necessario actio z passio essent respectus intrinseci z non extrinseci aduentientes: quia posito fundamēto necessario ponerētur: quia impossibile est esse motum qui non sit ab hoc z in hoc: sed isti sunt respectus extrinsecy vt patet in auctore sex principiorum igitur 2c. Motus igitur nō est fundamētum vel immediatū subiectum ipsorum. ¶ Secundo quia potētia passiua videtur esse immediatum subiectum z fundamentum passionis: sed motus vel forma in fieri non est potētia passiua: sed magis ad subiectum motus pertinet ista potētia igitur 2c. ¶ Tertio contra illud dictum q motus z forma sunt essentialiter idē: forma manet z motus nō manet igitur mot9 z forma non sunt idem. Dices verum est forma absoluta et completa: sed nō vt in fieri. Cōtra: illud in fieri vel aliquid addit vltra formam z gradū forme sub ipso qđ nō manet manēte forma: z illud voco motū z habeo propositum q motus et forma essentialiter distinguuntur. Aut nichil addit z sic manente illo gradu manet in fieri sicut prius quod est falsum.

3. phisi.

Modus partialis aliquorū huiꝰ opi.

Alius modus eiusdem.

9. metha.

Aduerte

¶ Item impossibile est q eades species sit plures species realiter vel ecouerso sed si motus est idem cum termino sequitur hoc. Probatio quia ad eundem terminum spē possunt esse duo motus distincti specie/sicut circularis ⁊ rectus septimo phisicorum igitur ⁊c. Et ideo dicunt isti de eadem cōclusione q actio ⁊ passio sunt respect⁹ extrinsecus aduenientes qui fundant in potētia passiua ipsi⁹ mobilis vel passi scōm q subiectum vel passum se habet ad agens vt a quo est forma ipsa: ⁊ sic in ipo fundatur actio. Alio modo se habens ad agens vt ipsum in quo est forma inducta ab agēte/ ⁊ sic fundat respectū passionis/ita q respectus passiōis est respectus patientis ad agens vt in quo recipitur forma sed respectus actiōis est respect⁹ patiētis ad agēs vt a quo est forma recepta Et dicūt q isti duo respectus essentialiter distinguūtur. Tum quia sunt res diuersorum generū. Actio em ⁊ passio sunt diuersa predicamēta. Tum quia vnus eorum est causa alterius scz actio passionis/vt patet per illū auctorem sex principiorum qui dicit q passio est effectus illationis actionis. Hoc dicit cōmentator tertio phisicorum.18. cōmēto q actio motorum facit motum. Et ibidem. 19. ⁊.20. similiter quinto ethicorum nono capitulo 2mento.30. q operatio non est generatio vel motus quia est causa generatiōis vel motus. Unde si aliquādo dicat q actio est motus/hoc est dictu per causalitatē/ ⁊ quia etiā est dispositio necessitās ad passionē. ¶ Ulterius dicūt q isti duo respectus essentialiter sunt motus scilicet actio ⁊ passio sunt duo motus partiales subordinati ⁊ ita vnus motus vnitate ordinis quia ordinē habēt admiscē ⁊ ambo ad eundem terminū ordinātur. Actio em prior est passione ⁊ ambo sunt priores termino. Et q vterq; sit motus vel mutatio probant: quia vterq; est actus mobilis in eo qđ mobile in ordine ad terminū acquirēdū ⁊ est actus entis in potētia scōm q huiusmodi. ¶ Ex p̄dictis vltimo cōcludunt q quando dicitur actio ⁊ passio est vnus motus nō est intelligēdum essentialiter et quidditative/sed vnus subiecto: quia ambo sunt in eodem subiecto puta in passo nō in motu/ quia ipse motus et quilibet eorum est motus vel mutatio. Sunt etiā vnus motus non solum subiecto: sz vnitate ordinis inter se ⁊ ad eundem terminum. Hec est opinio.

7. phisic.

Cōmē. 3. phisicor.

5. ethico.

2. opi.

¶ Alia est opinio q actio ⁊ gñe actionis est respectus extrinsecus qui est formaliter ⁊ subiective in agēte p se ⁊ nunq̄ in passo nisi per accidēs quādo agens ⁊ passum adinuicem cōcurrunt in eodem/ ⁊ est respectus ad ipsum passum receptiuum forme vel termini formalis ipsius mutationis vel motus: non autē ad terminum productum siue totalē cuiusmodi est cōpositum: siue formalē cuiusmodi est forma: quia iste est in secūdo modo relatorum in agētibus creatis/ ⁊ est intrinsecus: quia ponitur statim posito fundamēto scilicet potētia actiua: ⁊ termino scz producto ipso. ¶ Q autez actio de genere actionis sit in agēte sicut in subiecto. Probāt primo per Aristotelem qui dicit tertio phisicorum q actio nō distinguitur ab agēte/igitur nō separatur ab eo sed est in eo sicut in subiecto. Ista ratio nō valet quia quando dicit actio est actus nō distinctus intelligit hoc quia est cōtinue ab agēte non interruptus nō quia

Q actio de genere actiōis ē in agente sicut i subiecto ⁊c.

sit formaliter in agente. ¶ Secundo sic. Impossibile est q eadē forma sit in aliquo subiecto formaliter ⁊ nō denominet ipsum sicut albedo albū ⁊ paternitas patrem. Sed actio nō denominat passum quia tūc passum diceretur agens qđ est falsum: igitur ⁊c. Nec valet exemplum illorum de intellectione ⁊ intellecto/ q licet intellectus bene denominet rem denominatiōe extrinseca/ tñ cum hoc denominat intellectum: quia per intellectionē dicitur intelligens formaliter. Similiter etiam si actio est i passo diceretur passum agens et per se hoc est falsum: ita q exemplum nō est ad propositum. licet em forma que nō est in aliquo subiectiue possit ipsum denominare denominatione extrinseca tñ impossibile est q forma sit in aliquo subiectiue ⁊ nō denominet ipsum. Dices q actio denominat passum sed ex hoc passum nō dicitur sed actum actuatum. Contra passum nō dicitur actuatum vel actū nisi secundum q receptiuum est sed secūdum q receptiuum est passiuum certū est q non respicit nisi passionez vel receptionē forme: igitur per actionē nō potest dici actum vel actuatum. Preterea nō video rationem cōuenire sicut subiectum passionis dicitur patiens subiectum actionis nō dicatur agens ⁊ ita sequitur propositum. ¶ Tertio sic. In eo est formaliter ⁊ per se respectus in quo est suum fundamentum vt patet in omnibus sed fundamētum actiōis est potētia actiua qua per se agēs agit/sicut fundamētum passionis est per se potētia passiua qua patitur ⁊ recipit/nō video quare nō/igit ⁊c. ¶ Quarto sic. Si actio est i passo oportet necessario q passum ⁊ per ipsam ad aliquid referat/nō nisi ad agēs quia nō ad seipsum per se ⁊ vniuersaliter loquēdo vt patet: nec ad formam receptam quia nec forme cōuenit aliqua actio respectu subiecti vel passi nec passo respectu forme igitur ad agēs: sed hoc est impossibile quia ad ipsum referri nō potest nisi vt patitur ab ipso: sed vt patitur nō refertur nisi per passionez vt patet/igitur nullomodo ponēda est actio in agēte. Cōfirmat qz cui⁹ est potētia ei⁹ est actus in de somno ⁊ vigilia: ⁊ accipit vniuersalr tā de potētia actiua q̄ passiua/alias nichil valeret argumētū suū: sed est fallacia cōsequētis concedēdo ad infinita plures causas veritatis ad vnā singularem. Item agēs dicitur perfectum in q̄tum agit sz non est perfectum nec aliquo qđ est formaliter in ipso ⁊ nō extra se. Item nono metaphisice. In eadē potētia precedit actum ergo actus ⁊ potētia sunt in eodem ⁊ exemplat ibi de actu citharizandi. Itē actio immanēs est in agente inquātum agens igit ⁊ trāsiens. Item cōmentator nono metaphisice cōmēto secūdo actio artis carpentarie est in carpentatore. Item Auicēna secūdo phisicorum capitulo primo in fine dicit sic. Dicūt aliqui q motio ⁊ mot⁹ sunt vna essentia: sed dicem⁹ subtiliori modo q veritas rei nō sic se habet: quia mouere est dispositio mouētis nō motus/ ⁊ comparatur motus ad mouentē vt est dispositio motus non mouētis. Item agere vel actio cōuenit alicui in actu ⁊ potētia actiua: sz qđ cōuenit moto ⁊ passo cōuenit sibi vt in potētia passiua quare ⁊c. ¶ Quinto arguūt aliqui. Respect⁹ oppositi nō sunt necessario ⁊ vniuersaliter loquendo ⁊ per se in eodē: sed passio ⁊ actio sunt respect⁹ formaliter oppositi. Passio autem est in passo per se ⁊ vniuersaliter non igit actio. Sed ista ratio nō

De sōno et vigi.

9. meta.

cōmē. 9. metha.

autcē. 2. phisicor.

valet iudicio meo quia actio ⁊ passio nō sunt respectus oppositi. Tum quia sunt alterius ⁊ alteri⁹ generis. Tum quia non sunt simul natura: quā actio cum sit causa passionis (sicut dicit principiator) est prior natura ipsa passione. Et ideo dico q sunt respectus disparati nō oppositi: ⁊ nō est isti ratiōi intendum. ¶ Et nota circa hoc q actio in agēte nō habet respectum aliquez oppositum nec in agente nec in patiente / similiter nec passio sicut nec respectus scientie ad scibile ⁊ creature ad deum non habēt respectus reales oppositos / quia tūc essent mutui qđ est falsum. Dicitur igitur ꝓportionabiliter q actio est formaliter in agēte quicquid sit de intētione Aristotelis que magis videtur declinare ad aliam opinionē sed nō video pro ea rationē/ ⁊ ideo de sua opinione parum est curandum.

Nota.

Ad rōes 1. opinio.

¶ Ad rationes ergo aliorum dicitur uno mō q actio aliquādo accipitur pro termino actionis ⁊ tūc dicitur actio acta ⁊ illa est in passo ⁊ de illa intēdit Aristoteles q est idem subiecto puta i passo. Alio modo accipitur actio pro ipsa productione vl'actu ꝓductiuo termini ⁊ isto mō nō intelligit de actiōe q̄ sit in passo sed magis in agēte: quia nō dimittur ab agēte. Quicquid sit de ista solutione dico q magis videtur intētio Aristotelis q actio sit in passo actio dico de genere actionis. Et tūc dico ad argumētum q Aristoteles nunq̄ habuit ita probabilē rationē de illo sicut habetur de opposito/ nec est necessario tenendus in hoc/ sicut nec in multis aliis.

¶ Ad secundum per idem est dicendum q actio ⁊ passio nō insunt motui sicut subiecto vel fundamēto sed ipsa passio est motus ipse / non autem actio/ passio igitur motus est / ⁊ ideo actio non inest motui sicut actio nō inest passioni. Dicis ista fuit intētio Aristotelis: dico q bene videtur sed Aristoteles nō probat hoc: alie solutiones dantur sed nō curo. ¶ Ad tertium dico q non sequitur. Agēs mutari vel moueri dato q actio sit in ipso: quia termi nus actionis nō est in ipso. Si dicas q sic imo omnino quia transit de nō actione ad actionē ⁊ sic de non agente agens. Dico q ita potest argui contra eos. Si actio est in passo sequeretur q passum fim actionem mutaretur ⁊ fim passionez ⁊ fim terminū vtriusq; ⁊ sic erunt ibi tres mutationes. Solue igitur ⁊ ego soluam. Et ideo dico q accipiendo omne illud mutari quod habet aliquid reale positiuū quod prius nō habebat: q agens mutatur isto modo sed non mutatur sicut habēs terminum motus vel mutationis sicut passum et hoc sufficit. ¶ Ad quartum dico q habes pro inconuenienti q sit passio de genere passionis sine actiōe de genere actionis quia isti nō sunt respectus oppositi nec mutui sicut dictum est supra: immo nec habeo pro inconuenienti ecouerso/ q̄ sit actio sine passione ⁊ termino vel forma producta: non tñ sine passo. Actio enim cū sit prior natura passione: quia causa eius: vl'etiā dato q non sit causa eius distincta essentialiter ab ea: sine contradictione potest esse sine ipsa. ¶ Ad quintum dico q nō valet de dispositione que non est ratio recipiendi actio autem non est dispositio que sit ratio recipiendi sicut patet: quia actio transit et termin⁹ formalis manet: quare ⁊c. Hec de scōo

Generatio actiua an sit i patre.

¶ Quantum ad tertium dico q generatio actiua non est in filio sed in patre. Primo sic. Opposite relationes originis non sunt formaliter in eodem supposito quia tunc idem suppositum originaret se ꝓtra Augustinum primo de trinitate capitulo primo: sz generatio actiua ⁊ passiua sunt opposite relatiōes originis in diuinis q̄e quid sit in creaturis: igit ⁊c. Sed generatio passiua est formaliter in filio nō igitur in ipso est generare sed in patre. ¶ Secundo sic. Respectus vel actus productiuus nō est per se primo ⁊ formaliter i termino producto quod patet: quia terminus productus habet esse per actum ꝓductiuum/ ⁊ ita posterior est ipso quocūq; modo/ ⁊ ita per se non est i eo per accidēs autez est possibile q sit in eo producto ratione partis sicut actus productiuus voluntionis est in toto volente producto⁹: quia est in voluntate que est pars eius. Similiter illi qui ponūt q actio est in passo dicūt hoc sicut q calefactio est in ligno calefacto quia est in parte huius totius puta i subiecto calozis/quia idem est subiectū actionis ⁊ termini formalis vt dicunt. Sic igitur quādo est producto immanēs ⁊ in subiecto: possibile est q actus productiuus sit per accidēs in termino ratiōe partis ipsius: vbi autem non est producto de subiecto nec quasi de subiecto nō est hoc possibile nec per se nec p accidēs: sed generatio diuina est respect⁹ vel magis actus productiuus non de subiecto nec quasi de subiecto: igitur nullo modo est in termino producto puta in filio igit in patre. ¶ Tertio sic. Respectus producētis ad ꝓductum semper est in producente ⁊ nunq̄ in producto/ sed generatio vel generare est respectus in diuinis producentis ad subiectum vel quasi subiectum sicut in creaturis / igitur est in patre producente. ¶ Quarto sic. Generare ⁊ paternitas sunt idem totaliter hoc patebit infra/ ⁊ hoc dicit expresse vigesima septima distinctio huius primi: alias essent in diuinis plures relationes q̄s quatuor quod est falsum: sed paternitas non est formaliter in filio quia tunc filius esset pater/igitur est in patre igitur ⁊ ipsum generare. Cōfirmatur de paternitate que est i patre igitur similiter generatio actiua patet de vtroq; in creaturis quia in patre est proximū ⁊ immediatum fundamētum vtriusq; scilicet potentia generatiua. Sic igitur dico ad questionem q generare vel generatio actiua est formaliter in patre.

Ad rōes principales.

¶ Ad primum principale dico q imo actio est in agēte. Et ad minorē dico q generare diuinum nō est actio nec quasi actio de genere actionis: ⁊ ideo dato q actio nō esset in agēte nō sequitur quin generatio sit in patre. ¶ Ad secūdū dico q generatio non est actio nec quasi actio. et q consequēs nec immanēs nec transiens sicut dictum est supra. Aliter diceretur q actio de genere actionis quecūq; est formaliter in agēte: tñ aliqua dicitur transiens quia terminus eius nō est in agēte/ et in hoc distinguit ab immanēte cuius terminus est in agente: ⁊ nō solum actio ipsa. ¶ Ad tertium dico q generare est impatre vt in supposito generante ⁊ dico q est idem q paternitas omnino extra intellectum ⁊ ita p generare ꝓstituit suppositū paternū sicut p paternitatē: quomodo autē seinuicem fim rationem presupponat vtrum generare paternitatē vel econuerso inferius apparebit.

¶ Distinctionis Octaue Libri Primi Sententiarum. Questio Prima.

Circa distinctionē

Octauaꝫ quero. Primo vtrū deus ppie et verissime sit ens ita q esse sibi verissime et proprie cōueniat. ¶ Videtur q deꝰ nō sit verissime ens qđ est ens vniuoce cuꝫ alijs entibus nō est verissime ens / sicut nec alia sed deus est vniuoce ens cum alijs: quia ens est vniuocū deo et creature secū dū aliquos igitur. ¶ Secundo sic. Quod negatur ab aliquo esse nō est verissime ens: sicut qđ pōt negari mediate ab aliquo nō est verissimū inter propositiones sicut patet quarto metaphisice sed deus est huiusmodi. Psalmi. dicit inspiēs in corde suo non est deus. ¶ Tertio sic. Illud non est verissime ens qđ non est formaliter ens: sed deus non est ens formaliter: qꝛ est causa equiuoca ipsius entis: sicut sol nō est formaliter calidus cum sit causa equiuoca caloris: igitur ꝛc. ¶ Quarto sic. Illud nō est verissime ens de cuius cōceptu nō est esse: sed esse non est de conceptu quidditatiuo diuine essentie: qꝛ potest cōcipi nō concipiendo ipsum esse vel non esse: quia potest haberi conceptus simplex sine comple ꝛo: igitur ꝛ cetera.

4. meta. Psalmi.

Contra

Sūmum ens ꝛ primum simpliciter est verissime ens / sicut summū ꝛ primū calidum est maxime calidum sed̄o metaphisice deus est huiusmodi: igitur ꝛc.

2. metha.

¶ In ista q̄stione sic procedā.

¶ Primo ad euidētiam eius inquiram. Vtrū ens sit vniuocum ad omne positiuum extra intellectuꝫ existens / seu ad omne ens ꝛ p consequēs ad deuꝫ ꝛ creaturam. Et vtrū ad creaturam ꝛ quicquid est in ipsa. ¶ Secūdo inquiram vtrum esse sit de ꝓceptu diuine essentie vel nō. ¶ Tertio ex his respōdebo ad questionē q deꝰ verissime ꝛ proprie est ens: immo ipsuꝫ esse. ¶ Quarto ad rationes principales.

¶ Quātum ad primum artículum.

Ens an sit vniuocū ad omne positiuum extra intellectuꝫ ꝛc. 1. opi.

Est vna opinio cōis ꝛ solēnis q ens nō est cōmune equiuocum ad omne ens: sed magis analogum / ita q analogice significat deum ꝛ creaturas substātiam ꝛ accidēs: ita q deum primo ꝛ creaturam secundario: substātiam etiam prius ꝛ accidēs posteriꝰ: ita q nullum cōceptum vnum cōmunez dicit deo ꝛ creature ꝛ substantie ꝛ accidenti. Hoc probāt multipliciter. Primo sic. Illa que se totis distinguuntur ꝛ in nullo cōueniunt non habēt aliquid cōmune vniuocum vt patet: qꝛ iā in nullo cōuenient: sed deꝰ ꝛ creatura sunt huiusmodi ꝛ similiter predicamēta: quia ea oppositum q deus conueniat cū creatura. tūc deus nō est simpliciter simplex. Habet esse aliquid quo cōuenit cū creatura ꝛ illud est potētiale scōm se: ad aliquid q qđ etiā distinguitur a creatura. Similiter etiaꝫ decē genera generalissima nō essent cōceptus simplices ꝛ irresolubiles / sed ceptus differētes: nec etiā decē prima in ceptibꝰ creatis ꝛ ita necessario haberēt aliquod genꝰ sub quo differrēt qđ est falsum: igit ꝛc.

¶ Secūdo sic. Effectus in nullo adequās suā causam nō habet aliquid cōmune vniuocum cum causa: qđ patet / quia se toto est alterius rationis a causa. Que esse sunt vniuoca adequātur in illo in quo vniuocant: sed deus est talis causa q creatura que est effectus illius in nulla pfectione immo in nullo adequatur sibi: sed in infinitū excedit ꝛ improꝓrtionabiliter: ꝛ deus scōm quodlibet positiuum qđ est in creatura est causa eius equiuoca vt videt. vnde nō valet eius instantia de sole ꝛ planta quorum vtrūq; est substantia vt patet: igitur ꝛc. ¶ Tertio sic. Illa que immediate diuidūtur per cōtradictionem nō habēt aliquid cōmune vniuocum nisi esset neutrū ad ipa ꝛ ita inter cōtradictoria esset medū quod est falsum ꝛ cōtra Aristotelē primo posteriorum. Contradictio est oppositio cuius scōm se nō est dare medium: ꝛ cōtra veritatem illius principij de quolibet esse vel nō esse ꝛc. sed deus ꝛ creatura substātia ꝛ accidēs sunt huiusmodi. Deus enim ꝛ creatura se habēt sicut causatum ꝛ incausatum / dependēs ꝛ independēs / finitum ꝛ infinitum ꝛ cetera: substātia ꝛ accidēs se habēt sicut inherēs ꝛ non inherēs: igitur ꝛc. ¶ Quarto sic. Si cōceptus cōmunis entis est vniuocus sicut dicis aut seipso toto distinguitur a cōceptibus proprijs entium aut nō: sed aliquo alio nō posito quia pars ratione conceptus proprij entium se totis distinguerent ab ipso ꝛ per ꝓsequēs essent nichil. Nam a quocūq; ens se toto distinguitur vel seipso / ipsuꝫ est nichil ꝛ ita deus ꝛ creatura nichil essent ꝓter illud qđ est cōmune ipsis quod est falsum: aut alio cōceptu distinguitur ab illis qđ non potest dici / etiam quia queritur de illo alio sicut de ꝓximo ꝛ sic vl' ꝓceditur in infinitū in cōceptibus metaphisicis ꝛ realibus vel stabitur in vno cōceptu entis qui seipso distinguit a proprijs cōceptibus entium hoc autem est impossibile sicut probatum est ergo ille ceptus communis vniuocus est impossibilis. ¶ Quinto que sunt multa ꝛ diuersa actu ꝛ potentia nō habēt aliquod vniuocum quia in illo vniuoco essent vnū sed deus et creatura sunt huiusmodi quia sicut nō sunt vnū immo multa ita impossibile est q sint vnum igitur ꝛc. ¶ Adducitur adhuc vna ratio quia sapientia nō dicitur vniuoce in quid decreata ꝛ increata igitur nec ens de creato ꝛ increato. Probatio antecedētis quia si sic esset tūc oporteret q quādo sapientia ꝛ qualitas in quid p̄dicarētur de sapientia creata q alterum in quid predicaretur de altero. quando essent duo predicātur de tertio oportet q alteruꝫ de altero: patet inducēdo in omnibus: modo nec sapientia transcēdens predicatur in quid ꝛ vniuoce de sapientia creata. Sed illa ratio si bene inspiciatur nō valet primo quia diceretur q forte ita concluderet cōtra vnitatem analogam entis ꝛ predicationē eius in quid de quolibet sicut cōtra vnitatem. ¶ Secūdo diceretur q nō est necessariū quādo duo predicātur in quid de tertio q alterū de altero predicetur nisi sint contenta in aliquo genere vel nisi vnū sit genus seu cōtentum in genere ꝛ alterum per se cōmune omni generi sicut ponit de ente. Sapientia autē transcēdēs nec est genus nec in genere nec cōe omni generi imo nec alicui predicamēto toti. ¶ Adducunt adhuc auctoritates. Prima est Damasceni in logica sua vbi dicit q ens nō est genus ad entia qꝛ sola vox est cōmunis. ¶ Secūda est Aristotelis quarto metaphisice vbi dicit

Damas.

4. meta.

3. metha.

cōmē. 4. metha.

Porphirius.

2. opinio

q ens est vniuocuꝫ deo ꝛ creat. ꝛc.

q entia nō dicuntur ēm vnum sed ad vnum igitur entia solum habēt vnitatem attributionis in ente non vniuocationis sicut ꝛ sana. ¶ Tertia est Aristotelis tertio metaphisice vbi dicit q ens non est genus quia predicatur de omnibus nec habet differētias extra conceptū eius: quia tūc essent nichil sed si cōceptus entis esset vniuocus vnum esset verum. ¶ Quarta est cōmentatoris quarto metaphisice capitulo de ente vbi dicit q ens nō dicit vnam intētionē ꝛ similiter Auicēna. Similiter cōmentator ꝛ philosophus tertio phisicoꝝ circa principiū hoc dicit expresse ꝛ alibi multotiēs. ¶ Quinta est porphirij q si quis entia vocet equiuoce nūcupabit nō igitur vniuoce sed analogice / accipitur ēm equiuocū ibi pro analogo quare ꝛc.

¶ Alia opinio est

q ens est vniuocum deo ꝛ creature substantie ꝛ accidēti vel dēcē predicamētis / non tū est vniuocū vltimis differētijs nec passionib' entis sic q predicetur de ipsis quidditatiue et vniuoce per modum alicuius cōis. ¶ Primū ꝓbant primo sic Illud cuius nomē est vnū, ꝛ ratio vna vel ceptus ad aliqua plura est vniuocū ad illa. Patet in principio predicamētoꝝ: sed ens est huiusmodi patet quia est idem cum cōceptu vero. Secundo q sit idem cōceptus vnus ꝛ idem intellectus non est certus ꝛ dubius simul de eodem hoc patet quia tūc esset dubius certus ꝛ nō certus: sed de aliquo cōceptu vero dei ꝛ creature substātie et accidētis intellectus est dubius: qđ patet primo per philosophos q fuerūt certi de aliquo puta de igne vel de sole vel' aliquo tali q esset ens / ꝛ tamen dubitauerūt vtrū esset primū ens / deꝰ vel aliud puta creatura. vnde et alii qui posuerūt ignem esse deum: tamē super hoc non fuerūt certi / quia hoc est falsum: nec fuerūt certi q esset creatura: quia tūc non posuissent cum esse deū igitur alius vnus cōceptus est entis ꝛ dei vel creature. Similiter patet de substātia ꝛ accidēte certū est ēm alicui intellectui q potētia anime est ens et tū dubium est sibi vtrū sit substantia vel accidens: igitur ꝛc. Hoc etiam confirmatur quia aliquis videns philosophos discordātes de ponēdo quid eēt ens potuit esse certus cū ipsis de cōceptu entis in aliquo / ꝛ tamē dubitare de cōceptu substantie vel accidētis. Dices q conceptus entis de quo est certus nō est vnus cōceptus sz sunt duo ceptus propinqui vel creature substātie vel accidētis et quia sunt propinqui intellectus nō distinguit. Contra Per istam rationē tollitur omnis vniuocatio cuiuscūq; cōceptus ita ēm diceretur tibi q cōceptus animalis nō est vnus ad hominē ꝛ assinum: sed sunt duo cōceptus proprij vel similes aliquo modo sub distinctione accepti: quare ꝛc. ¶ Secundo sic. Si cōceptus entis nō est vniuocus deo ꝛ creature substātie ꝛ accidēti / sequitur q nō possumus deū naturaliter cognoscere nec etiam substantiā: sed hoc est falsum: igitur ꝛc. Probatur consequētia quia si intellectus ggēs ꝛ obiectum fantasiatum puta quidditas sensibilis que est accidētis sint cause naturaliter agētes in intellectum possibilem toto conatu in ipsum: ꝛ immediate: causant pfectionē conceptū quē possunt causare in ipso: sed obiectū non potest causare in intellectu aliquē nobiliorem vel pfectiorem cōceptum cz sit suus proprius conceptus sibi adequatus: nec per cōsequēs potest causare aliud qui nō sit cōtētus in suo proprio formaliter vel virtualiter. Modo planū est q cōceptus dei nō continet virtualiter in cōceptu creature: sed magis ecōuerso: nec etiam cōceptus substantie in cōceptu accidētis sed magis ecōtra nec cōtinetur etiam essentialiter. Sed si ens non sit vniuocum / quia se totis distinguuntur deus ꝛ creatura accidēs ꝛ substātia sicut dicis: igitur nullum cōceptum possumus habere naturaliter de deo ex creaturis; nec substātie ex accidētibus nisi ens sit vniuocū ad ista ꝛ nisi dicat vnū conceptum essentialiter inclusum in ipsis. ¶ Tertio sic. In ente est cōparātio aliquoꝝ / ꝛ cōparātio nō abusiua sed propria. Vnde dicimus q deus est magis ens cz creatura ꝛ substātia cz accidēs: igitur ens est vniuꝰ: ꝛ patet consequētia septimo phisicorum vbi ēm non est cōmunitas ibi proprie nō est comparatio. ¶ Quarto sic. Aristoteles quarto metaphisice dicit q quibus inest vniuocatio si vnum est causa alterius illud est maxime tale ꝛ exemplificat de igne: tūc vltra deducit principia sunt cause veritatis igitur sunt maxime vera. Ista autem cōsequētia nichil valeret nisi ꝓsupponēdo q principia ꝛ predicamēta vniuocātur ī veritate. Et similiter potest argui de entitate / dicitur ibidē quia sicut vnū quoq; se habet ad veritatē sic ad entitatem. Igitur ens est vniuocū ad creaturā / ꝛ deū. Respondet quidam q ibi accipitur vniuocatio ꝓ analogia. Tota in hoc est translatio antiqua vniꝰ cōmenti in qua ponūtur que cōeuniunt diffinitioni. Modo planum est q si vna est idem ꝛ diffinitio q est vniuocatio ꝛ nō analogia. Item inter ens et nō ens est cōtradictio vera primo phisicoꝝ. Et patet per primū principium de quolibet ente vel non ente qđ est vnum ꝛ nō vnū dicēdum est multiplex. Vnde ꝛ terminꝰ entis distribuitur: ꝛ nō distinguitur talis propositio si quis omnia entia vocet dicit porphirius. vnde dicit q sua auctoritas nō cōcludit. Ita enim dicit philosophus q in genere latet equiuocationes septimo phisicoꝝ / ꝛ ens potest esse medium in vero sillogismo / sed si ens nō haberet cōceptuꝫ vniuocum nō esset vera cōtradictio quia nō esset vnius ad vnum / et similiter nō esset bonus sillogismus: sed in eo essent quatuor termini vel fallacia equiuocationis quia medium significat plura: igitur ꝛc. ¶ Sexto sic. Anselmus de libero arbitrio reprobat diffinitiones liberi arbitrij: qui dicit q est potestas peccādi; quia in deo est liberū arbitrium / ꝛ tū in ipso nō est potestas peccādi; sz ista reprobatio nō valeret nisi liberum arbitrium esset eiusdez rationis in creatura: ꝛ in deo similiter et in ente. ¶ Septimo sic. Augustinus decimoquito de trinitate probat q in deo est vita quia omne viuēs est nobilius nō viuēte: sed ista probatio nichil valet nisi vita vniuoce accipiatur vbicūq; igitur ꝛc. ¶ Octauo quia alias totus processus theologicꝰ ꝛ metaphisicus de deo esset vanus: quia amouēdo imperfectiones attribuunt deo id qđ inuenitur pfectionis in creaturis; sed iste processus nichil valet nisi id quod est pfectionis sit vniuocus hic ꝛ ibi quia si esset omnino alteriꝰ ratiōis hic ꝛ ibi; ita debet amoueri a deo qđ est perfectionis in creatura sicut id qđ est imperfectionis: quia nō plus ꝓuenit vnū deo cz aliud. ¶ Sic igitur dicūt isti q loquendo de vniuocatione que sufficit ꝛ requritur ad veram cōtradictionem ꝛ ad vnitatē medij / sillogismi

1. phisice.

7. phisi.

Anselm. de libe. arbi.

Aug. 15. de trī.

oportet necessario q ens sit vniuocum' deo ⁊ creature substãtie ⁊ accidẽti:quia hic est vera contradictio substãtia est ens/substãtia non est ens. Similiter hic est bonus sillogismus ens nõ est nichil substantia est ens:ergo substantia nõ est nichil.

q ens nõ est cõmune vniuocũ qddicatiue dictũ de vltimis differẽtijs ⁊c.

¶ Quicquid sit de aliis iste tres rationes vltime non videntur michi concludere quātum est ex vi deductionis ipsarum. ¶ Diceretur/enim ad primam q deus nec quidditatiue est necesse esse nec nō necesse esse/sic nec vnus nec non vnus vel sapientia vel non sapientia/et tamen non est in potentia ad esse/ sicut nec in potentia ad sapientiam nec ista negatiua de necessario non quidditatiue infert necesse esse sed est de inesse sicut patet/nec etiam infert illas duas seu alteram ipsarum. Nec sequitur euidenter q si non est necesse esse quidditatiue / q sit non necesse esse/sicut dictum est supra de vno et non vno. Sed bene sequitur q non est quidditatiue necesse esse: vel si ad illam sequitur q impossibile est diuinam essentiam non esse / verum est quidditatiue sic q esse sit de suo conceptu quidditatiuo et illud cōcederetur. ¶ Ad secundam diceretur q maioz est falsa. Ad probationem diceretur q esse non est primus actus sed magis essentia siue in re siue in conceptu. Unde sicut anteq̄ res existat vtrunq̄ est in potentia: ita vtrunq̄ est in actu et vtriq̄ conuenit actualitas quando res est et actualitas essentie prioz/et existentia quasi modus vel passio eius nec oportet prius in subiecto vel quasi in subiecto esse necessitatem essendi ante istam passionem que est ipsamet necessitas essendi sicut nec vnitatez ante vnitatis passionem: nec in creatura existere q est passio et extra conceptum quidditatiuum essentie create: quare et cetera. Unde non credo q aliqua ratio pura que non fundetur in auctoritate sicut fundantur precedentes necessaria et ineuidēs posset haberi ad hanc partem similiter nec ad oppositā

¶ Ad tertiam dicendū est q necesse esse z possibile/ nō diuidūt ens p ptradictionē sicut extrema ꝺditiōis qz tūc vnū esset affirmatioz aliud negatio/ sz bene sequunt ꝺdictoria ad ipa. Nō nō oportet de

omnibus talibus q conueniant quibuscunq; cõueniãt quidditatiue: q; possunt distinguere sicut passiões vel sicut accidẽtales. vel quasi accidẽtales p̃dicatates. Tñ puto bene q est de intẽtione doctoꝝ et philosophorum q quicquid non est quidditatiue ipsum esse q vel est impossibile vel possibile / et non necesse esse. ¶ Doctoꝝ resolutio. Dico igitur q esse actualis existentie ꝛ hec est intentio solemnium doctorum etiam Scoti distinctione secũda fui primi in illa questione vtrum deum esse sit per se notũ. vide ibidem.

¶ Ad p̃mũ aliorum ad p̃ie opi. dico q subsistere in diuinis duplex est vnum incõmunicabile quod est subsistere suppositale vel personale / ꝛ istud bene distinguitur ab essentia. Et similiter existere incommunicabile quod est idem sibi. Aliud est ibi subsistere vel existere essentiale ꝛ cõmunicabile ꝛ illud idem est penitus extra intellectum cum essentia ꝛ est ipsa per se primo modo. ¶ Ad secundum dico q essentia et esse secundũ cõmunissimas rationes suas vt abstrahunt ab eius esse in conceptu et in effectu a deo ꝛ creatura: supposito etiam q habeant rationes vniuocas: secundum rationem non habent q distinguantur quidditatiue nec q sint idem quidditatiue immo neutrum habẽt: quia in quibuscũq; entibus hoc cõuenit eis puta in omnibus creatis. In alio autem ente puta in deo non conuenit eis: sunt enim idem ibi ita q esse vnum quidditatiue vel non esse vnum accidit eis absolute sic a quibuscũq; secundũ q in diuersis possunt inueniri. Aliter posset dici q nõ est dare talem abstractionem essentie et esse secundum aliquam cõmunitatem vniuocam ad deum ꝛ creaturam sicut communiter diceretur. ¶ Tertio diceretur dato q eẽt hoc dare q adhuc esse posset includi in conceptu dei sicut et necesse est: licet distingueretur ab intentione essendi in cõmuni accepta. ¶ Ad tertium dico q nõ semper esse actu vel potentia necesse vel possibile seu contingens dicunt passiones entis sed aliquando partes vt in proposito sicut dicit Commentator in principio noni metaphisice de actu ꝛ potẽtia: ꝛ de necessitate esse dicit Aristoteles quinto metaphisice q necesse esse est inuariabile ꝛ impossibile aliter se habere / hoc autem non dicit potentiam entis sed magis partem: prius enim est necessitas in subiecto vt̃ quasi subiecto q̃ in passione vel quasi passione vt videtur / et ideo positio que ponit q prima necessitas essendi est passio destruit seipsam vt videretur alicui. ¶ Ad quartum dico q ita bene essentia cõuenit aliis attributis sicut esse quod est quidditatiue idem essentie ꝛ ita simile est de utroq;. Sed dico vltra q quodlibet attributum si ponatur quidditatiue distinctus ab essentia ꝛ quelibet relatio habet proprium esse actualis existentie qõ est sibi quidditatiue idem / et distinguitur ab esse actualis ipsius essentie / sicut ꝛ attributum ab essentia. ¶ Ad quintum dico q ista propositio deus est in re nõ alia est q̃ deus est deus vel essentia: ꝛ dico q questio de esse non pertinet ad probleuma de actualitate nisi solum in creaturis: quia in deo secundum Linconiensem non differt questio si est ꝛ si quid est. Aliter potest dici secundum Cõmentatorem q intelligit de esse quod significat complexionem propositionis vel extremorum in propositione et sic nõ est ad propositum. ¶ Ad sextum dico q si ratio est bona ita concludit q existentia non est quidditatiue existẽtia: quia si per impossibile nõ esset adhuc posset abstractiue intelligi per representatiuum ita bene sicut essentia. Et ita dico sicut dixi supra in questione prima / q noticia abstractiua de deo non abstrahit quidditatem ab esse in ratione obiecti cogniti: sed vt in re ꝛ in ente quia accidit sibi vt abstractione cognoscitur q existat in re: etiam existentie accidit q sit in re: vt sic cognoscitur. ¶ Ad septimum dico significatum nominis huius qui est vel esse / est ita abstractum in re sicut significatum nominis tetragramaton: sed secundum rationem / quia tetragramaton est magis abstractum sicut lux q̃ lucere / ꝛ cursus q̃ currere qui non differunt ab inuicẽ nisi secundum rationem. Hec de secundo articulo.

¶ Quantum ad tertium ar/ q deo p̃ prissime conuenit esse actualis existẽtie ꝛc. ticulum concludo ex predictis / et potest concludi q deo verissime et proprissime cõuenit esse actualis existentie: licet non vniuoce cum creaturis; immo nec verissime sibi conueniret si vniuoce conueniret sibi et creature quia nõ esset deus sicut dictũ est supra. ¶ Ad hoc ẽ prima ratio talis. Illi quod est simpliciter primum et summum in vniuersitate entium maxime conuenit esse: quia primum in vnoquoq; genere est maxime tale: sed deꝰ est huiusmodi: igitur et cetera. ¶ Secũdo sic. Illud a quo omnia participant esse est maxime et verissime / habẽs esse: igitur et cetera. ¶ Tertio sic. Illi verissime cõuenit esse cui soli cõuenit quidditatiue sed soli deo conuenit esse quidditatiue secundum Auicennam quia est necesse esse. Nichil autem aliud est necesse esse simpliciter. sic q de suo conceptu quidditatiuo sit esse et hoc secundum Auicennam: igitur et cetera. ¶ Quarto sic. Illud quod est mensura superuniens omnis esse est maxime esse: deus est huiusmodi: igitur et cetera. Hec de tertio articulo principali q deo cõuenit verissime esse / tamen analogice cũ alijs entibus.

¶ Ad p̃mum argumentum Ad p̃ncipales rõnes q̃stionis. principale patet ex predictis q deus non est vniuoce ens cum alijs. ¶ Ad secũdum dico q maior est falsa. Tu dicis primum principium complexum non posset negari mente dico q verum est: quia est summe proportionatum in esse cognoscibili intellectui nostro: non sic autem esse diuinum: ideo ꝛ cetera. ¶ Ad tertiuꝫ dico q bene concludit q deus non est vniuoce ens cũ rebus creatis: quia est causa equiuoca totius entitatis ipsarum.

¶ Ad quartum dico q esse est de conceptu quidditatiuo diuine essentie quando dicis q essentia diuina potest intelligi non intelligendo suum esse: dico q falsum est accipiendo esse notionaliter sed accipiendo essentialiter / bene est hoc possibile q; possibile est intelligere essentiam diuinã conceptu simplicis intelligentie non formando complexionem aliquam / vel compositionem q ipsa sit vel non sit / sed hoc non arguit q esse non conueniat sibi per se primo modo ꝛ verissime / sicut etiam ipsa conuenit sibiipsi. Sic ad istam questionem.

F. metha.

¶ Distinctionis Octaue.
Questio Secunda.

¶ Ecũdo q̃ro btrũ deꝰ solus sit summe simplex ¶ Et videtur q non sit simplex: quia simplicitas nõ dicit perfectionem simpliciter tunc esñ forma esset simpliciter perfectior q̃ compositũ igitur simplicitas non est in deo. ¶ Secundo sic: quia q forma debeat ineſſe alicui hoc est perfectiõis: licet sit imperfectionis q dependeat / igitur primum ponẽdũ est in deo q in eo sit forma dãs esse alicui materie vel subiecto: quare ꝛc. ¶ Tertio qõ alicui est accidẽs nulli est substantia: sed sapientia vel iustitia est accidens in creatura: igitur similiter in deo. ¶ Quarto sic. Videtur q solus deus non sit simplex quia punctus ꝛ vnitas videtur omnino indiuisibilis: igit summe simplicia. ¶ Quinto sic. Forma est simplici ꝛ invariabili necessaria consistẽs vt dicitur in sex principiatorijs igitur ꝛ cetera / ꝛ concludit hoc maxime de formis immaterialibus.
¶ Sexto sic. Prima principia vt materia ꝛ forma sunt simplicia quia alias esset processus in infinitũ in componentibus: igitur ꝛc.

¶ Contra Aug. 6. de trin. Magister in litera et Augustinus sexto de trinitate capitulo quito dicit q spiritussanctus est equalis patri propter summam simplicitatem. Et ideꝫ eodem sexto dicit q nulla creatura est vere simplex.

¶ In ista q̃stione sic procedã.
¶ Primo ostendam q deus est simplex in generali. ¶ Secũdo discurram per modos simplicitatis in speciali. ¶ Tertio ostendã q nulla creatura est omnino simplex / ꝛ per consequẽs q solus deus est summe simplex.

q deꝰ est simplex ī gñali ꝛc. ¶ Primum ostendo sic illud est oĩno simplex qõ nec est cõpositum ex alijs / nec ꝓponibile alteri: nec alterum componibile sibi vt patet: sed sic est de deo qõ probo. Primo sic. Purus actꝰ indepẽdẽs simpliciter nullam includit potẽtiam receptiuam nec aliquã dependẽtiam. Sed omne cõpositũ ex alijs vel cõponibile alteri necessario includit aliquã potentiam vel dependentiam ad aliquid igitur ꝛc.
¶ Secundo sic. Illud qõ est compositum vel alteri cõponibile potest esse pars alicuius vel includit aliquas partes in se: sed hoc est impossibile in deo cum deus sit infinitus simpliciter intensiue nõ potest excedi ab aliquo sicut pars / nec ĩcludere aliqd excessuꝫ vt partẽ: igit ꝛc. ¶ Tertio sic. Infinitũ intensiue includit per idẽtitatem realem esse ꝓponibile sibi in eodem: sed nullus tale est compositum vel componibile: igitur ꝛc. ¶ Quarto sic. Quod est in vltima ta perfectione nõ est in potentia ad aliquas perfectionem (patet de se) nec includit aliquam potẽtiam ad perfectionem: ꝛ per cõsequẽs nec est cõpositum nec cõponibile sed deus cum sit primũ necesse esse est huiusmodi. Hec de primo articulo.

¶ Quantum ad secũdum ar/ ticulum premitto q multiplex potest intelligi cõpositio / ꝛ similiter simplicitas: vna compositio potest intelligi ex materia ꝛ forma sicut ex principijs essentialiter distinctis vel ex accidente ꝛ subiecto. Alia cõpositio põt intelligi ex esse ꝛ essentia. Tertia ex actu ꝛ potentia. Quarta ex genere ꝛ differẽtia. Quinta ex partibus quantitatiuis. Sexta ex partibus homogeneis licet nõ quãtitatiuis. ¶ Dico igitur primo q deus est simplex per negationes compositionis ꝛ ex materia ꝛ forma. Primo quia omne compositum ex materia ꝛ forma dependet ab aliquo efficiente patet: quia causalitas materie et forme est imperfecta: igitur per necessitatem reducitur ad causalitatem perfectam cuiusmodi est causalitas efficiens vel finalis. Hoc etiam patet quia materia quantum est de se est in potentia contradictionis ꝛ mere passiua. Ad formam igitur quãtuꝫ est de se nõ est sub aliqua forma nisi per aliquod reducens ipsum de potẽtia ad actum: hoc autem non potest forma ipsa substantialis reducere materiam ad actum nisi informando eam ꝛ formaliter nõ autem effectiue: igitur oportet q ab aliquo efficiente reducatur ad actum forme a quo dependet ipsum compositum: sed deus cum sit primum efficiẽs non dependet ab aliquo efficiente / igitur ꝛc. Ista ratio potest adduci de quacũq; compositione substãtiali ex aliquibus realiter differẽtibus / nichil em̃ substantialiter cõponit seipsum: sicut nec causat vel efficit seipsum / ꝛ ita omne compositum substantiale necessario dependet ab aliquo extrinseco cõponente ꝛ efficiẽte quod nec est ipsum nec pars eius: propter quod ponit cõmentator duodecimo metaphisice q in deo non differunt realiter vita ꝛ intellegere vel sapientia: quia tunc necessario deus esset cõpositus ꝛ haberet aliquod efficiens prius ipsi ꝛ cõponẽs. ¶ Secundo sic. Vnitas compositi cum sit perfectior non potest reduci in vnitatem materie nec forme: quia quelibet earum est diminuta respectu illius reducti (dico sicut in aliquid perfectius vel eque perfectum cuiusmodi oportet esse aliquã causam totalem effectiuã cuiuslibet entitatis create causate) igitur oportet q reducatur in aliquam aliam entitatem et vnitatem que non videtur nisi efficientis. Sed entitas diuina nõ reducitur in aliquid sicut in efficiens nec in seipsum nec in aliquid aliud: igitur et cetera. ¶ Tertio sic. ꝛ est contra illud de materia et forma et subiecto et accidente: quod est purus actus non componitur ex materia et forma nec ex subiecto et accidente. Patet quia omne tale includit potentiam receptiuam et passiuam: deus est huiusmodi: igitur et cetera.

Cõpositio multiplex. Cõmẽta tor 12. metaphisice

q deꝰ est simplex ex negationẽ cõpositionis ꝛc.

¶ Secundo probo q deus non est compositus ex esse et essentia. Omne compositum ex esse et essentia quãtum est ex se est possibile esse secũdum Auicẽnam: vt dictum est in questione precedente. Sed deus cum sit primum et necesse esse: non est possibile non esse: igitur et cetera. ¶ Secundo sic. Illud quod est purum esse subsistens non est compositũ ex essentia et esse: sed deus est huiusmodi vt probatum est supra: igitur et cetera
¶ Tertio sic. Illud de cuius conceptu quidditatiuo est esse constituens eundem penitus conceptuꝫ cum essentia non est compositum ex essentia et esse / quia idem non componitur sibiipsi: sed deus est huiusmodi ex questione precedente: igitur et cetera.

q deꝰ nõ sit cõpositus ex eẽ ꝛ eẽntia.

m. 4.

q̄ de⁹ nō cōponit ex actu ⁊ potētia.

¶ Tertio ꝓbo q̄ deus nō est compositꝰ ex actu ⁊ potētia/quia est purus actus sicut dictum est supra. Secūdo quia oīne cōpositum ex actu ⁊ potētia est possibile esse sed deus nō est possibile:sed necesse esse:igitur ⁊c. ¶ Quartū dimitto ꝓbādum vsq; ad vltimā questionē huius distinctionis vbi ostendam q̄ deus nō est in genere. ¶ Quinto ꝓbatur q̄ deus nō est cōpositus ex partibus quantitatiuis/posset eē intelligi deus quantus:vel quia esset subiectum q̄titatis vel quia esset quantitas quedam molis subsistēs:vel quia esset virtus extensa per accidēs in aliquo corpore per se extēso sicut albedo. Sed nullo istorum modorū potest hoc intelligi:nō primo modo quia tūc deus esset cōponibilis accidēti ⁊ ens dependens/⁊ secūdum se imperfectum ⁊ potētiale/que oīnia repugnāt sibi. Nec secūdo modo q̄ q̄titas molis accidens est/⁊ natum inherere quod repugnat deo: Nec tertio modo hoc ꝓbat Aristoteles.viij.physicorum q̄ virtus primi motoris nō est ī magnitudine ꝓbatio/quia talis virtus sic extēsa per accidēs est maior in maiori magnitudine/cum igitur virtus primi motoris sit infinita nō potest poni in magnitudine finita:quia tūc posset dari aliqua virtus finita ꝙ illa est impossibilis igitur ⁊c. Ista ratio non ꝓbat apud illos qui dicunt q̄ q̄titas actu infinita nō est impossibilis(sicut reputo verum)ideo aliter deducitur q̄ virtus infinita si ponatur in magnitudine coextēsa sequuntur duo cōtradictoria:sequitur eē q̄ mouebit in nō tempore ⁊ motu ꝓprie acceptō vt distinguitur cōtra mutationem quia mouebit naturaliter ⁊ toto conatu. Omnis eē talis forma naturaliter agit ⁊ ex toto impetu:⁊ sequitur q̄ mouebit in nō tempore propter diuersam distātiā partium mobilis a virtute quanta mouēte / ⁊ quia impossibile est esse motum in non tempore cum sit per essentiam successiuus:igitur sequuntur incompossibilia ⁊ per cōsequēs positio est incompossibilis q̄ virtus diuina cū sit infinita sit virtus in magnitudine coextēsa:igitur ⁊c. Ista deductio Aristotelis nichil valet:quia non plus sequitur q̄ virtus infinita in magnitudine moueat in nō tempore ꝙ̄ q̄ virtus infinita separata posset mouere in nō tempore licet non necessario moueat:vel etiā si necessario moueat sicut diceret Aristoteles. Non est enim minus potēs virtus infinita extra magnitudinem:nec minus excedit virtutē finitam in vigore ꝙ̄ si esset ī magnitudine. Dico igitur q̄ dictū est nullū si est virtus infinita in magnitudine mouet in nō tempore. Repugnat eē motū esse in nō tempore quacūq; virtute:quia est essentialiter successiuus:⁊ si nō repugnaret dico q̄ virtꝰ extra magnitudinem infinita ita non posset mouere in non tēpore ⁊ ita moueret/si necessario ⁊ immediate moueret sicut virtus in magnitudine. Unde nō est ista ratio cogens ad ꝓbandum q̄ deus non sit quantus. ¶ Secundo sic. Quia tunc deus esset compositus ex partibus homogeneis vt albedo: vel caliditas infra speciem suam: quas aliqui vocant gradus ⁊ quas partes oportet ponere in omni forma que suscipere potest intensionem ⁊ remissionem/⁊ magis ⁊ minus hoc ꝓbo sic:quia omne habens tales partes non est actus purus sed subq̄ de⁹ nō ꝓpo.ex p tibꝰ q̄ntitatiuis.

8.phisic.

q̄ de⁹ nō sit cōpositus ex partibus homogeneis.

vna parte est in potentia ad alias sed deus est actꝰ purus. ¶ Secundo sic nullum habens tales partes dicit sibi omnes suas ex suo conceptu quidditatiuo. Patet q̄ tūc vbicūq; saluaretur conceptus eius quidditatiuus saluarētur omnes partes vel gradus:sed deus distinguit sibi ex suo cōceptu qd ditatiuo omnem gradum diuine essentie possibiles igitur et cetera. ¶ Sic igitur dico quantum ad secundum articulum q̄ deus est vere et summe simplex per negationem cuiuscūq; compositionis q̄ nec est compositus ex aliquibus nec alicui componibilis:nec est aliquid componibile sibi. Cōfirmatur est enim deus quicquid habet excepto relatiuo vndecimo de trinitate capitulo quarto.

Summatio predictorum.

II.de tri.

¶ Quantum ad tertium ar/ticulum dico q̄ est vna opinio q̄ omne creatum necessario est compositum ex actu et potentia ⁊ per consequens nullum creatum est simplex. ¶ Hoc probant dupliciter. Primo sic. Nullum creatū est purus actus quia tunc esset deus:nec pura potentia tunc esset nihil:igitur est compositum ex actu ⁊ potentia. ¶ Secundo sic. Ens per participationem est compositum ex participante ⁊ participato sed omne creatum est ens per participationem igitur et cetera. Componitur igitur ex actu sicut ex participato et potentia sicut ex participante. Confirmatur quia omne creatum cadit et recedit a simplicitate primi. ¶ Sed contra hoc arguitur quia si omne ens creatum est compositum realiter non est compositum nisi ex creatis. Tunc quero de aliquo illorum aut est compositum ex alijs creatis et sic erit processus in infinitum quod est falsum: vel non est compositum ⁊ sic non omne creatum est cōpositum. Preterea prima componentia non sunt composita alias nō essent prima:sed in rebus creatis est dare prima componentia principia enim nō sunt ex alijs.primo physicorum igitur et cetera. ¶ Dicunt igitur isti q̄ compositio est in quolibet creato non expositiuo et positiuo reali: quorum vnum sit actus ⁊ aliud potentia. Sed ex positiuo⁊ negatiuo:quod est:quia in omni creatura est aliq̄d positiuum et aliqua negatio vel carentia alicuius nati inesse:non quidem secundum se:sed secundum commune sibi quod est ens:quia in omni creato est aliqua perfectio entis sicut talpe deficit aliqua perfectio sibi non repugnans secundum genus suum quod est animal quod est visus. ¶ Secundo dicunt q̄ omnis essentia creata vel est composita ex materia ⁊ forma vel est mataria vel forma quarum vtraq; est altera componibilis. Si est accidens planum est q̄ est componibile alicui subiecto vel aliquod subiectum sibi. De substantijs etiam separatis que sunt forme non tamen materiales. Patet: quia non sunt simplices quia sunt in genere: et per consequens componuntur ex actuali ⁊ potentiali/ex genere ⁊ differentia:etiam sunt receptiua intellectionum ⁊ volitionum et affectionū que sunt accidentia secundum fidem quicquid de hoc senserit Aristoteles vt alias apparebit.

1.opinio q̄ nulla creatura ē summe simplex.

obiectio.

1.phisi.

resolu.huius 1.opi.

¶ Onus alius assignat q̄ in quolibet ente creato essentialiter distincto ab alio est compositio ex actuali ⁊ potentiali:quia natura in ipo composita cum sua differētia indiuiduali est sicut aliquid potētiale respectu illius differentie indiuidualis. Distinguitur enim realiter natura ⁊ differētia indiuidualis ⁊ non faciunt vnum nisi per compositionem. Ita relatio et fundamētum compositionis. Unde sicut ⁊ relationis vestigialis vel respect⁹. ¶ Sic igitꝰ dicit iste cōcordans in conclusione cum alio q̄ nulla creatura est simplex/nec aliqua realitas creata: q̄ quelibet vel est composita vel alteri componibilis/sicut realitas generis est componibilis. Realitas etiam cuiuscunq; differentie:realitas etiā cuiuscūq; speciei composita ex genere ⁊ differentia vel ex materia ⁊ forma: cum hoc et realitas cuiuscūq; indiuidui ex genere ⁊ differentia indiuiduali:⁊ cum hoc aliquā do ex materia ⁊ forma sicut in substantijs compositis:in omni ente creato eētialiter distincto est cōpositio ex respectu ad deū ⁊ suo fundamēdo. ⁊ forte sic de aliquibus alijs respectibus.

2.opinio

2.phisi.

Resolutio doctoris q̄ solus deus est sūme simplex. ⁊c.

¶ Concludo igitur scdm ista q̄ solꝰ deus est summe simplex quia ipe solus est non compositus ex alijs nec cōponibilis alteri nec aliud componibile sibi nulla autem creatura est talis.quare ⁊c. Dico tamen q̄ proprie loquēdo ex positiuo ⁊ negatiuo vel priuatiōe non est compositio in creatura. Sic enim forte posset poni cōpositio in deo quod non est verum: sed alijs modis ex positiuo ⁊ positiuo vt dictū est. ¶ Secundo cōcludo q̄ nō oportet q̄ omnis realitas creata vel increata reperta sit in cōposita ex positiuo ⁊ positiuo aliquo reali quia tunc esset processus in infinitū licet oporteat hoc de omni essentia creata. ¶ Nota hic q̄ idem simplex indistinctus extra intellectū per idem sibi/potest dici actuale ⁊ potētiale vel potentiale quia sibi non repugnat nō esse vel ens actu esse:sed cadit ⁊ deficit ab actualitate primi que est pura ac per hoc in potētialitatē cadit:ita q̄ nō est imaginādum scilicet q̄ actus ⁊ potentia in quolibet creato sint distincta realiter licet aliquando sit ita/nec per consequens q̄ semper faciant compositionem proprie dictam:sed bene arguunt eam pro tanto q̄ est talevel in se compositum sicut patet de composito ex materia ⁊ forma vel ex genere ⁊ differentia vel ex natura ⁊ differētia indiuiduali/vel quia est alteri componibile sicut ipa differentia indiuidualis que non est in se composita in simplicibus naturis:saltem nec realitas supremi generis/nec realitas differentie cum quelibꝫ istarum est alteri componibilis. Nota tamen q̄ nō omnis compositio talium est respectus realis: quia tunc esset processus in infinitum sed solum compositio eorum que essentialiter distinguntur. Unde stant ista duo simul q̄ aliquid vel aliqua sint realiter composita/sicut potentia ⁊ actus formaliter idem sunt ⁊ essentialiter cum hoc q̄ talis compositio non sit respectus realis sicut deus vere ⁊ realiter ē creator ⁊ dominus creature ⁊ tamen respectus dominii ad creaturam non est in eo realis nec potest ita dici de cōponētibus essentialiter distinctis que possunt separari ⁊ non vniuntur/nec per mutationem reales quam sequitur necessario vnio ⁊ compositio qui est respectus realis. Nunc respondeo ad rationes prime opinionis.

Nō hec.

Ad rōes pme opi.

¶ Ad primam dico q̄ si eēt pura potentia obiectiua nichil esset reale sed non est talis potentia. ¶ Ad secundū dico q̄ cōcludit si bene deducatur q̄ creatura est composita ex deo ⁊ ex seipa sicut ex participante ⁊ participato/⁊ ideo dico q̄ creatura dicitur ens per participationem non quia habeat partem ⁊ partem/sed illud quod est non compositum habet rationem partialis esse ⁊ defectum respectu esse diuini a quo est/⁊ quod est/ quasi totale ⁊ perfectum esse non defectiuum esse in aliquo. Ad confirmationem patet ex dictis.

Adrōes pncipales.

¶ Ad primum principale dico q̄ licet simplicitas non dicat perfectionem simpliciter sed solum negationem imperfectionisque est compositio: tamen potest poni in deo sicut vnitas que non dicit negationem/ et sicut relatio que non dicit perfectionem simpliciter. Vel aliter q̄ simplicitas ⁊ perfectio simpliciter tamen non sequitur q̄ materia sit perfectior ꝗ̄ compositum; quia licet materia sit simplicior: compositum tamē est actualius. Actualitas autem in creaturis est maior perfectio ꝗ̄ simplicitas ita q̄ secūdum istam solutionem perfectionis simpliciter licet in deo sint equales simpliciter:in creaturis tamen habent gradus. Prima solutio magis michi placet. ¶ Ad secundum dico q̄ impossibile est q̄ forma dat esse per cōpositionem sine dependentia: tamen dico bene q̄ aliqua forma dat esse aliquādo sine hoc q̄ ifomet sicut natura dat esse suppposito non per informationem. Similiter etiam suppositus dat subsistere nature non per informationem. ¶ Ad tertium dico q̄ sapientia creata que est accidēs nec aliquod eius est in deo nec aliquid vnitiocum sibi:sed sapientia est aliquid transcendens/⁊ conuenit enti ante diuisionem sui in deum ⁊ creaturam / ⁊ ideo nullo modo in deo est accidens/nec facit in ipo compositionem quātūcunq; ponatur distincta ex natura rei a diuina essentia. Similiter de alijs attributis ⁊ relatione. ¶ Ad quartus dico q̄ materia ⁊ forma sunt componibilia ⁊ sunt etiam composita ex aliquibus realitatibus realiter non autem ex essentialiter distinctis ⁊ ideo non valet processus in infinitum q̄ materia ⁊ forma non sunt simpliciter prima cōponentia.sed quidditas materie:ꝙ sua differentia indiuidualis ⁊ similiter de forma ⁊ ille amplius non componūtur ex alijs. ¶ Ad sextum dico q̄ forma est simplex(saltem forma respectiua extrinsec⁹ aduenies de qua intelligit ibi)⁊ hoc per negationē compositionis ex principijs essentialiter distinctis cuiusmodi sunt materia ⁊ forma/vel etiam ex partibus quātitatiuis per se intrinsecis non aūt quia sint componibiles cū sint accidētia vel composite ex genere ⁊ differentia ⁊ actuali ⁊ potentiali sicut de alijs dictum est supra.

¶ Distinctionis Octaue.
Questio tertia.

¶ Ertio ꝓbatur q̄ solius deus sit immutabilis. ¶ Videtur q̄ non sit immutabilis imo mutabilis: oē illud quod habet habitudinem ad aliquid p se mutabile est mutabile:quia habitudo permanere nō pōt termino suo non manente: sed deus est huiusmodi/habet enim habitudinem primitatis ad omnem creaturā ⁊ accidens

tis ⁊ causalitatis. Patet igitur ⁊c. ¶Secūdo sic. Omne illud quod se habet nunc aliter ℈ prius est mutabile: sed deus se habet aliter nunc ꝙ prius producendo aliquam rem de nouo/ qz modo est producens ⁊ prius non: ⁊ exit ab otio in actum/ igit̄ de⁹ est mutabilis. ¶Tertio videt̄ ꝙ nō solus ip̄e sit immutabilis qz quod est mutabile est subiectū vel terminus mutationis/ sed actio non est subiectum nec terminus mutationis / nec similiter motus vel mutatio quinto Phisicorum. Igitur ista nō sunt mutabilia. ¶Quarto sic. Aristoteles. 12. methaphisice in illo capitulo. Utrū aūt. ⁊c. Postq̄ ostēdit prius aliquod esse necesse esse ⁊ immobile vel immutabile inquirit si talia entia sint plura. Et respōdet ꝙ est dare plures substātias necesse esse sempiternas ⁊ immobiles ⁊ sine magnitudine: igitur non solum prima intelligentia que est deus est immutabilis sed alie plures intelligentie.

5. Phisi. 12. meth.

Mala. 3. **¶Contra** primū Malachie tertio. Ego dominus ⁊ nō mutor. ¶Contra secundum dicit Augustinus sexto de trinitate/ ꝙ omnis creatura mutabilis ē. Et similiter primo de trinitate dicit ꝙ solus deus est imutabilis. Et allegat illud Apostoli quarto Solus habz immortalitatem. igitur ⁊c.

Aug. 6. de tri.

¶In ista questione sic ꝓcedā

¶Primo distinguā de mutatōe vel mutabilitate. ¶Secdo ostēdā ꝙ de⁹ est simpliciter ⁊ oīo imutabil'. ¶Tertio ꝙ oīs creatura est aliquo modo mutabilis / ⁊ per consequens ꝙ solus deus est simpliciter immutabilis.

Mutatōnis acceptiones.

¶Quantum ad primum di/

co ꝙ mutatio accipitur vno modo ꝓprie/ alio modo accipitur large ⁊ improprie. Mutatio proprie accepta describitur tertio phisicorum/ ꝙ est actus entis in potentia secūdum ꝙ huiusmodi: vel act⁹ mobilis seu mobilis in eo qđ mutabile. Ex quo apparet ꝙ mutatio requirit subiectū cui⁹ ipa st act⁹ ⁊ accidēs. Ex quo patet ꝙ nec creatio nec annichilatio nec transsubstantiatio totalis est ꝓprie mot⁹. Mutari enim est aliter se habere nūc ℈ prius sed actualitas est entis. igit̄ nichil qđ totaliter accipit esse nouum vel nō esse mutatur quia prius nō fuit ens ⁊ per consequēs non se habuit aliter qz eodem modo se habuit sicut vnum nichil. Secūdo requirit in subiecto necessario negationem termini alicui⁹ positiui ad quā est/ vel positionē termini quā destruit: quia est inter duos terminos quorum vn⁹ est positiuus ⁊ alius negatiuus: hoc patet quia est actus entis in potentia. Ens autem in potentia includit negationem illius ad quod est in potentia/ ⁊ est in potentia ad aliquid vel ad negationem eius. Ex quo patet ꝙ si aliquid ꝓduceret̄ ab eterno quātūcunq; in subiecto ⁊ de subiecto hoc nō esset ꝙ verā ⁊ ꝓpriam mutationem qz in subiecto tunc nō precederet negatio termini. Tertio requirit̄ ꝙ sit actus habens ordinem in terminum: qz est act⁹ entis in potentia secūdum ꝙ huiusmodi/ qz in ordīe ad aliquem terminum ponēdum vel corrumpendū per ipam. Unde patet ꝙ nulla forma non habens ordinem in terminum (cuiusmodi est omnis forma absoluta) isto mō potest dici mutatio. Unde nec albedo nec forma substantialis possunt dici mutationes nec sunt motus nec generatio: qz tunc mutatio esset actus mutabilis in ordine ad seipsum quod ē nichil. Quarto oportet ꝙ mutatio sit actus instātaneus vel in fieri ⁊ successiuus: Instantaneus sicut generatio: Successiuus sicut motus. Unde impossibile est ꝙ aliqua forma permanēs sit mutatio vel motus. Et hoc patet ex ipsa ratione mutationis q̄ excludit esse permāsiuum. Quod eīm permanet nō mutatur secūdum ꝙ huiusmodi/ imo ista opponūt sicut album ⁊ nigrum. quare ⁊c. Et ista mutatio ꝓprie accepta cōmunis est ad generationem ⁊ corruptionē/ que sunt mutatiōes substantiales: ⁊ ad mutationes instantaneas accidentales cuiusmodi est illuminatio/ ⁊ ad mutationes accidentales successiuas q̄ sunt mot⁹ sicut alteratio augmētatio ⁊ latio. Un̄ ibi accipit Aristo. motū nō ꝓprie distinguēdo ipsum a simplici mutatione ꝙ etiam nōdum distinxerat inter ista. Unde ⁊ ibidē exēplificat ⁊ de motu ꝓprie dicto ⁊ de simplici mutatione cuiusmodi est generatio vel corruptio substātialis. ¶Alio modo accipitur mutatio improprie vel large ꝓ quacūq; noua inceptiōe alicuius esse realis vel desitione talis esse quātūcūq; non de subiecto; ⁊ hoc siue per se siue per accidens ⁊ isto modo creatio vel annichilatio dicūtur mutationes ⁊ transsubstātiatio: ⁊ omne breuiter quod pōt incipere vel desinere dicī mutabile: primo aūt mō nō/ sed solū subiectū mutatiōis dicīt mutabile Hec de primo articulo.

Secda mutationis accepto.

¶Quantum ad secūdum ar

ticulum Probo primo ꝙ deus non est mutabilis mutatione ꝓprie dicta ⁊ acceptōe. Primo modo primo sic. Illud quod nō est componibile cum aliquo nec potest habere rationem subiecti nō est mutabile primo modo patet ex predictis: sed deus nō est componibilis cū aliquo nec potest esse subiectū alicuius vt dictum est supra ⁊ ꝓbatum. igitur ⁊c. ¶Secūdo sic. Illud qđ nō est in potētia ad aliqđ non est mutabile ad aliquid sicut dictum est: qz mutatio est actus entis in potētia: sed deus cum sit purus actus ad nichil est in potētia. igitur ⁊c. ¶Tertio sic. quod est idē realiter omni ꝓpossibili sibi formaliter in eodē supposito non est mutabile: ⁊ de⁹ est huiusmodi cum sit infinitus intensiue simpliciter. igit̄ ⁊c. ¶Quarto sic. qđ secūdum totū id qđ ē ⁊ qđ habet est necesse esse est imutabile/ quod patet qz omne mutabile ℈ primum modū potest habere aliquid qđ nō h⁹: sed deus est huiusmodi. igit̄ ⁊c. ¶Secūdo probo ꝙ deus est imutabilis per negationem mutationis dicte large etiā ⁊ cōmuniter. ¶Primo sic. Necesse esse ex se formaliter non potest non esse vel eē post nō esse/ sed de⁹ est hmōi. igit̄ ⁊c. ¶Secūdo sic quod est primum simpl'r in entibus non potest mutari ab esse in nō esse/ nec econuerso: quia tūc dependeret ab alio ⁊ nō esset primum sed deus est huiusmodi. igit̄ ⁊c. ¶Tertio sic. Illud nō potest mutari ab esse in nō esse de cuius conceptu quidditatiuo est esse/ sicut nō pōt mutari a ꝓcepto quidditatiuo ad nō conceptū: sed deus est hmōi vt ꝓbatum est supra. igit̄ ⁊c. Et concludūt iste rōnes de deo ⁊ omni eo qđ est in ipo formaliter ⁊ ex natura rei qz omne tale est deus. Unde nec pōt esse subiectum nec terminus alicuius mutationis nec mutatio ipsa siue ꝙ se siue per accidens. Unde dico ꝙ est simpl'r imutabilis ⁊ per se ⁊ per accidens.

ꝙ de⁹ nō est mutabilis mutatiōe ꝓpe dicta.

Instātie; ꝫ ꝓdicta.

¶Sed forte instabis ꝙ deus est mutabi/

lis Primo modo quia quicunq; vult aliquid de nouo mutatur. patet. sed de⁹ vult aliquid de nouo qz creat aliquid de nouo/ suū aūt creare est suum velle secūdum me. igitur ⁊c. ¶Secūdo sic. Sicut se habz volūtas noua ad effectum nouū sic volūtas antiqua ad effectū antiquū sed volūtate noua nō potest ꝓduci effectus antiquus igitur nec antiqua vel eterna nouus: ⁊ deus ꝓducit aliquid de nouo igit̄ habet volūtatem vel volitionem nouam. igitur mutatur. ¶Tertio sic. vel deus ab eterno voluit effectum suū ⁊ sic de necessitate/ ⁊ sic effectus est eternus: vel voluit cōtingenter ⁊ tūc voluntas eius fuit indeterminata: sed nichil indeterminatū exit in actū nisi per aliqđ determinetur: igit̄ oportet ipsam determinari ⁊ ꝙ cōseqūs mutari. ¶Quarto qz si volūtas ei⁹ est indeterminata quare pl⁹ vult hoc ℈ illud nō videt̄ rō.

Solutio instātiaꝝ precedē.

¶Ad primam instantiam dico ꝙ deus

bet de nouo sed vnico actu eterno vult oīa ab eterno ex parte sui: ⁊ aliqua ꝓ tali imo ꝓ tali tēpore ex parte volitoris/ vnde dico ꝙ ratio actiua nō est nisi volitio eterna dei de qua voluit ⁊ vult rē eē ꝓ illo nunc in quo creatur. ¶Ad secūdam dico ꝙ prima comparatio vel similitudo est mala: quia voluntas noua est voluntas creata ⁊ limitata/ nec habet esse ante antiquum effectum nec natura nec durationē: voluntas autem antiqua diuina est illimitata ⁊ oīpotēs: ⁊ potest in aliquid posterius puta in effectum nouum cui ꝑexistit natura vel duratione/ ⁊ ideo dico ꝙ volūtas diuina ꝓpter sui illimitationem ⁊ perfectionem vnico simplici actu et eterno potest velle ⁊ vult omnia quecūq; vult ⁊ nouа ⁊ antiqua. ¶Ad tertiam dico ꝙ voluntas diuina voluit ab eterno quicqđ vult ⁊ voluit/ nec tamē sequitur ꝙ effectus aliquis sit eternus/ qz ab eterno voluit omnem effectū suum esse nouū ⁊ ex tempore/ ita ꝙ actus voluntatis diuine licet sit eternus in se ⁊ necessarius tamē obiectum sup quod transit potest esse contingens ⁊ nouum. Tu dicis igit̄ voluntas secundum se est indeterminata ⁊ sic vult cōtingēter. Dico ꝙ nō est indeterminata indeterminatione passiua sed bene actiua: nec etiam ꝓius ℈ determinētur tempore vel aliqua duratione: sed solum ratione. ⁊ ideo nec oportet ip̄m per aliqđ aliud determinari nec de nouo determinari nec mutari aliquo modo/ nec est etiam indeterminata ad actū intrinsecū sed ad obiectum contingens extrinsecum. ¶Ad quartum dico ꝙ voluntas dei est ꝓia causa oīm: prime autē cause non debet queri causa ⁊ ideo dico ꝙ voluntas vult hoc ⁊ non illud ⁊ hoc prius ℈ illud ⁊ nulla est causa altera sed solum qz voluntas est voluntas / ⁊ dico ꝙ in contingentib⁹ sicut ⁊ in necessarijs necesse est deuenire ad aliqua prima ⁊ ꝛmediata quorum non est altera causa. vñ inter ꝓpones contingentes necesse est dare aliquā primam ad quam stat resolutio omnium aliarum/ ⁊ illa est propositio deus vult/ sed voluntas diuina vult contingens vel contingenter quequidem volitio licet in se sit necessaria tamē vt transit super obiectum contingens quod est possibile ⁊ creatura dicitur ⁊ denominatur contingens.

varie phi losopho rū opi.

Auicēna 5. metha.

Q; oīs creatura aliquo ē mutabil.

Aug. 5. super Gen. ca. 8.

Gregs.

¶Quātum ad tertium arti/

culū dico ꝙ philosophi aliqua alia a primo posuerunt esse necesse esse ex se formaliter ⁊ aliq; ex ipsis sicut refert Augustinus vndecimo de trinitate dei. Posuerunt ꝙ illa sunt dependentia a primo non tamen sunt facta: ita ꝙ sicut a fine dependēt a deo non sicut ab efficiente quēadmodū imponunt multi astrologi. ¶Alij vero posuerunt ꝙ illa sunt necesse esse ex se formaliter ⁊ tamen dependētia ⁊ facta in primo necessario tamē/ ⁊ imutabiliter. Addo autem mēbrum qui est Auicēne quinto methaphice qui etiam imponit Aristoteli ab alijs ꝙ vnū quodq; incorporale aliud a primo est possibile esse secūdum quidditatem ⁊ necesse esse secūdum existētiam/ quam largitur agens necessario deus ne ponatur mutatio in ipo secūdum oēs istos oporteret dicere ꝙ non solum deus est imutabilis sed etiam alia a deo ⁊ corruptibilia ⁊ imutabilia aliquo modo/ licet non simpliciter ⁊ oīno sicut deus que oīa sunt falsa ⁊ cōtra fidem ⁊ de predictis inquirā in secdo.

tibus quia cū intelligibilia sint infinita intellectiones erunt actuinfinite ꝛ per cōsequēs subiectum ipsarū. Dices ꝙ intellectiones erūt actu. Contra ex hoc habetur ꝓpositum ꝙ sc̄a natura angeli mutabilis est ad fōrmam accidentalem. Dices ꝙ sunt substantia angeli. Contra qꝛ tunc substantia angeli erit infinita intensiue:qꝛ substantialiter continet intellectiones infinitas. Si dicas ꝙ pluribus intellectionibus succedentibus intelligat habetur ꝓpositum ꝙ substantia angeli sit mutabilis ad accidēs Si dicas ꝙ vnica intellectiōe/aut illa erit accidēs ꝛ sic habetur ꝓpositum si substantia angeli. Cōtra Omne quod habet ex natura ꝛ substantia sua (non dico tanḡ accidens distinctum)intellectionē infinitorum est substātialiter infinitū intensiue:angelus est huiusmodi per te igitur ꝛc̄:sed hoc ē falsum. Igitur intellectio angeli est accidēs eius ꝛp consequēs angelus est mutabilis ad ipam. Ista ratio tanḡ ꝓbabilis relinquatur quia non videf michi ꝙ demonstret. ¶ Nota hic ꝙ ista rō scōm me non est de magistro qꝛ infinita distincte nō arguit infinitam perfectionem in intelligente; ꝛ hoc siue sit illa intellectio accidens siue substantia intelligētis. De substantia dictum e supra distinctione tertia, vbi loquebatur de infinitate dei. De accidente dicetur in Tertio. distinctiōe quarta decima de noticia animę xpi in verbo qua videt infinita distincte in verbo siue verbum/ꝛ tamē illa intellectio nō est actu infinita:hoc tamē magis posset euadi quia hoc est per rationem vnius primi obiecti qđ nō cōprehēditur:nec ista eque ꝑfecte intelligunf sicut possunt intelligi /sicut nec primū obiectum per qđ intelliguntur perfecte comprehendiꝫ ꝛ ita nō opꝫ noticiam accidentalem esse infinitam infinitorum distincte:tamē forte aliqua similia possent dici de intellectione secūde intelligentie. Diceref enim ꝙ vel per seipsam vel ꝑ primam itelligitur alia/ꝛ nec seipsam nec primam itelligit ita perfecte sicut est intelligibilis sed solum primam/ ꝛ ita finaliter non video ꝙ illa ratio demonstret. Diceref etiā ꝙ illa prima euasio nō valet: qꝛ licet deus ita perfecte intelligat alia sicut sunt itelligibia ꝛ ꝙ obiectū comprehensum non tamē est ratio demonstratiua ꝙ deus sit infinitus requiꝛe supra distinctione secunda. Deiceretur tamē sustinendo illam euasionem ꝙ licet intelligere infinita quantum perfecte intelligi possunt non demonstret infinitatem itelligentis:tamē non intelligere perfecte ḡtum sunt intellgibilia tollit sufficiēter infinitatem intelligētis. Similiter etiam angeli sunt mutabiles secundum locum/secundum modum existendi in loco/secundum veritatem fidei/ꝛ Damascenum primo libro capitulo tertio. Alia autez sunt creata q̄ ꝓprie non sunt mutabilia secundum istum modum mutationis sed vel sunt mutiones ipse vel termini mutationum vel aliquid concomitās ipa.

Nota sequētis.

cōclusio finalis ꝙ sol⁹ de⁹ ē simplr immutabil.

¶ Concludo igitur ꝙ solus deus simpliciter est immutabilis quocunqꝫ modo mutationis nec effe potest esse subiectum mutationis qꝛ est purus actus/nec terminus mutationis quocūqꝫ modo /qꝛ primum est summum necesse esse / imo ipe solus necesse ee nō de nullo sicut ait August. 12. de ciui. dei. cap. 1. Et hec de. 3. ar.

Ad rōes ꝓncipa.

¶ Ad ꝓmum principale dico ꝙ deus nullam realem rationem vel aptitudinalem habet ad creaturam sed econuerso ad ipsum.

¶ Ad secundum dico ꝙ deus nichil vult volitione noua licet volitum sit nouuz in esse ideo dicitur creans de nouo. ¶ Ad tertium dico ꝙ licet mutationis nō sit mutatio vt subiecti:tñ incipit ꝛ desinit esse ꝛ ideo mutabilis est large. ¶ Ad quartum dico ꝙ Aristoteles in hoc erzauit.

¶ Distinctionis Octaue. Questio Quarta.

¶ Darto q̄ro vtruz

deus vel aliquid sibi formaliter intrinsecū sit in aliquo genere vel predicamēto. ¶ Videtur ꝙ sic. qꝛ si nō hoc videretur qꝛ est infinitus: quia infinito repugat eē in predicamento siue in genere: Sꝫ hoc non obstat qꝛ infinito non repugnat eē in genere. Nam philosophus. 6. Thopicoꝝ. docens diffinitionem linee recte que est cuius medium non exit ab extremis/ꝑ hoc ꝙ si esset linea infinita ista diffinitio non conueniret ei qꝛ nō haberet extrema igitur linea infinita est diffinibilis ꝛ possibilis ꝛ ꝙ cō sequens in genere quātitatis. quare ꝛc̄. ¶ Secundo sic. Omne ens contractum videtur esse in genere sed deus est ens contractum ꝛ ens determinatū qꝛ hoc ens singulare. igitur ꝛc̄. ¶ Tertio sic substantia est in genere:sed deus est substantia/ quia ē ens nō in alio sed per se stat:igiꝫ ꝛc̄. ¶ Quarto sic Simplex potestesse in genere vt patet de angelo/ igitur non obstante ꝙ deus sit simplex deus poterit esse in genere.

6. thopi.

¶ Contra Magister in littera. Et Augustinus quinto de trinitate ca. 2. Intelligam⁹ ḡtum possumus deum sine qūtitate magnum. ꝛc̄. Vbi excludit a deo predicamenta ꝛ etiam secundum que videtur denominari ipe de⁹.

Aug⁹. de trini.

¶ In ista questione sic ꝓceda

¶ Primo distinguā de genere ꝛ declarabo membra diuisionis. ¶ Secūdo ponam vnam opinionē de questione. ¶ Tertio respondebo ad questionē.

¶ Quantum ad ꝓmum dico

ꝙ est genus logicum ꝛ genus methaphisicum/ ꝛ genus phisicum. Genus logicum nichil aliud et vno modo ḡ intentiones secūde ordinate secūduz ordinem subiectibiliū ꝛ predicabilium ab ipo intellectu. Intellectus enim est qui facit intentiones secundas ꝛadaptat eas secūdum ordinem ꝛ habitudinem primarum. ¶ Unde dico ꝙ predicamētum logicum formaliter loquēdo nō est in se nisi intentio secūda generis generalissimi subalternarum et speciei specialissime ꝛ differentiarum ꝛ indiuiduorum vel indiuidui illius generis. Verūtamē quia intentio quelibet secūda cōcernit intentionē ꝑmā super quā fundatur: ꝛ ꝓpter hoc etiam gen⁹ predicabile in concreto differenter genus est quod ꝓdicatur. ꝛ c̄. ¶ Quid autem sit intentio secūda. Dico ꝙ non est nisi vnus respectus rationis operaⁿ per intellectum comparantem ad aliud conformitē ad primas intentiones que sunt ipsis in cōparatis. ¶ Aliter potest dici ꝙ genus logicum est qđ ꝓdicatur in quid de pluribus differētibus specie: ꝑ quātō cōcernitur ab intentione secūda generis fūdata super ipm intellectum ꝓ tāto esn dicitur logicum. ¶ Genus vero methaphisicū dicitur aliqđ quod predicatur de pluribus differentibus specie quod est a motu ꝛ a materia phisica abstractum.

quid genus logicum.

¶ Genus phisicum dicitur quod predicaf de pluribus differentibus specie in quid. quod est a motu ꝛ a materia phisica vel naturali coniunctum. vñ patet ꝙ idem potest dici genus logicum ꝛ methaphisicum vt substantia incorporea. Similiter idem potest dici logicum ꝛ phisicum vt substātia corporea. Sed methaphisicum ꝛ phisicum nequaḡ.

Predicamentum Bertha.

¶ Genus autem vel predicamētum methaphisicū nichil aliud est ḡ multitudo aliquoꝝ ex natura rei distinctorum ꝑdicabiliuz de seinuicē ordinate sm realitates magis ꝛ minus cōmunes ḡtum ad genera ꝛ species:vel nō cōmunes ḡtum ad indicia. Et puto ꝙ iste realitates debent vocari prime intentiones ꝛ quales sint tales realitates dicetur in fra. ¶ Unde dico ꝙ ꝑdicamentum substantie nichil aliud est ḡ multitudo substātie corporis/corporis aiati aialis/hois vl'asini/soztis vel bzuelli/ ꝛ etiam differentiarū lateralium q̄ per se non sunt in predicamēto:sed per reductionem ad illa que diuidunt ꝛ illa que cōstituūt. Genus aūt methaphisicum secundum ꝙ hmōi dicitur qꝛ abstrahēs a materia ꝛ motu sm rem sm intentionem Aristotelis. Unde videtur ꝙ aliqua oīno imobilia ꝛ immutabilia voluit esse in genere qđ tamen nō reputo verum. Unde non reputo ꝙ aliquod predicamētum methaphisicum abstrahat oīno a motu ꝛ mutatiōe imo nec aliquid quod est in ipo qꝛ omne quod ē in predicamento necessario est causatum ꝛ mutabile.

Predicamētū substātie.

Genus methaphisicum.

¶ Dicitur ꝓtanto methaphisicū genus qꝛ pertinet ad considerationem methaphisici cuius est cōsiderare aliquid abstrahens ab omni mutatiōe vel motu/cuiusmodi est deus qui est ꝓncipaliter pars subiecti sui quod est ens. Unde ꝛ substantie motrices alie a prima sunt vere mobiles ad locum: qđ tamen negat Aristoteles. ¶ Genus phisicum dicit magis substātiale ḡ predicabile ꝛ accipitur ꝑ subiecto vt materia quod est principium trāsmutationis phisice. Unde illa dicūtur esse eiusdez generis phisici quecūqꝫ sunt inuicem transmutabilia manifeste in eodem obiecto vel materia cuiusmodi sunt corruptibile ꝛ corruptibile ḡtum ad formas. Nō sic autem corruptibile ꝛ incorruptibile sed differūt pluſḡ genere sicut dicitur quarto methaphisice/ꝛ qūo pluſḡ genere dico ꝙ pluſḡ genere phisico qꝛ etiam differunt genere methaphisico ꝓmo non autem oportet ꝙ remoto: qꝛ sicut nunḡ sunt eiusdem generis phisici ita nunḡ eiusdē generis proxtimi. Unde ꝛ omnes species specialissime ꝑ se alicuius proximi vel sunt corruptibiles vel incorrupti biles ꝛ non est dare ibi vnam corruptibilem ꝛ aliā incorruptibilem/sicut patet inducēdo in omnibus Unde omnes species aialis sunt corruptibiles et omnes species angeli sunt incorruptibiles. Si aūt genus phisicum dicat genus predicabile. tunc illū genus accipitur a materia vel subiecto transmutationis phisice vel ab aliquo includente ipsā. Hec de primo articulo.

Que sūt gñis eiusdem phi.

Deus an sit in aliq̄

¶ Quantum ad secūdum dico

ꝙ est vna opinio ꝙ deus est in genere. Ad hoc autem adducit rationes. Prima est ista. Illud qđ est mensura omniū in genere substātie est in ꝑdicamento substantie/albedo mēsura oīm colorum est in genere colorꝫ:sed primus motor est huiusmodi secūdum Cōmētatorem quarto methaphisice Cō mento vigesimo septimo. igitur ꝛc̄. ¶ Secūda ratio est qꝛ Boetius de trinitate ponit ꝙ in deo manent duo genera: vnde ꝛ ponit ibidem ꝙ substātia continet vnitatem :sed relatio multiplicat realitatem/ igitur deus vel aliquid in deo est in genere.

gñe vel p̄dicamento. 1. opi.

Boetius

¶ Tertio sic per Damascenum in elementario capitulo nono. Dicit ꝙ incorporeū est differētia substantie ꝛ incorporeum cōtinet deum ꝛ angelū. ꝛc̄.

Damasc.

¶ Quarto sic. Sapientia est cuiusdam rationis in nobis ꝛ in deo:qꝛ vtrobiqꝫ est perfectio simpliciter sed in nobis est qualitas/igitur ꝛ in deo. Cōfirmatur per Damascecū qui dicit capitulo. 57. ꝙ natura dei est species suppositorum: igitur in diuinis ē species/ꝛ per consequēs genus.

¶ Alij qui dolūt

sustinere istā opinionem dicūt qꝛ ipugnari non potest quin deus sit in genere logico saltem quia adhoc ꝙ aliquid sit in genere logico non requiꝛitur aliqua distinctio nec cōpositio a parte rei:sed tantum a parte rationis / ꝙ aliquid possit concipi indeterminate ḡtum ad genus/ꝛ determiate ḡtū ad differentiam vel speciem. Genus enim vel spes vel differentia eiidem cōceptum ex parte rei dicūt secūdum eos differentē solum secūdum rationem determinati ꝛ indeterminati /vel determinabilis vel determinātis /hoc nihil ponit impfectionis in deo si sic vel sic accipiatur/ergo potest poni i genere logico substātie vt videf. Hec de scdo articulo.

Secūd⁹ modus.

¶ Quantum ad tertium ar/ticulum.

Primo ostendā ꝙ in omni re que est ꝑ se in aliquo genere etiam logico saltē vel ratione fūdamenti rei substracte seu primarum intentionum oportet dare distinctionem plurium realitatum in eodem supposito ꝛ per consequēs cōpositionem.

Bēs dōctoris.

¶ Secūdo ex hoc ostendam ꝙ simplicitati ꝛ pfectioni diuine repugnat ꝙ aliquid sibi intrinsecum sit formaliter in genere. ¶ Tertio respondebo ad rationes aliorum. ¶ Primum probo sic:septimo methaphisice sicut se habz tota diffinitio ad totum diffinitum/sic pars diffinitionis ad partes rei vel diffiniti: sed tota diffinitio dicit totā rem / igiꝫ pars diffinitionis dicit partem rei/non partē eētialem sicut materiam vel formam:quia multa diffiniuntur que non sunt composita ex materia ꝛ forma Igitur partem realem ꝛ realitatem aliquam/licet essentialiter nō distinctā/pars diffinitionis ē gen⁹ ꝛ alia est differentia. Igitur ista dicunt realitates distinctas partiales. ¶ Secūdo sic. Actuale ꝛ potentiale perfectibile per ipm semper dicūt realitates distinctas ad minus qꝛ nichil est perfectibile ꝑ seipm realiter sed genus dicit quid pfectibile per differentiam ꝛ quid potentiale ad ipsam qꝛ secundum Porphirium: genus potētiale habet differētias actu vero nullam igitur dicit distinctam realitatem a realitate ꝛ a reali conceptu differentie.

Qꝛ est dare distin. plurium realitatū in eodem supposito. ꝛc̄. in quibus.

Porphirius.

¶ Tertio sic. Aristoteles ꝓbat cōtra platonē. 8°. Methaphisice. ꝙ ydea non diffinitur: qꝛ diffinitio est sermo longus ꝛ habēs partes:sed ydea simplex

8. methꝫ.

4 ¶ Quarto sic. Natura secundum se non potest eē determinatum principium determinate multitudinis productionum / quia nichil eiusdem rationis existens determinatur ex se ad certam multitudinem aliquorum / sicut dictum est supra secundum istos: sed natura non potest determinari per aliqd aliud quod alij ponent in diuinis ad istam certam multitudinem (sicut probatum est supra distinctione quarta) ergo vel oportet dicere ꝙ natura nō est principium istarum productibnum / vel ꝙ productiones sunt in actu infinite / quod est falsum: ergo primum est verum / ꝛ per consequens intellectꝰ ꝛ voluntas sunt principia earum.

ꝙ. 4. rō pce. non cogit.

¶ Ista ratio quarta non cogit sicut dicebatur supra distinctione quarta nulla repugnātia videtur quare aliquid eiusdem rationis in se non sit ex se determinatū ad certam multitudinem aliquorūꝫ ꝛ naturaliter / siue in ratione fundamēti / siue in ratione principij / siue etiam vniuersalis predicati / precipue si illa sint alterius ꝛ alterius ad que ponitur determinatum. Patet de diuina essentia respectu intellectus ꝛ voluntatis in ratione fundamenti. Similiter in ratione principij patet de sole qui potest in certas ꝛ determinatas productiones alterius ꝛ alterius rationis / ꝛ non infinitas. Similiter genus aliquod determinatum est ad suas species certas / ꝛ non possunt esse sub eo infinite. ꝛ ita illa propositio non est vniuersaliter vera: licet in ꝓposito natura nō possit esse imediatum principium productionis spiritussancti / sicut melius probant alie rationes ꝛ maxime illa que fundatur super auctoritatem Augustini.

¶ Quinto sic. Illud quod procedit vt donum ꝛ quomodo datum. Non quomodo natus habet voluntatem pro principio productiuo / vt patet. Sed spiritussanctus propter hoc non est filius quia procedit quomodo datus / non quomodo natus secundum Augustinum de trinitate. ergo ꝛc.

August.

¶ Unde dicunt isti ꝙ prima positio corrumpit et destruit totam doctrinam Augustini. de distinctōne filij a spiritussancto: ꝛ econuerso. Et cōtradicit ei. Non enī possunt videre si natura diuina vel eēntia sit principium productiuus spiritussancti sicut ꝛ filij: quomodo vnus plus procedit quomodo natus ꝙꝫ alius: nec quomodo vnus vt donum vel datus ꝙꝫ alius: ꝛ per consequens quare spiritussanctꝰ non sit ꝛ possit dici filius quod est falsum.

¶ Nec valet illa parabolica trāsumpto ꝙ vnus ē a duobus / ꝛ alius ab vno. Tum quia accipit falsū in sua declaratione. Tum etiam quia nō est ad propositum: accipit falsum quia in naturalibus actionibus pluribus concurrunt plura eiusdem rationis vel possunt concurrere sicut duo ignes ad calefaciendum idem / ꝛ duo luminaria equalia ad illuminandum eandem partem medij / sicut duo homines ad vnum tractuz / vel duo boues. Similiter pater ꝛ mater ad generationez filij / ꝛ possibile ē ꝙ vnꝰ sit ab alio sicut filius a patre. Non est etiam ad ꝓpositum Augustini saluandum. Tunc enim filius ꝛ spiritussanctus ex rei ꝓprietate ꝛ natura rei possent dici ambo nati vel ambo dati: quia a natura īmediate / immo neuter datus licet secundum quandam parabolicam distinctionem in capite tuo non dicatur vnus natus sed datus / ꝛ alius natus nō datus / sicut ꝓpatum ridere dicitur quando flores aperiuntur / quia os hominis ridentis aperitur. Et sicut Christus dicitur leo lapis angularis ꝛ petra. Et tunc nichil habet Augustinus quia filius non est spiritussanctus / quod est inconueniens. quare ꝛ cetera.

¶ Ad ꝓmum aliozum respō

Solutio scde opi. ad rōnes ꝓme

dent isti ꝙ volūtas in diuinis nō est oīno eiusdē rationis sicut in creaturis / licet aliquo modo secundum vnuocationem rationis ꝛ imperfectam non autem simpliciter. Et ideo nō oportet ꝙ si in creaturis non sit cōmunicatiua substantie ꝙ nec in diuinis. Preterea etiam voluntas in creaturis est productiua amoris tamē cum imperfectione quia amoris sibi inherentis sed non subsistentis quomodo est spiritussanctus. ¶ Ad secundum dicitur ꝙ voluntas vt infinita ꝛ diuina ꝛ talis voluntas productiua est amoris infiniti subsistentis: ꝛ quando dicitur ꝙ infinitum cum sit modus intrinsecus nō variat rationem voluntatis. Dico ꝙ infinitas nō variat rationem talis voluntatis eius scilicet cui conuenit sed bene vt voluntas infinita est si fieret infinita infra rationem suam esset principium cōmunicandi naturam sed diuina voluntas semper. Ad confirmationem ꝙ voluntas non est diuina nisi deitate. Dico ꝙ voluntas talis est in deo ex sua propria ratione formali secunduz quam distingui tur ab essentia ꝛ etiam formaliter infinita est infinitate sibi propria: verum est tamē ꝙ est diuina diuinitate / accipiendo diuinum pro denominatione voluntatis a prima perfectione diuina: non sic autem semper accipitur diuinum sed in communi ratione dicitur aliquid intrinsece aliquando.

¶ Ad tertium respondetur ꝙ illa propositio non accipitur secundum mentem eozum: bene enim dicunt ꝙ qualem ordinem habent aliqua vbi distinguntur realiter ꝙ proportionalem habent vbi distinguntur secundum rationem / ꝛ hoc inter se: sed non oportet ꝙ ad quecunqꝫ alia in ratione principij. Vel dicendum ꝙ voluntas in creaturis est productiua amoris: similiter etiam in diuinis. Sed differentia est inter hunc et illum amozem productū quia vnus est inherens ꝛ accidens / alter vero est substantia et subsistens. Et cum hoc dicerent isti ꝙ spiritussanctus ex vi productiōis sue primo est amoz / secūdario autem est substantia / pro quanto in diuinis amoz accidens esse nō potest propter diuinam infinitatem ꝛ simplicitatem / ꝛ ita seruatur ordo proportionalis vtrobiqꝫ. Aliter respondere tur ad istas tres ratiōes facilius quia diceretur ꝙ voluntas in nobis ꝛ in deo non est eiusdem rationis nec vniuoce dicta. ¶ Ad quartum dico ꝙ voluntas per identitateu realem etiam ex sua ratione formali hoc habet ꝙ omnem perfectionem simpliciter cotinet. Et ideo dico ꝙ ipsa potest esse principium communicandi oēs: tamē primo communicat amozem sicut dicerent isti secūdario vero (qz amoz idē est realiter cū oībus aliis) cōicat oēs alias perfectiones simpliciter / quarum nulla repugnat spiritui sancto / qz est ipe deus. ¶ Ad vltimū diceretur ꝛ bene ꝙ quicquid sit de factiuo volūtas in nobis non solus est operatiua: sed etiam sue operationis productiua ꝛ elicitiua / quecdem operatio est amoz vel velle ꝛ aliquādo nolle. Similiter etiā dico ꝙ non solum diuina voluntas habet operationem que est velle / que non est producta: sed etiā habet ad intra producere amozem non inherentem sed subsistentem: qui est ipe spiritussanctus. Si dicas ꝙ voluntas angeli non est causatiua motus secundum articulū parisiensem / ergo nec aliqua voluntas productiua substantie. Dico ꝙ non sequit de diuina voluntate / nec est simile nec necessaria cōsequentia vt patet. Similiter antecedens nō est verum nec secundum articulum: sicut dicetur in secūdo. distinctione quartadecima. ¶ Sic igitur de secundo articulo secundum istos diceretur ꝛ multus probabiliter ꝙ voluntas diuina est principium productiuum spiritussancti ꝛ cōmunicandi sibi naturam diuinam. Et hec de primo articulo.

ꝙ spūs sanctꝰ ꝓcedit ꝛ ꝓducit necessario.

¶ Quātum ad secundum ar

ticulum dico ꝙ voluntas necesserario principiat spiritumsanctum non quidem necessitate violentie que accipitur ex efficiente vel cogente: nec necessitate indigētie que accipitur ex materia: nec necessitate exigētie que accipitur ex fine. ¶ Probo ꝙ spiritussantus necesserario ꝓducitur: vel de necessitate imutabilitatis ꝛ ineuitabilitatis. Primo quia quod est necesse esse ꝛ nō est nisi ꝓ productionem necessario producitur. Probatio qz si non necessario producitur nō est necesse eē: nec habet esse nisi per productionem / quia deus ergo necessario producitur. ¶ Secūdo sic quod producitur cōsubstantiale producenti / si producens est necessarium ꝛ productum patet de se: sed spiritussanctus ꝓducitur vt consubstantialis producētibus ipsum qui sunt necesse eē: ergo de necessitate producitur.

¶ Tertio sic. In omni contradictiōe vel ratōe entis que non dicit imperfectionem nec habet imperfectionem annexā nullo modo necessitas debet poni / quia necessitas essendi etiam imperfectionē includit. Sed ꝓductio spiritussancti est aliqd qđ non dicit aliquā perfectionem nec habet aliquam īperfectionem / vel arguit / nec ex parte principij / nec ex parte termini ergo necessitas ponēda est in ipsa.

¶ Quarto sic. Voluntas perfectissima perfectissimo modo operatur ꝛ producitur circa obiectū perfectissimū amozem illi obiecto adequatus / qz alias non se haberet perfectissime circa illud obiectum / sed posset esse non recta ꝛ peecare / ipsa autē est sua rectitudo sed voluntas diuina est ꝑfectissima ꝛ sua rectitudo per eēntiam / ꝛ essentia eius est perfectissimum obiectum / quo circa ipsum operatur / ꝛ volēdo ipsum necessario / ꝛ producendo amozē sibi adequatum / alias enim peccāre posset et non esset necessario vera.

Nota q necessitate spūssc̄ crus ꝓduc. ꝛc.

¶ Circa hoc notandum est ꝙ quādo dicō spūssanctum ꝓduci necessitate immutabilitatis ꝛ ineuitabilitatis non intelligo per istam necessitatem: nisi vel voluntatem ipsam diuinam necessariam vel suam actualitatem necessariam que est idem ꝙ sua necessitas qua primci piat spiritum sanctum vel habitudinem producentium secundum voluntatem ad ipsum spiritussanctum vel etiam econuerso. Ita ꝙ sensus sit iste ꝙ habitudo producentium ad productum sit necessaria ꝛ ecōuerso. Et ista habitudo non est nisi ꝓductio ipsa actiua vel passiua. Et sic etiam potuit intelligi supra quando dicebatur ꝙ filius de necessitate producitur.

Obiectō nes ꝙ vo lūtas nō est princi piū ꝓduc tiuus ne cessario spūssācti ꝛc.

¶ Videtur ꝙ voluntas non est principium libere ꝛ necessario productiuum spiritussancti / eiusdem potentie et principij formalis / est idem modus agendi vel producendi respectu quoūcunqꝫ comparetur. Sed diuina voluntas est productiua creaturarum contingenter ergo ꝛ spiritussancti: si valet argumentum Scoti contra voluntatem ferri necessario in finem / ꝛ contingenter respectu eozum que sunt ad finem. ¶ Secundo sicut necessarium ꝛ contingens dividunt ens in eēndo ita ꝛ principium in principiando: sed idem ens non potest esse necessarium ꝛ contingens respectu quoūcunqꝫ: ergo nec idem principium in producendo respectu quoūcunqꝫ. ¶ Tertio quia impossibile ꝙ eodem simpliciter indistincto producatur aliquid necessario circa obiectum necessario volitū ꝛ aliquod contingenter quod non est volitum nisi per necessario volitum vt est creatura. Non obstāte ꝙ non sit obiectum infinitum est necessario volitum voluntate complacentie ꝛ contingenter volitione efficaci ergo non eadem voluntate vel volitione. ¶ Quarto quia essentia cum voluntate concurrit in ratione principij productiui spiritussancti sicut ad memoriam in generatione filij ꝛ est principium quo volūtas. Tum quia cōuenit cū intellectu ꝛ ita cum pluribus. Tum quia ex ipa habet voluntas / sicut ex radice / ꝙ sit productiua substantie vel spiritussancti quia inquātum diuina ꝛ infinita non inēztum voluntas est absolute. Igitur cum modus producendi in ratione essentie ꝛ in ratione obiecti sit naturalis / ex illo debet dici productio simpliciter naturalis ꝛ nō libera simpliciter ex voluntate: nisi velis dicere ꝙ simul est actualis simpliciter ꝛ libera simpliciter quod non conceditur.

Necessitas ꝛ libertas an respectu eiusdē actꝰ ꝛ obiecti sint simul. ꝛc. 1. opi.

¶ Quinto quia omne principium naturaliter principians in deo / necessario principiat ergo omne libere principians contingenter principiat: sicut enī principium vel principiari diuidūtur per naturale ꝛ liberum. Ita per necessarium ꝛ contingens: ergo sicut se habet naturale ad necessarium / ita liberum ad contingens. Hec de secūdo articulo.

¶ Quantum ad tertium ar

ticulum vtruz scilicet stentissimul necessitas ꝛ libertas in eadē potētia respectu eiusdē actꝰ ꝛ obiecti. Dicūt alij ꝙ hoc est ipossibile ꝙ volūtas ꝺcqd ꝓducit necessario mere nāliꝫ ꝓducit ꝛ nō liberꝫ: similiꝫ

si libere Non necessario:hoc probant sic. Potētia libera est potentia cōtradictionis respectu actus z oppositi vel negationis actus circa idem obiectū non solus respectu huius vel illius obiecti: qz hoc est potentie naturali. Patet ignis potest calefacere hoc lignum vel hoc tamē presente hoc ligno necessario calefacit nisi impediatur:nec potest nō calefacere z ideo non dicitur liber in agendo sed necessitas/ z potestas contradictionis respectu eiusdem nō stant simul vt patet:ergo nec libertas z necessitas. ¶Secūdo sic. R respectu eiusdes obiecti z actus non est nisi vnus modus agendi eiusdē potentie vt ptz/qz alias potentia nō esset vna:sed necessitas z libertas sunt duo modi disparati in agēdo imo oppositi sicut necessitas z contingentia vt patet.ergo zc. ¶Tertio sic. Si necessitas z libertas stent simul quero a te quō se habent ad inuicez qut sunt penitus idem/z tunc solum habemus vnū z idē:z tunc dicerē q necessitas z libertas stant simul nichil aliud est dicere ꝯ q libertas z libertas stant simul/aut q necessitas z necessitas stant simul quod est nichil dictu /aut aliquomodo distingūtur z tunc habemus duos modos agendi eiusdem potentie circa idem obiectum/ quod non videtur verum/sicut nec verum videtur q eadem potentia simul operetur naturaliter z libere circa idem obiectum. ¶Quarto sic. Augustinus primo de libero arbitrio dicit q motus lapidis deorsum nō est sibi voluntarius qz nō potest ipsum cohibere z postea dicit q si motus voluntatis vel quo voluntas conatur in nostra potestate non esset nec esset voluntarius nec culpādus. Tunc sic impossibile est q voluntas respectu eiusdem obiecti habeat actum in sua potestate z nō habeat ꝫ omnis actus liber est in potestate agentis. Nullus actus necessarius est in potestate agentis ergo nō stant simul necessitas z libertas. ¶Distingunt ergo aliqui istorum de voluntate q potest accipi vt natura z sic comparatur ad finem z ad quēcūqz circa que necessario operantur. Alio modo potest accipi vt libera z isto modo comparatur ad ea que sunt ad finez/z circa que contingenter se habet. Dicunt ergo isti q volūtas est principiū spūssancti vt natura nō aūt vt libera.

August. l.ō li.ar.

volūtatꝫ duplex acceptio

Ꝫ distinctionēvoluntatis ꝑme opi.

¶Sed arguo contra istam/z primo contra istam distinctionēvoluntas non habet aliquem actum nisi vt est potentia sed vt est potentia est vnica z indistincta / sicut intellectus:ergo vt cōparatur ad omnem actum et omnē obiectum manet vna nec debet distingui aliquo modo. ¶Secūdo sic. Eiusdem potentie z secundum eandem rationem est cognoscere aliquid in ordine vel habitudine ad aliud z secundum ipm Patetet de intellectu. Patet etiam per Aristotelem secundo de anima de sensu cōmuni qui probat q cognoscit in se obiecta qz cognoscit ea vt differentia. Sed voluntas vult id quod est ad finem in ordine ad finem et potest vnum velle in ordine ad aliud ergo ipsa eiusdem rationis z eadem / potest velle vtrūqz secundum se. Non igitur distinguenda est in natura pro quanto vult finem z libera pro ꝯto vult id quod est ad finem. ¶Tertio sic. Impossibile est distinguere aliquid in seipsum et oppositum eius. Sed sic distinguendo distinguitur voluntas in voluntatem z non voluntatem : qz secundum Augustinum voluntas non vt est natura

2. de aīa.

Auguſt.

sed libera voluntas est dicenda / ergo distinguere voluntatem in naturam z liberam est contradictio ¶Quarto sic. impossibile est q modi principiandi primo oppositi concurrant in eodem principio: tunc illa esset distinctio eorum/ sed modus agendi naturaliter z libere vel ex volūtate/sunt modi primo oppositi vt patet secundo phisicorum. Et ideo dico q sicut non oportet distinguere intellectus in naturam circa principia z intellectum circa cōclusiones ita nec voluntatem in naturam circa finem nec in liberam circa alia.

2. Phyſic.

¶Secundo ꝓbo q libertas et necessitas absolute loquendo de ipsis non de hac vel de illa non repugnant simul stare in eadem potentia respectu eiusdem actus z obiecti. Hoc probo sic. Quelibet perfectio simpliciter ī summe necessario est necessaria z necessitas quedam quia quicquid est in diuinis z in summe necessario est necessitas quedam. Sed libertas secūdum Anselmum est perfectio simpliciter/z est in deo ergo ipsa est necessas / z econuerso ibi est necessitas que est libertas. ¶Secūdo sic. libertati non repugnat infinitas/sicut nec alicui perfectiōi simpliciter ergo necessitas. Omne enim infinitus est necessitas quedam. ¶Tertio sic libertati perfecte simpliciter cuiusmodi est libertas volūtatis diuine respectu oppositi z summi obiecti nō repugnat q sit sua rectitudo per essentiaz. Ꝯ hoc posito dico q sequitur q respectu primi obiecti libertas z necessitas stant simul:quia impossibile est q libertas non necessaria circa optimum obiectus sit sua rectitudo quia talis potest non uelle absolute illud z ita peccare Hoc confirmo quia conditio intrinseca perfecte potentie vel in se vel in ordine ad actum vel obiectum non excludit modum agendi perfectum sed libertas est conditio ītrinseca voluntatis necessitas autem est modus perfectissimꝰ in agendo bene circa obiectum perfectissimū ergo libertas non excludit necessitatem.

¶Dico igitur q necessitas et libertas non repugnant absolute loquendo respectu eiusdem actus z obiecti. Ꝯ quo modo nō repugnat dico q est quedam necessitas principij agentis per modum nature. Et quedam necessitas principij agentis volūtarie. Et dico q ista necessitas quedam libertas est/ imo summa libertas z prima:Et dico q ista repugnat prime necessitati sicut principia ex opposito distincta repugnāt scilicet natura z propositum vel volūtas Si dicas vnde libertas z voluntas habet necessitatem dico q hoc est quia perfectissima voluntas circa obiectum perfectissimum. Si dicas quo modo distinguam vnam necessitatem ab alia. Dico q potest distingui vna ab alia sicut libertas vel voluntas a natura:quia necessitas naturalis principij vel est simpliciter prima in agendo vel ab alio est/z determinat necessitas ꝓ volūtatis nec ē prima nec ab alio determinat:ꝫ ex se sicut z voluntas. Semp enī itellect⁹ est ꝓ volūtate in eodē/ nō tñ determinat volūtatē : sed volūtas ex se vel a se determinatur. Ita q sicut nō est ab altera causa quare irrationale nō est rationale. Ita nō est alia causa quare hec necessitas nō est illa / z quare volūtas nō est natura. Et si potes capere q volūtas operatur circa aliquid necessario a seipsa potes capere

Reſolu. doctoris

Ꝑ pōdꝰ ꝓmā opi. q volun. z liber. ſi ꝓpugnāt ſimul ſtare zc.

fe libertatē necessariam. Sicut quādo capis q natura necessario operatur circa aliquid capis naturalem necessitatem. Unde nō est ibi difficultas nisi quia semp intelligitur necessitas esse naturalis qđ non est verum sed est necessarium volūtarium/quia actus necessarius volūtatis non nature:z per consequēs liber nō libertate contradictionis sed libertate absolute dicta que puenit alicui volūtati etiā vt distinguitur cōtra naturam. Et ita libertas cōmuniter dicta ad libertatē contradictionis z ad libertatem necessitatis est modus intrinsecus volūtatis in cōmuni ad hāc z illam:immo potius libertas nichil aliud est ꝯ voluntas seu actiuitas volūtatis sicut diceretur q naturalitas intellectus nō est nisi intellectiuitas sua qua est ītellectiuus. Unde breuiter libertas z volūtas conuertuntur sicut dicit Augustinus in Enchiridion capi.lxij. Non esn voluntas est aut libera dicēda est:qua sic volumus:vt nō solum miseri esse nolumus/ sed nec omnino esse possumus. Ex quo etiā statim patet q necessitas stat cū libertate vult esn dicere q volūtas ista qua necessario quis vult beatitudinē est libera et hoc maxime in deo qui summe necessario vult esse beatus z suā beatitudinē. Ad hoc est Anselmꝰ de libero arbitrio capitulo primo dicēs qui sic habet qđ dicet z expedit vt hec amittere nequeat liberior est ꝯ si sic habet ꝫm vt possit perdere z ex hoc cōcludit liberior est igitur voluntas que a rectitudine declinare nequit. Similiter Augustinus quīto de ciuitate dei capitulo quarto ponit expresse libertatem z necessitatem simul stare.

Augu. in enchi. ca. 62.

Anſel. de libe. arbi.

Augu. 5. de ci. dei.

Ex ſpūſſāctꝰ ꝯuis neceſſario ꝓducat libere tñ ꝓducitur.

¶Ex istis concludo illud quod erat propositus pro quarto articulo q nō obstante q spiritussanctꝰ necessario producatur tamen summe libere producit si voluntate producitur. Et q liberrime producat videtur quia illud qđ procedit vt amor procedit libere:quid esn liberius ꝯ amare nichil:sed spiritus sanctus procedit z nō per modum nature procedit libere/quia isti duo modi euacuāt omnem modum procedēdi vel principiādi vt dictū est supra. Sed spiritussanctus procedit z nō per modum nature:quia tūc esset filius vel natus: vt videtur per Augustinum:ergo zc. Hoc confirmatur qz procedit vt nexus liberalis patris z filij qui ad voluntatē reducitur vt ad principium. Ad rationes illorum qui dicūt q necessitas z libertas non stant simul. Dico ad primam q sez potētia libera vniuersaliter nō est potētia ꝓtradictiōis ad actū z ad negationē actus circa quodcūqz obiectum sed potentia libera est solum potētia volitiua habēs in potestate actum suum licet nō negationez actus aliquādo et nichil plus dicis de igne. Patet q non est liber quia nō est volitiuus. ¶Ad secūdum dico q eiusdem potētie non est nisi modus agēdi circa idē obiectus loquēdo de modo ex opposito distinctis per se diuidētibus modū principiandi cuiusmodi sunt libertas z naturalitas vel naturalis necessitas. Et ideo dico. Si vna potētia nō solū circa idem obiectum sed circa quecūqz agit vel naturaliter vel libere seu volūtarie. Et ipossibile ē q habeat istos duos modos agēdi sed de modis qui nō distinguunt ex opposito sunt predicti sub modo agēdi nec q se sub illis cōtinent sunt quasi accidētales vel quasi accidētaliter diuidētes. Dico q eadem potētia saltem circa diuersa obiecta potest habere plures tales et forte circa idem obiectum successiue. Tamē nō curo. Tales autem modi sunt necessitas z cōtingentia in agēdo/quare dico q voluntas diuina eadem potētia existens potest habere istos duos respectu diuersorum obiectorum licet nō respectu eiusdem obiecti. Unde respectu essentie z omnium intrinsecorum habet necessitatē quia illa sunt necesse esse z respectu aliorum habet cōtingentiam loquēdo saltem de volitione efficaci quia illa sunt cōtingētia nec est pfectionis aliquam volūtatem sic necessitari ad aliquod contingens. Ad minorem dico q necessitas z libertas absolute nō sunt modi oppositi sed bene verus est q necessitas z libertas hec puta libertas cōtradictionis repugnāt respectu eiusdez obiecti et simul. Nota hic q necessitas et libertas absolute loquēdo nō sunt modi agēdo oppositi nec incōpossibiles:sed magis naturalitas et libertas. Unde sicut nō oportet q omne principium naturaliter agēs necessario agat. Potest em aliqđ principium naturale impedire z ita nō necessario agere. Item nō oportet q principium liberum semper agat cōtingēter sed potest necessario agere aliquā do sicut in proposito. ¶Ad tertium dico q libertas z sua necessitas z volūtas nō video q ī aliquo distinguātur extra intellectū sed sunt idem re. Differunt tamen ratione quia voluntas significat per modum potētie:libertas autem z necessitas p modum passionis. Sed magis proprie volūtas sequitur vt his z cōcretum. Necessitas vero vel libertas vt quod habetur z abstractum vt actiuitas. Necessitas vero z libertas distinguunt secūdum nomina generalia pro tanto quia est dare libertatē aliquā que nō est necessitas z ecōuerso sed hec in proposito idem sunt extra intellectū penitus z differūt secūdus rationē propter nomina in cōmuni accepta quorum differētia accipitur ex differētia alicuius libertatis vel necessitatis que nō concurrūt aliquā do respectu eiusdem actus z obiecti vel etiam tantūmodo ad intra ꝫm diuersas opiniones de distinctis in deo ꝫm rationē. Et ita nō superfluit dicere q necessitas stet cū libertate in voluntate sicut ꝫm multos licet homo animal rationale nō differūt nisi ratione:tñ bene dicitur q animal stat cū rationalitate in homine similiter etiā secūdum aliquos de essentia z esse. Preterea etiā si differrēt aliquomodo extra intellectum. Adhuc nō valet argumentū cōtra hoc quia est idem cū precedenti argumento. ¶Ad Augustinū dico q sicut patet p verba eius ibi Augustinus intelligit q motus nō est sibi voluntarius culpabiliter quia nō potest ipsum cohibere sicut animꝰ noster suus motū. Ꝯ dico q ad hoc q tactus sit volūtariꝰ culpabiliter oportet q agēs possit ipsum cohibere sed nō ad hoc q sit voluntarius simpliciter vel vniuersaliter z idē sonat illud qđ postea allegatur. Quādo ergo dicis in argumēto q nullus actus necessarius est in potestate agētis falsum est ꝫ nō in potestate cōtradictiōis. Sed tñ hoc dicā esse in potestate quia accipitur cōmuniter esse in potestate quādo nō solū potest in actū

Ad rōes ꝑme opi.

Auguſt.

sed in oppositū act⁹ ⁊ talis potestas necessaria nō est meritoria sed potestas contingentie. Similiter quando dicis q̄ omnis actus liber est in potestate agētis cōcedo: sed nō in potestate cōtradictionis/ sed in potestate eliciendi necessario potest aliquis esse ⁊ talis est liber si est a volūtate habēte ipsum.

Ad rōes principales qōnis

¶ Ad primum principale dico q̄ spiritussanctus producitur libere ⁊ necessario ⁊ totū a voluntate. ¶ Ad secūdum quādo dicitur q̄ potestates rationales sunt ad oppositа. Dico q̄ oīs voluntas bene est ad oppositа sed nō respectu cuiuscūq̄ obiecti vel termini. ¶ Ad tertiū dico q̄ volūtas comparatur ad actum suum ⁊ ad extrinseca ad que cōcurrit cum intellectu disponente sicut mouēs. Actum autē suum nō producit sicut artificiatum sed alia. Vnde amor volūtatis nō est quid artificiale sed naturale. Similiter dico q̄ volūtas diuina nō producit spiritūsanctū ad intra sicut aliquid artificiatū sed sicut amorem subsistētē. Vnde maior propositio est falsa. Eodem modo dicēdum est ad secūdum q̄ omne qđ producitur per volūtatem nō oportet esse presonitum puta actū propriū Sed alia extrinseca artificiata. Sic dico q̄ nō oportet spiritū sanctum qui est amor esse precognitum: sed magis extrinseca ydeata ⁊ artificiata cuiusmodi sunt creature respectu dei. ¶ Nota hic q̄ spūssanctus nō est precognitus sue productioni ab ipsis producentibus: quia nec abstractiue. Patet: q̄ talis noticia q̄ sit impfecta deo repugnat nec ītuitiue: quia tūc esset exemplatus ⁊ ydeatus ⁊ similiter tunc preexisteret sue productioni/quia oīe diuinum intuitiue cognitum necessario coexistit cognitioni intuitiue de ipso.

Nota.

¶ Distinctionis Vndecime.
Questio Vnica.

Dama.

Idem.

¶ Arca distinctionē

Vndecimam quero. Vtrū spiritussanctus procedat a patre et filio vel a patre solū. ¶ Videtur q̄ nō a filio per Damascenum capitulo octauo. Spiritū sanctum ex patre dicim⁹ ex filio non dicimus: ergo ⁊c. ¶ Secūdo sic. Idem Damascenus ī epistola de trisagio dicit de spiritu sancto ex pfe q̄dē filij aūt ⁊ nō ex filio. ¶ Tertio sic. Per rationē grecorum nichil tenēdum est vt articuli fidei qđ non habetur ex euāgelio/nec in scriptura sacra ẽm Dionysium. Sed q̄ spiritussanctus procedat a filio nō habetur ex euāgelio licet pluries habeat q̄ a patre nec ex sacra scriptura alicubi: ⁊c. ¶ Quarto sic. Verum in nobis nō est productiuū amoris/nec habet causalitatē super ipm vt patet. Nec igitur in deo verbum vel filius est productiu⁹ amoris qui est spiritussanctus. ¶ Quinto sic. Spiratio passiua est propria vi persone ⁊ similiter generatio actiua ⁊ filiatio/⁊ similiter spiratio actiua Opponitur enim prime ⁊ videtur eque incōmutabilis sicut alie quia eque nō infinita. Confirmatur quia pater est principium perfectū ⁊ supfluę a filio.

Athanas⁹ ī symbolo.

¶ Contra in symbolo Athanasij. Spiritussanctus a patre ⁊ filio ⁊ cetera. Et symbolo misse qui ex patre ⁊ filioq̄ pcedit.

¶ Secūdo sic. Si spiritussanctus nō esset a filio non distingueretur ab ipso quia relationes originis tātum distinguuntur induinis. Sed spiritussanctus scōm omnes etiam secūdum grecos distinguitur a filio/quia ponunt trinitatem personarum/⁊ oēs debent ponere quod procedit ab eo.

¶ In ista q̄stione sic procedā.

¶ Primo ostendam q̄ spiritussanctus procedit a patre ⁊ filio. ¶ Secūdo ostēdam qua relatione distinguātur. Primo filius a spiritusancto. Utrum scilicet filiatione vel spiratione actiua. ¶ Tertio inquiram vtrum spiritussanctus distingueretur a filio si non procederet ab ipso.

¶ Quātum ad primum arti/culum.

error grecorum q̄ spūssc̄s nō procedit a filio

Est error grecorum qui tenēt q̄ spiritussanctus nō procedit a filio/⁊ rationes eorū tacte sunt in arguendo. Vnde dicūt nos esse excōmunicatos ex synodo Nicena ī qua fuit fides declarata ⁊ sanctum symbolum. Nulla tñ mentio facta q̄ spiritus sanctus p̄cedat a filio ⁊ tñ in fine dicit qđ quicūq̄ aliud dixit Anathema sit. Dicūt ergo q̄ nō est tenēdum verum quod Lyncopiensis dicit sup epistolam de trisagio q̄ sentētia grecorum ⁊ latinorū nō est cōtraria licet vera dissonēt multipliciter. Dicit ẽm q̄ huius vel hoc/sicut dicit ex illo ⁊ videret hoc rationabile sicut dicit vnus doctor q̄ alioquin vel greci vel latini sunt heretici. Greci ẽm habuerunt tot ⁊ tātos doctores ⁊ similiter latini/ve quib⁹ nō videtur probabile q̄ fuerunt heretici.

Fidelis opinio q̄ spiritussc̄s pcedit a pre ⁊ filioq̄.

¶ Quicquid sit de

hoc dico q̄ tenendus est firmiter q̄ spiritussanctus procedit a patre ⁊ filio. Primo q̄ auctoritatē ecclesie hoc dicētis ⁊ asserētis extra de summa trinitate ⁊ fide catholica vbi dicit q̄ firmiter tenēdum est ex fide q̄ spiritussanctus procedit ab vtroq̄. Auctoritas ẽm ecclesie cōfirmata est in tātum vt dicat Augustinus cōtra epistolam fundamēti q̄ euangelio christi non crederem nisi ecclesie crederē: ergo ⁊c. ¶ Ad hoc adduco ratiōes. Prima sic. Quodcūq̄ perfectum suppositū habēs principium productiuum alterius sub ratione prioritatis ⁊ per cōsequēs nō acceptū per productionē ad equatam tali principio/potest producere secūdum illud principium hoc patet. Ex hoc ẽm pater p ōt generare filium/sed filius est huiusmodi quicquid ẽm sit principium productiuum spiritussancti essentia sc̄z vel voluntas/planum est q̄ filius habet sibi cōmunicatum a patre tanq̄ suppositum perfectus ⁊ sub ordine prioritatis/quia secūda persona prior est tertia/sicut prima prior est q̄ secunda/⁊ non habet principium illud per productionē adequatam illi principio/siue illud sit volūtas. Patet/quia filius nō procedit per modum volūtatis/sicut fit essentia quia si hoc ponatur oportet q̄ sit principius duarum productionū diuinarum/sic q̄ neutra sit sibi adequata/sed ambe simul: ergo filius potest producere spiritūsanctum secūdum illud principium si potest ergo producit/quia in diuinis ad intra nō est potētia distans ab actu/ quia in perpetuis non differunt esse ⁊ posse. Similiter etiam si productio filij ponatur p modū intellectus/⁊ productio spiritussancti per modum voluntatis. Patet q̄ filius habet principiū productiuū spiritussancti sub ordine

Augustin. I. ratio.

vel cū ordine prioritatis ad ipsum/quia sicut se habēt intellectus ⁊ voluntas in operando ita ⁊ ī producēdo/sed in operando puta intelligēdo vel volēdo volūtas presupponit intellectum. Ita q̄ operatio intellectus prior est circa idem obiectum q̄m operatio volūtatis/⁊ prius aliquid est intellectū q̄m volitum/quia nichil volimus nisi cognitū decimo de trinitate quasi per totum/ergo ⁊ productio ẽm intellectū sicut est filij ⁊ ipsum productū prioza sunt productione spiritus per modum voluntatis/⁊ suo termino qui est spiritussanctus. ¶ Circa istam rationē. Nota scōm vnum q̄ nō est oratio similis vel eadem necessitas. Qz generatio precedat spirationē sicut intellectio volitionē. Intellectio ẽm precedit volitionē sicut dicit vnus duplici necessitate/ vna est per ordinē potentiarum qua intellectus est prior/secūda est quia per intellectum obiectum fit presens sufficienter ipsi volūtati/alias nō esset sufficienter presens vt dicit/generatio autez est prior spiratione. Non qz producere vel generare sic presentetur obiectum ipsi volūtati vt patet: sed tātum propter ordinem potētiarum scilicet intellectus et voluntatis/⁊ ita genitum puta filius prius est spirato sc̄z spiritusancto. Sed nescio vtrū ista sint vsquequaq̄ vera. Non ẽm video per actū intellectus presentetur obiectum sic q̄ ista presentia sit necessaria nisi propter ordinē potētiarum/nisi forte respectu illius actus quo volūtas velle obiectum nō absolute in se sed vt actu intellectum. Vnde videt michi q̄ obiectum sufficienter p̄sens est volūtati/saltem quādo est presens secūdum rem ⁊ seipsum vel secūdū seipsum/sicut essentia diuina volūtati beatorum/nec oportet q̄ alter fiat presens / sed solum precedit intellectio ex ordine potētiarum vt videt Qz sic intelligitur Augustinus vt puto q̄ si per impossibile aliquis haberet volūtatem sine intellectu ⁊ ita nō haberet ordinē istarum potētiarum/posset velle nō cognitum/sicut etiam potest facere de⁹ q̄ volūtas velit aliquod obiectū non cognitū/⁊ volitionē obiecti ponere ⁊ conseruare sine cognitione. Quicquid sit de istis. Ratio probabilis est multus cōtra grecos ad probādum q̄ spiritussanctus est a filio.

Mihil volitum nisi cognitū.

Nota sequentia.

2ª ratio.

¶ Secūda ratio est ista. In quocūq̄ sunt principia productiua ordinata secūdum esse sunt etiaz ibi ordinata in operari/si quodlibet illoz⁹ sit sufficiēs ad suā operationē ⁊ perfectū. Quod dico propter formam substātialem in creaturis quelibet sit in creaturis prioz secūdum esse forma accidentali actiua tū accidētalis prioz est in operādo. Et hoc arguit aliquā imperfectionē in forma substantiali q̄ nō potest statim prozumpere in actum suum nisi prima actione accidētaliter dispositiua: sed in persona patris sunt duo principia productiua pfecta simpliciter ⁊ sufficientia in ratione principij ad generādum ⁊ ad spirandum/puta fecunditas memorie ⁊ voluntatis/⁊ sunt inordinata inesse quia prima cōuenit patri primo. Vnde pater est/secūda autem nō sic licet ibi conueniat/ergo ista ordinata sunt in producēdo/ergo productio filij vel geniti/⁊ per cōsequēs genitum vel filius est prior q̄m productio geniti/sed in illo priori planū est q̄ filius habet principium spirādi idem cōmunicatum sibi a patre/ ergo sibi cōuenit producere secūdum illud principiū Ista ratio probabilis est siue ponatur q̄ eēntia sit sufficiens principium productiuum/siue q̄ memoria et voluntas/q̄ vltimo modo patet/sed q̄ primo modo(si ponatur)patet quia essentia etiā vt est principium generandi prior est seipsa secundū rationē vt est principium spirandi. Et tunc formetur ratio de vnico principio ordinato ad seipsum sicut formata est de duobus. ¶ Tertia ratio est ista. Tres personе diuine quia habēt idem principium ante productionē creature ideo dicūtur creare ⁊ eadem creatione ⁊ esse impossibile q̄ vna creet et alia nō. Cum igitur pater ⁊ filius habent ante productionem spiritussancti idem principium spirādi(sicut probatū est)necessarium est q̄ ambo spirēt/⁊ q̄ spiritus sit ab vtroq̄. Item quia alias in p̄sonis non esset summa germanitas/quia filius nichil attineret spiritussancto nec ecōuerso. ¶ Ad istā questionem sunt auctoritates scripture ⁊ doctorum multorū ⁊ etiā grecorum/quos allegat magister in litera sc̄z Athanasij didimi Crisostomi Cyrilli. vide invltimo capitulo distinctiōis/⁊ infinite quasi possent inueniri a doctoribus latinis: sed non est vis. Tum vide Augustinū decimoquinto de trinitate capitulo vigesimoquinto ⁊ vigesimosexto de magnis. Hec de primo articulo.

3ª ratio.

De distinctiōe filij a spūsc̄to pria opi.

¶ Quantum ad secūdum ar/

ticulum est vna opinio q̄ filius distinguitur per se primo a spiritu sancto p spirationē actiuam ⁊ nō p filiationē/licet bene cōcomitanter. Ad hoc adducūtur plures rationes. Prima est ista. Medius est illud qđ mediat inter aliqua extrema nō autem illa inter que nō est medius/vt patet de linea inter duo puncta/que distinguit ipsam ab inuicem. Non autem alia duo pūcta vel ista etiā puncta ab alijs/sed spiratio actiua mediat inter filium ⁊ spiritum sanctum. Non autē filiatio/sed magis inter filiū ⁊ patrem/sicut relatio inter extrema vt patet/ergo spirato actiua primo distinguit filium a spiritu scō/ nō autem filiatio. Secunda ratio. Relatio eodem modo distinguit quo manet/sed ipsa manet in diuinis ẽm rationem opinionis quia manet ẽm rationē ad aliud vt ad relatiue oppositū quo distinguit scōm opinionem/sed filius nō opponitur relatiue spiritui sancto per filiationē sed p spirationē ⁊c. ¶ Tertia ratio. Relationes disparate in diuinis nō distinguunt p̄sonam a p̄sona. Tunc enim pater vel filius quoz quilibet habet in se relatiōes duas separatas neuter eorum esset vna p̄sona / sed filiatio ⁊ spiratio passiua sunt disparate / ergo filiatio nō distinguit filium a spiritu sancto/ergo spiratio actiua. ¶ Quarta ratio est ista. Tantū distinguit generatio actiua a spiratiōe actiua q̄ntum spiratio passiua a filiatione ⁊ ecōuerso/sed primè nō distinguunt p̄sonas vt patet/ergo nec filiatio ⁊ spiratio passiua quare ⁊c. Vel dicas quare ille non distinguunt vel ille distinguunt. ¶ Quinta ratio est eo q̄ filius distinguitur a spiritu sancto quo ad ipsum refertur/quia distingui ⁊ referri/sed filiatione non refertur quia ad patrem refertur per ipsam ⁊ ipossibile est q̄ eadē relatio sit ad plures termios/⁊ ⁊c. ¶ Sexta ratio est ista eo distinguitur filius a spiritusancto quo distingueretur ab eodem si p impossibile pater nō esset vel filius nō esset a patre vt videtur/ quia quocūq̄ alio extrinseco circūscripto supmanet in aliquo illud qđ distinguit a quocūq̄ manēte/sed hec est spiratio actiua vt patet / nō autem

filiatio ergo ⁊c. ¶Septima ratio est. Eo distinguitur primo filius a spiritu sancto quo maxime distinguitur ab eo/sed spiratione actiua maxime distinguitur fili⁹ a spiritu sancto/quia per illam sibi opponitur nō solū ab ipso diſparatur sicut ēm filiationē. ¶Sic ergo dicunt isti ꝙ filius per se primo distinguitur a spiritu sancto ꝙ spirationē actiuā et nō filiationē/licet cōmunicatiue bene per filiationē/quia filiatio nō conuenit spiritui sancto/licet si spiritussanctus nō esset a filio sibi cōueniret cū spiratione passiua/ita ꝙ eadē ꝑsona esset genita ⁊ spirata/sicut eadē ēt ꝑsona generās ⁊ spirās/ sicut dicūt.

Summa. 1. opi.

2. opinio quā probat doct.

¶Alia est opinio quam teneo ꝙ filius primo distinguit a spiritu sancto ꝙ filiationē actiuam licet cōmunicāter vel assequēter. Ad hoc adduco aliquas ratiōes. Prima est ista. Eo distinguit primo filius ab omni alio ſpposito ꝑsonaliter quo primo cōstituitur in esse ꝑsonali. Idem em̄ est principium cōstituēdi in aliquo esse ⁊ distinguēdi cōstitutum ab alio secūdum tale esse/hoc patet inducēdo in omnib⁹. Sed filius cōstituitur ꝑsonaliter vel in esse ſppositali per filiationē/⁊ nō per spirationē actiuā⁊ vt patet sicut pater ꝙ paternitatē per idem em̄ est ens ſppositū ⁊ vnū ſppositū/ergo ꝙ ipsam primo distinguitur a spiritu sancto. ¶Secundo modo ꝓbatur sic. Filius aliquo modo prius est filius q̄ spiret spiritum sanctum. Si ergo ꝙ spiratione actiuā distingueretur a spiritu sancto/⁊ per cōsequens ꝙ spirationē constitueretur in esse ſppositali/ sequitur ꝙ prius esset filius q̄ ſppositū/hoc est falsum/ ergo non ꝙ spirationē sed ꝙ filiationē distinguit a spiritu sancto ¶Tertio sic. Si filius distingueret ꝑsonaliter a spiritu sancto ꝙ spirationē/⁊ ꝙ cōsequens ꝑsonaliter cōstituitur saltē in ordine ad spiritum sanctū/pari ratione ⁊ pater ꝙ spirationē distinguitur a spiritu sancto ⁊ in esse ꝑsonali constituitur in ordine ad spiritūsanctum/sed hoc est falsum: quia tūc pater ⁊ filius in ordine ad spiritū sanctum non essent nisi vna ꝑsona/quia eadem est spiratio actiua vtrobiq3:sed hoc est falsum. Tunc em̄ spiritussanctus nō posset dici tertia ꝑsona respectu duorū sed secūda diceretur quare ⁊c. ¶Quarto sic. Per idem aliquid est in seipo indistinctum ⁊ a quocūq3 alio distinctū. Patet sed filius est vnica ꝑsona indistincta in se ꝙ filiationē ⁊ non ꝙ spirationē: q̄ ⁊c. ¶Quinto sic. In filio nō est nisi vnica ꝓprietas ꝑsonalis(sicut ipsi fatētur velint nolint)quequidem est cōstitutiua ipsius:⁊ ꝙ cōsequēs distinctiua: sed hec est filiatio ⁊ ꝙ ipsam a patre distinguitur/ergo per spirationē a nullo primo distinguitur/sed ꝙ filiationē a quocūq3. ¶Sexto sic. Illud q̄ assequit ſppositum cōstitutum nō distinguit ipsum primo ab alio:sicut patet ꝙ risibile assequitur ipm̄ hoīem nō distinguit hominē primo ab asino:sed magis ipsum rationale q̄ cōstituit hominē in esse specifico: sed spiratio assequitur ſppositum filij cōstitutum vel cōmunicatur:ergo ⁊c. ¶Dico igitur breuiter ꝙ filius nō distinguitur primo a spiritu sancto per spirationē:sed ꝙ filiationē. Unde dico vltra cōtra alios ꝙ si ꝙ impossibile spiritussanctus non esset a filio adhuc distingueretur ab ipso ꝑsonaliter sicut dicetur in sequenti articulo contra eos.

resolutio doctoris

Ad rōes prie opi. ¶Ad primū ipsoꝝ dico ꝙ medium inter aliqua vel distinguuntur realiter ab ambobus:nec est cōstitutū formaliter alicuius ipsorum/sicut est de medio quo accipit si punctus aliq̄ positum/⁊ tūc dico ꝙ medium tale nunq̄ distinguit de primo extremo ad extremū Sed extremum per id q̄ est distinguitur ab alio ⁊ sic accipitur falsum. Aliud est extremū scōm ratione quod tamen est formaliter cōstitutiua alterius extremorū/sicut est filiatio i diuinis que est filij cōstituitiua:⁊ de tali medio dico ꝙ nō solū distinguit extremū ab extremo sed a quocūq3 alio nō tali. Unde si linea esset cōstitutiua alicuius pūcti in hoc esse pūctali nō solum distingueret ipsum ab vno pūcto alio/sed a quocūq3 alio/patet. ¶Ad secūdum dico ꝙ relatio sic distinguit bene sicut ⁊ manet pro tāto quia nō distinguit pro quāto est eadem cū essentia sicut nec essentia. Sed dico ꝙ nō solū distinguit ab eo respectu cuius opponitur relatiue:ſ3 bene ab alijs etiā respectu quoruſ nō opponitur:sed solum diſparatur quia cōstituit aliquod ſppositū q̄ secūduſ ipsam nō refertur realiter ⁊ formaliter nisi ad vnū ſppositum:licet scōm ipsam a plurib⁹ distinguatur cuiusmodi est filiatio. Unde licet ēm filiationē filius cōponatur relatiue nisi patri quo etiam ꝙ ipsam filiationem distinguitur:tamē bene ad ipsam a spiritusancto distinguit. ¶Ad tertiuſ dico ꝙ relationes que sunt cōstitutiue ꝑsonarū distinguūt eas cuiusmodi filiatio:⁊ spiratio passiua et spiratio actiua nullam ꝑsonam constituit ⁊ ideo nullam distinguit sed inuenit ſppositum ꝓstitutū ⁊ distinctū. Si queras quare alique separate distinguunt ab inuicē alia autem nō. Similiter quero a te alique cōstituunt ⁊ alique nō ⁊ non est ratio nisi quia ista est ista ⁊ illa est illa. ¶Ad quartū dico ꝙ tātum differūt spiratio actiua a generatione vel filiatione q̄tum filiatio a spiratione passiua. Tamē dico ꝙ nō facit tātum differre vel distingui spirantem a generāte vel a filio q̄tum filiatio distinguit filium aspirato ⁊ nō est cōstitutiua sicut filiatio vl spiratio passiua que sunt incōmunicabiles nō sic illa. Et nota hic ꝙ nō oportet relationes se tenētes ex parte principij vel ꝓducentis multiplicare ſppositā vel distinguere sicut ex parte ꝓductoꝝ vel principiatoꝝ:quia maior vnitas in principijs stat cū minori vnitate in ꝓductis. Unde patet ꝙ in eodem patre ad plures filios stant plures relationes paternitatis. Nō autē in eodem filio ad plures patres stāt plures filiationes. Similiter in eodē ſpposito stant simul relationes diuerse ꝓducētis per modum nature ⁊ per modū voluntatis vel artis ad diuersa ꝓducta:sed in eodem ꝓducto ꝙ comparationē ad idem ꝓducens nō stant tales due productiones passiue:immo nec ad diuersa totalia ꝓductiua nō subordinata vt patet. ¶Ad quintū dico ꝙ nō eo filius distinguitur a spiritusancto quo refertur ad ipsum realiter:q3 distingui in diuinis nō est referri realiter. Distinctio em̄ ibi nō est relatio realis sed rationis tm̄:⁊ ideo licet tm̄ referatur ad filium spiratione:non tm̄ ea primo distinguitur a filio sed magis ipsa filiatione:quia constituitur supquā fundatur vna relatio rationis que dicit distinctus. Tu dicis distinguuntur realiter ergo relatio distinctionis est realis: Dico ꝙ distinguit realiter quātum ad fundamēta distinctionis:q3 fundamenta sunt realia ⁊ distincta sunt realia:sed non distinguuntur realiter creator ⁊ dns creature/licet nō re

Aduerte

feratur realiter ad ipsam. ¶Ad sextū dico ꝙ maior est vera:sed minor includit incōpossibilia et est falsa. Si em̄ non esset filius a patre nec pater nō esset:dico nec filiatione nec aliquo alio distingueret a spiritu quia nō esset. Tollitur em̄ per hoc signuſ per se cōstitutiuum ꝑsonale q̄ est filiatio⁊ patet/ ideo ⁊c. ¶Ad septimū dico ꝙ per illud distingui tur primo fili⁹ a spiritusancto quo maxime vel solum distinguit ab eo ꝑsonaliter tm̄ non autē relatiue vel distinctione que fundatur sup oppositū vel oppoſita relatiue. Unde dico ꝙ primū distīguitur per filiationē ⁊ non ꝙ spirationē. Hoc patet in exemplo. Si sit em̄ soztes albus ⁊ plato niger/ planū est ꝙ soztes per albedinē plus ꝓtrariatur vel opponitur platoni inquātum niger/⁊ tm̄ non distinguit ab ipo ſppositaliter seu indiuidualiter primo per albedinē/sed per differētiam suaſ indiuidualē que non opponitur differētie indiuiduali platonis/sed ab ea ꝓprie. Hec de secundo articulo.

Q̄ quere an spiritussanctus distingueret a filio/si nō eēt ab eo dē est vanum.

¶Quantum ad tertium articulū dicūt aliqui ꝙ frustra queritur posito ꝙ spiritussanctus nō esset a filio. An distingueretur ab eo. Est em̄ questio vana ⁊ nulla(vt dicunt)q̄ ꝓbāt quia ista ꝓpositio scz ꝙ filius nō spiret poni nō potest secūduſ leges diſputātium/ergo questio et diſputatio nulla est que ꝓsupponit eā. Consequētia patet; Probāt antecedēs/quia positio illa que est impossibilis ⁊ includēs contradictoria poni nō potest secūdum leges diſputatio:quia tūc vl oporteret cōcedere cōtrariam que sequit ad talem positionē/quod nunq̄ est dicēdum/ quia ad maius inconueniens nō potest homo duci in diſputatione q̄ ad quod oportet vel oporteret negare q̄d sequit exposito/q̄d est etiam cōtra omnem legem diſputātium:quia pari ratione negabitur omne illud q̄d sequitur ad aliquid siue cōcessum siue nō/ ⁊ sic nunq̄ habebitur ad aliquid. Sed ista ꝓpositio ꝙ filius nō spirat includit contradictoriam scz incōpossibilia/quia summe necessario vero non opponitur nisi summū impossibile/⁊ ꝙ cōsequēs incōpossibile sed quicquid est verum in diuinis est summe verum et necessarium/ergo ista est ꝓpositio summe necessaria ꝙ filius spirat/ergo sua opposita puta ꝙ filiⁿ non spirat est summe falsa:⁊ ꝙ cōsequēs nō solū impossibilis sed incōpossibilis/ergo questio vel diſputatio supponēs ipsam est nulla. Et cōfirmaſ q3 si spiritussanctus nō est nec procedit a filio nō est/si non est nō distinguitur/quare videtur queri vtrū si non distinguitur/distinguaſ:hoc autē est nichil q̄rere.

q̄ precedēs q̄stio ē rōnabilis ⁊ bona.

¶Sed dico ꝙ rationabilis est questio ⁊ bona q̄d ꝓbo. Primo sic. Questio que supponit positionem que potest poni/ ⁊ cū hac possunt seruari leges diſputantium est rationabilis ⁊ bona. Ista est huiusmodi q̄ ⁊c. Probo minorē ostendēdo ꝙ ista positio est possibilis secūdum leges diſputātium. Tum quia ex primo intellectu terminoꝝ nō includit contradictoria:q3 spirare est nō de primo intellectu filij vt patet. Et ideo nō spirare filio nō contradicit. Contradictio em̄ est eiusdem ⁊ idem ⁊c. ¶Tum q3 spirare nō cōuenit filio per locū intrinsecū:sed per locū extrinsecū ⁊ cōcomitatur ipm̄/⁊ ideo potest supponi filius nō spirare/⁊ ꝙ consequēs spiritussanctus nō procedere a filio. Et queri cū hoc vtruſ distinguatur ab eo sicut si ponerek homo nō esse risibilis. Et quereretur vtruſ distingueretur ab asino/diceret ꝙ sic ꝙ rationale q̄d est primus ipso risibili:quia in talib⁹ potest optīe cōcedi ꝓcedēda ⁊ negari negāda. ¶Tū quia etiā si aliquid includat essentialiter in aliquo q̄d non est causa alicuius predicati removeatur ab alio. Et queratur an illo remoto cōueniat sibi illd predicatū est rationalis questio:quia remanet illud ratione cuius sibi inerat p̄dicatum in intellectū diſputātium. Unde altera pars determinate est dicēda ad talem questionē/puta si queratur vtrum circūscripta animalitate ab homine possit homo distīgui ab asino. Et videtur posse responderi determinate ꝙ sic/quia nō per animalitatem distinguit homo ab asino. Sed ꝙ rationalitates que est oīno extra cōceptum animalitatis. ¶Tum etiā quia simile ꝓpositionē ponit Augustinus quinto de trinitate sexto. Si pater(inquit)nō generet vel genuisset nichil ꝓhiberet esse eū vel dici ingenitū/ et tm̄ planū est ꝙ patrē non genuisse implicat incōpossibilia:quia per hoc est pater ꝙ generat. Generatio em̄ actiua ⁊ paternitas sunt eadem relatio/ & multo fortius in proposito si filius nō spiret potest quēri an distinguaſ a spirato:quia minus includuntur incōpossibilia q̄ ibi/quia ibi includūtur ex primo cōceptu subiecti/ hic autē non:sed cōcomitanter et quasi per accidēs. ¶Similiter etiam Richardus tertio de trinitate ca.xvj. Si vna tm̄ persona esset nichil ꝓhiberet eā habere plenitudinē sapientie ⁊ tm̄ planum est scōm fideles ꝙ ad habere plenitudinē sapiente sequitur pluralitas ꝑsonarum cōcomitanter. ¶Unde breuiter dico ꝙ positio potest pont secūdum leges diſputātum:quia leges diſputantium seruari possunt. Et debet terminate vna pars ad questionē respōderi. ¶Hec valet motiuū aliorū. Illam filium nō spirare/vel spiritūsanctum a filio nō procedere: licet opponaſ aliter vero necessario/nō tm̄ summe vero ⁊ necessario scōm leges diſputātium:quia nō opponitur alicui vero ꝑsone primo modo:ista em̄ nō est vera ꝑsone primo modo filius spirat:sed concomitanter ⁊ quasi secūdo modo est vera/⁊ ideo sua opposita non est falsa primo nec summe falsa/sed potest poni a diſputātibus et concedi eā que sequitur ad filium/puta distīgui a spiritusancto ⁊ a quocūq3 non filio/⁊ etiā ea que sequit a nō spirare:puta spiritūsanctū a filio nō procedere per idem. Ad confirmationem.

Augu. 5. de trin.

Richardus 3. de trin.

Ad motiuum aliorum.

¶Recipitur ergo precedens questio cōmuniter tanq̄ rationabilis ⁊ difficilis/⁊ dicit cōmuniter ꝙ si spiritussanctus nō procederet a filio ⁊ filius non spiraret spiritūsanctuſ neuter nō distingueretur ab alio et est formalis consequētia ēm ipsos vt si homo nō esset rationalis nō distingueretur specifice a bruto

an si filio spirāte et spiritūsancto nō procedē te ab eo distaſ ab altero distīgueretur 1. opinio.

Decimāseptimā quero p̄mo. Utrū necesse sit ponere in mēte viatoris caritatem habitū creatum ad hoc q̄ sit accepta deo/ z possit mereri de condigno vitam eternā. ¶ Videf q̄ nō/ sed q̄ caritas sit ipe spiritussanctus. octauo de trinitate capitulo septimo. dicit August. q̄ si quis diligit primum necesse est vt dilectionē suam diligat z subdit q̄ dilectio deus est / z in fine concludit q̄ qui diligit primū necesse est vt deum diligat. Sed istud argumētum nō valet nisi vnifoꝛmiter sumat dilectio in maiore z in minore. In maiori autē sumitur pro dilectione qua quis diligit primum: ergo z in minori qñ dicitur q̄ deus dilectio est: ergo caritas qua quis meritorie diligit primū nō est habitus creatus: is est deus. ¶ Secūdo sic. Caritas est donum excellentissimū diuidens inter filios regni z perditionis secūdum August. 5. de trinitate capitulo. 17. Sed tale donum excellentissimum est spūssanctus vt patet: nec pōt poni qđ creatum/ ergo caritas nō est quid creatum scz spiritussanctꝰ.

Aug. 8. de trini.

Aug. 5. de trini.

1. Joā. 4 ¶ Tertio sic. Prima. Joannis quarto. Deus caritas est z loquit de caritate qua diligim⁹ deū & caritas nō est aliquis habitus creatus: nec potest dici sicut dicit magister q̄ deus dicatur caritas / sicut dicitur a ꝓpheta spes mea/ vel paciētia mea/ vel refugium meū. Cōtra hoc eīm dicit Augustinus expresse. 15. de trinitate. capitulo. 17. q̄ sicut dicit q̄ deus spūs est/ ita dicitur q̄ deus caritas est. Sed planum est q̄ deus spūs est formaliter z essentiā ergo z caritas similit. ¶ Quarto sic. Omne creatum potest intelligi nō bonum/ qz nullum creatum est bonum per essentiam sed p participationē: is caritas non pōt intelligi nō bona/ & nō est qđ creatū.

Aug. 15. de tri.

¶ Contra. Augustinus de moꝛibꝰ ecclesie. Et ponitur in litera caritatis intelligit virtus que rectissima animi affectio est: sed deus non est affectio formalis vel qualitas ipsius mentis. ergo zc.

¶ In ista questione sic ꝓceda

¶ Primo inquirā vtrū sit necessarium necessitate absoluta ponere caritatē habitum creatus in ania vel in mēte/ ad hoc vt sit cara z grata/ z possit elicere actum meritorium de condigno. ¶ Secūdo inquiram vtrū sit hoc cōgruū z necesse ponere loquēdo de necessitate diuine ordinationis cū sic ordinauit. Et an ita sit de facto. ¶ Tertio quid senserit magister circa hoc/ vtrum scz negauerit caritatem habitum creatum vel non.

an sit absolute necessarius ponēr caritatē habitū creatū in aīa ad hoc vt sit grata. z ceterꝝ. 1. opinio.

¶ Quantuz ad primum Est

vna opinio q̄ ad hoc q̄ aīa sit cara vel mens / oportet necessario ponere in ipa caritatē habitum creatum quo formaliter sit cara/ z operetur meritorie. Ad hoc adducūtur multe rōnes. ¶ Prima est ista Sicut se habet albedo ad cē albū / sic caritas ad cē carum. Sed impossibile est q̄ aliquid sit albus nisi per albedinem sibi formaliter inherentē/ ergo ipossibile est q̄ mēs sit cara nisi per caritatē sibi formaliter inherentem/ sed talis est creata. ergo z cetera.
¶ Secundo sic. Impossibile est trāsire a contradictorio in cōtradictorium nisi p̄ aliquā mutationē: quia si nō est mutatio aliqua nichil se habeā aliter nunc q̄m ꝓius/ z ita nō est transitus aliquis a cōtradictorio in contradictorium: sed planū est q̄ mens transit de nō esse gratā vel caram ad esse caram vel gratā. Patet de peccatoribus qñ iustificant z in paruulis quādo baptizant/ z hoc est per mutationem aliquā: nō in deo/ ergo in mēte. Sed ista mutatio necessario requirit ad aliquid absolutū illd vocāt caritatē. & zc. ¶ Tertio sic. priuatio nō tollitur nisi per habitum oppositū z implicat contradictionē dicere oppositū: sed peccatū est priuatio caritatis in voluntate z tollit in iustificāte/ ergo opꝰ q̄ caritas infundatur eis que est qđ creatū z habitus oppositus. ¶ Quarto sic. Si deus pōt aliquē acceptare sine caritate sicut dicunt alij/ ita q̄ mens possit esse cara sine caritate sequitur q̄ caritas sit frustra: sicut si natura posset aliquid facere sine determinatis medijs frustra adhibent illa media: sed non est dicendum q̄ caritas frustra sit: deus enim multominꝰ aliqđ facit frustra & natura. quare zc.
¶ Quinto sic. Et ꝓbatur q̄ caritas sit necessaria ad merendū: qz sicut se habet eē naturale ad operationē naturalē/ ita esse supnaturale ad opationē supernaturalē: is impossibile est q̄ aliquis habeat seu eliciat opationem naturalē nisi constituatur in esse naturali per formā naturalē: ergo similiter est impossibile q̄ mēs eliciat actus supnaturalē cuiusmodi est actus meritorius vt meritorius nisi constituatur in esse supernaturali p formā supnaturalē/ cuiusmodi est caritas ipa. ¶ Sexto ipossibile est q̄ opus alicuius sit meritoriū z acceptum nisi ipse sit gratus z acceptꝰ. Deus eīm primo acceptat personam z postea opus. Respexit dōs ad Abel z ad munera eius. Sed per caritatē est aliquis formaliter carus/ & ipossibile ē q̄ mereaf nisi hīs caritatē.
¶ Septimo. Si caritas nō requireref necessario ad merēdū sed sufficeret acceptatio diuina qua acceptat actum seqretur q̄ prima gratia caderet sibi merito de condigno sicut z gloria: sed hoc est falsū ergo zc. Falsitas ꝓsequētis apparet p apostolum ad rōanos. Jam eīm nō esset gratia sed debitū sicut etiam ipe dicit q̄ merces debetur opanti secūdum iustitiam. Probatio ꝓnīs / quia sicut deus acceptat actum aliquē ad gloriam ex ordinatione sua (z hoc est esse actum meritoriuz vite eterne sicut tu dicis) Ita etiā dico q̄ ipe ordinauerit se daturum gram disponentibus se ad illā z acceptat actum disponētis se ad hoc vt cōferat in gratiam/ ergo iste sic merēf caritatē vel gram sicut aliꝰ merēf vitā eternā.
¶ Octauo Si non est necessaria caritas ad merendum: sed ad actū meritoriū sufficiunt naturalia potentie merētis: sequit erroꝛ pelagij qui ponit q̄ homo pōt mereri ex naturalibꝰ hoc est hereticū. & zc.
¶ Nono. Sicut se habet lumen glozie ad visionem diuinam/ sic videtur q̄ caritas ad opationē meritoriam. Sed lumē glozie necessarium est ad visionem diuinā: qz oportet necessario potentiā eleuari z proportionari obiecto beatifico. Potentia eīm scōm se sic se habet ad illud obiectū sicut oculus noctue ad lumen solis vt dicitur scdo methaphisice. & zc.
¶ Decimo sic. Si ad actū meritoriuz nō requirit necessario caritas/ sed ad actum meritoriū sufficit

ex parte merentis q actus sit bonus ex genere z libere elicitus z debite circūstātionatus (p̄cipue loquēdo de circūstantia finis qui est deus) sequerek q cum omnia ista possint naturaliter cognosci ab operāte q ipe possit naturaliter cognoscere se mereri vitam eternam hoc est falsuz. ergo zc. Hoc cō firmatur per Augustinū de libero arbitrio qui dicit q gratia se habet ad liberū arbitrium in merendo sicut sessor ad equū. Et similiter dicit ipe idē in epistola ad Sixtum volūtate inquit p comitāte nō p̄eeunte pedissequa nō dña. ergo videtur q multo min⁹ possit eē actio meritoria sine caritate vel gr̄a ꝫ̄ siue voluntate. Sed impossibile est/ z iplicat cō tradictionem q sine voluntate. ergo z cetera.

Aug. de li. arbi.

¶ Ultimo sic. Sicut ip̄ possibile est z iplicat contradictionem q actus moralis sit virtuosus nisi virtute aliqua superaddita potentie eliciente/ qz virtus est que habētem perficit z opus eius reddit bonū/ bonum sez moraliter ergo similiter ip̄ possibile est q sit actus meritorius nisi elicitus ab aliqua virtute superaddita volūtati: hec aūt non videk nisi caritas. ergo zc. Nec potest dici q hec virtus sit spūssanctus: qz tunc talis actus nō esset in potestate merētis/ sicut nec spūssanctus qui est p̄ncipiū eius: imo magis spūssanctus diceretur mereri nō autē volūtas ipa/ quod est incōueniēs. ¶ Hec est positio q necessaria est caritas/ que est habitus creat⁹ in mēte formaliter sibi inherens: qua sit actu z formaliter cara z accepta/ z qua possit meritorie operari z mereri vitam eternam de ꝺigno/ z hoc est necessariū vt dicūt necessitate absoluta: ita q implicet cōtradictionem/ q mens sit deo cara z operetur meritorie nisi habeat istum habitum caritatis creatum sibi formaliter inherentē. Unde z dicunt cōsequenter q si Magister intenderit negare istū habitum caritatis creatum: potest probabiliter rōnabiliter z efficaciter improbari sicut irrationabilis z falsa z impossibilis nec potest sustineri.

Sūmatō p̄me opi.

Opi. doctoris p̄ ori opposita.

¶ Istam autē opinionē non teneo sz videtur michi sine p̄tudicio dicendum q loquendo de necessitate absoluta (cuius oppositū est simpliciter ip̄ possibile z iplicās contradictionē) nō est necesse ponere in mente: aliquem habitus creatū ad hoc vt sit cara vel accepta deo z vt operek meritorie/ sz q sine omni h̄itu creato supernaturali qui sit gratia vel caritas possit a deo acceptari ad gloriam z p̄ meritorie opari.

Rōes doctoris.

¶ Ad hoc adduco ratiōes. Primo q talis habit⁹ non est necessarius ad hoc vt mens sit cara vel accepta. Primo sic. Esse actualit acceptatū a deo vt carum nō est nisi esse volitū ab ipo in ordine ad bonum summū ꝺsequēdum vt patet: qz hoc posito ponitur carum vel acceptū esse: z hoc amōto amouet z illud z per se primo. Sed planū est q nullo habitu nec aliquo intrinseco ipsi menti/ mēs est actu volita a deo sed sola volitione diuina sicut intellectione diuina est intellecta: nō aūt aliquo sibi intrinseco vt patet nec est etiam ratio acceptādi ipam sed sola diuina essentia: sicut z ratio intelligēdi creaturam non est creatura: sed diuina essentia. ergo zc.

¶ Secundo sic. Si caritas esset habitus sic se h̄ns ad esse carum z acceptum sicut albedo ad esse albū vt dicūt alij. Tunc dicerēt q deus necessario acceptaret talem creaturā habentē talem habitū creatum/ z non posset non acceptari talis creatura tali habitu creato sicut stante albedine in corpore nō p̄t fieri quin illud sit album: sed hoc est falsū quia sicut deus non alligauit voluntatem suā z libertatem sacrātis sic quin posset gratiam nō cōferre recipienti sacramentū ḡtūcunq; dispōsito quin etiam posset sibi alio mō cōferre gratiā. Si etiam non alligauit volūtatē sue libertatis habitib⁹ creatis quin quocūq; eorum stante possit non acceptare ſ placet sibi: vel etiā sine ipo possit acceptare/ et per p̄ns inēs ipa sibi eē grata vt videtur. quare zc.

¶ Tertio sic. Acceptare z acceptari sunt idē realiter vel saltem simpliciter per idem/ sicut intelligere z intelligi: sed acceptare cōuenit alicui per actū voluntatis acceptātis sicut patet/ imo ip̄m acceptare formaliter est ip̄m velle/ ergo z acceptari per idem conuenit alicui/ sed esse actū carū nihil aliud est ḡ̄ acceptari. ¶ Quarto sic. Non videtur aliqua contradictio q deus magis imediate sine aliquo habitu acceptet ad gloriam ḡ̄ ad gratiā vel caritatem. Sed ad secūdum non p̄exigit in acceptato aliqs habitus supnaturalis. ergo nec in primo. Hoc primum ꝓbo qz quādocunq; volēs habet plura obiecta quorum vnū est sufficiens ratio totalis volendi alia/ z cōtingenter volēdi ipa/ per illud potest libere velle quodcūq; sibi placuerit z cuicūq; nō repugnat illud/ ergo deus per essentiā suā vt p primum volitum obiectū. Potest p̄tingenter z libere velle vel acceptare ad gloriā immediate cuicūq; non repugnat gloria: sicut z gratiā cuicūq; nō repugnat/ gratiam vel caritatem cuicūq; non repugnat caritas. ergo zc. Ergo z ſtāte quocūq; actu ex parte acceptati ad caritatem p̄t sibi nō infundere caritatem z non velle sibi caritatem. ita ſtāte quocūq; habitu creato ex parte creature dico q potest ip̄m nō acceptare ad gloriam. ¶ Quinto sic. Si caritas sic daret esse carum z acceptum ad vitā eternam sicut dicūt alij: tunc ita esset ista necessaria ex terminis descedēs in caritate saluabitur z consequetur gloriam ꝑpetuo/ sicut ista homo est risibilis: z tunc deus non posset facere quin talis ꝓsequerek beatitudinem: z sic nō posset de potētia absoluta petrū dānare: imo nec posset habentē caritatem nō acceptare nec eā destruere qđ est falsū z ꝓtra doctores.

¶ Sexto sic qz p̄ius p̄t deus alicui velle finē puta gloriam ḡ̄ id qđ est ad finē puta caritatem z ita p̄ius acceptat vel acceptare potest ad gloriam ḡ̄ ad gratiam vel caritatē: nec secūdum est ratio p̄mi.

¶ Dico igitur primo ḡtum ad hoc q nō video necessitatem ponēdi caritatē habitū creatus ad eē carum z deo acceptum. ¶ Secūdo ꝓbo q nō est absolute necessaria ad opandum meritorie: ad op⁹ meritorium non requiritur nisi q sit actus bon⁹ ex genere circūstantionatus debite p̄cipue circūstantia debiti finis z libertate/ z a deo acceptatus in ordie ad p̄emium cōsequendū qz iſtis positis actus est meritorius: sed hec omnia inueniri p̄t in volūtate in actu eius sine quocūq; habitu creato. z cetera.

Resolutio doctoris.

¶ Secūdo sic. Ad opus meritorū videtur sufficere q mens acceptata z deo grata diliget deum sup se/ z sup oīa/ z q deus acceptet talem actū in ordine ad p̄emiū eternum: sed hec oīa haberi possunt sine habitu creato supnaturali: q enim mens sit cara vel esse possit sine illo habitu iam ꝓbatū est p̄⁹ Sed q intensius debeat z possit ex puris naturalibus diligere z super se z sup oīa patz: qz intellect⁹

secundum rectam rōnē naturalez hoc iudicat z ex puris naturalibus vel saltem fides acquisita ex auditu seu etiā infōmis: ergo volūtas hoc p̄t velle. Tum qz appetitus alij sic se habēt/ siue actiue siue passiue q magis appetunt bonū totius ḡ̄ p̄tium partiale. Unde z man⁹ naturaliter exponit p̄ toto/ z etiam pars corporalis secūdum rectam rōnez se exponit p̄ bono cōtatis. Non curo de ista ratione/ nam dubia est sicut patebit in tertio. distinctione vigesima septima. Tū qz caritas nō destruit amorem naturalem sed p̄ficit z per p̄ns nō sunt cōtrarij ita q amor caritatiuus sit dei plusḡ̄ sui z amor naturalis sit sui plusḡ̄ dei. Tum qz amor naturalis secūdum q hmōi nō est nisi rectus non em̄ est culpabilis inḡtum nālis: qđ tñ esset si eēt amor sui ḡ̄ dei vel equalis. Amor em̄ sui vsq; ad contēptum dei ꝓstitui ciuitatem diaboli. Patet etiā q acceptatio actus p̄t esse sine tali habitu/ sicut etiā acceptatio nature vel p̄sone sine tali habitu. ꝫ zc.

¶ Tertio sic. Si habitus caritatis necessario requireretur ad merēdum z de necessitate absoluta/ hoc non videtur nisi ꝓpter ꝓdignitatem meriti ad p̄emium: qz nō potest esse meritum ꝓdignum nisi p habitum talem in mente/ sed planum est q posito tali habitu adhuc meritū est multo infimius z min⁹ bonum ḡ̄ p̄miū. Nulla autem iustitia nec cōmutatiua nec distributiua exigunt vt ꝓ minori bono reddatur maius bonū: ergo ꝓpter ꝓdignitatem nō est necessario ponēdus talis habit⁹. ¶ Quarto sic Sine illo habitu p̄t mens mereri sine quo p̄t spūssanctus inhabitare mentē/ z habere eā curam z sibi coopari ad actum meritoriū/ z acceptum deo in ordine ad p̄mium eternū: sed hec oīa possunt fieri z esse sine tali habitu causato. Qz autem spūssanctus possit inhabitare mentem. Patet/ qz p̄⁹ natura essentialiter distinctū/ p̄t esse sine posteriori: p̄ius aūt spūs specialiter inhabitat mentē ḡ̄ causet vel creet habitum qz p̄ius agens est p̄sens passiuo ḡ̄ aliquid efficiatur in ipo quare zc. Qz etiam posset sibi cooperari ad actū pt̄z: qz quicūq; p̄t cooperari mediāte cā sēda extrīseca vel effectiua ad aliquem actum/ eidez potest cooperi sine illa. Sed secundum alios (qui ponūt caritatem esse p̄ncipiū effectiuum z elicitiuum actus meritorij) spūssanctus p̄t cooperi voluntati ad actum meritorium mediāte caritate. ergo z īmediate sine illa. Qz etiā acceptare possit actus sine tali habitu: patet ex superioribus. ḡre zc. ¶ Quinto sic. Sine habitu illo qui nichil facit nec ad subām actus nec ad aliquez modum in actu intrinsecū. Potest haberi ex parte actus illud qđ dicit aliquē modū ei⁹ vel circa ip̄m saltem respectū rōnis ipsius ad acceptantē. Et ad p̄mium ad quod acceptat: sed ad actū dilectiōis meritorium caritas nichil facit: nec ḡtum ad subſtantiam actus: qz tunc esset voluntas: nec per p̄ns quantum ad intentionē actus: qz actus non intenditur nisi secūdum gradus eiusdē rōnis cū subſtantia ipsius actus. Similiter etiā vnus hereticus vel infidelis p̄t diligere deum ita intense sicut h̄ns caritatem. Nec ad facilitatem vel delectationes in actu. Tum qz ista nō requirūtur ad actum meritorum. Tum secūdo qz habēt caritatē tantā difficultatē patitur/ z ita paruā delectationē habet frequēter in actu vel minorē sicut nō h̄ns caritatē. Nec ad acceptationē qz nec efficit ipam/ sed magis diuina volūtas cuiusmodi est p̄miare effectiue: nec est ipa formaliter vt patet. Nec ad libertatē actus/ qz non est quid liberū formaliter z intrinsece talis habit⁹ sicut voluntas. quare zc.

Obiecta

¶ Dices q imo facit ad facilitatem vel delectationē: quia subito apparēt aliqui imutati sic vt faciliter operētur z delectabiliter. Hoc autē non potest attribui habitu acq̄sito/ quia subito nō acq̄ritur habitus/ ergo debet attribui habitui supernaturali infuso cuiusmodi est caritas. Dico etiā q hoc nō ꝓcludit nec est hoc necessarium: talis enim mutatio subita p̄t esse ex libertate z impetu voluntatis qz suus actus qđ intelligit ibidem per volūtatem intelligit/ z ideo potest esse sine vtroq; habitu quare zc. ¶ Dico ergo q nō est necesse necessitate absoluta ponere caritatez in mente ad merendum de condigno. Sed ad hoc sufficit q actus sit bonus ex genere circūstantionat⁹ debite a persona cara z libera mente/ z acceptat⁹ a deo in ordine ad p̄miū cōsequendū/ que oīa iudicio meo loquēdo de potestate absoluta possunt haberi sine tali habitu. ¶ Dices ad hoc q si illa sufficerent sine caritate ad actus meritoriū/ sequeretur q homo naturaliter posset scire se merere. Dico q non sequitur sicut nec scire p̄t se esse acceptatum/ quia hoc pueniet ex mera liberalitate diuina/ quā nō potest naturaliter scire/ sic etiam nec de caritate.

Solutio

Finalis ꝓclio huius articuli.

¶ Ad p̄mum alioz Dicit q maioz falsa nō enim sicut se habet albedo ad eē album/ ita caritas (quam ponis habitū esse creatū) ad esse caruz actu placens z volitum z acceptum sicut ꝓbatū est supra: quia ſtāte illo habitu posset deus absolute nō acceptare imo puto q reprobare z damnare habētem ita q per illū habitū non est formaliter z actu mens cara: sed ex volitione dei dicit acceptata z cara/ sicut ex intellectione dicitur cognita. Si autem caritas sit aliquo mō ratio acceptādi ex parte acceptati per modum obiecti secundarij vt p̄missa in eternitate sibi in eē poſtea in tempore. Dico q hoc nō est ex natura rei z necessitate/ sicut q homo sit risibilis: sed ex ordinatione diuina qua sic ordinauit vt habentē talem habitum acceptaret/ cui⁹ oppositum sine iniusticia z peruersiōe rerū potuit ordinare/ z ita bene sicut q quicūq; haberet habitū gratie ab eo z esset sibi carus z acceptus ad vitam eternā

Ad ꝓ̄me opi.

¶ Ad secūdum dicitur et potest dici q sine omni mutatione in deo/ z etiam in obiecto volito cū sola variatione temporis vel instantis seu durationis: vel etiam in aliquo potest esse transitus a non eē accepto vel grato ad esse acceptum vel gratum/ qz eē volitum nichil ponit in obiecto nisi forte respectū rationis circa ip̄m. Et ideo dico q deus potuit ab eterno acceptare istum p̄ isto instanti z non acceptare p̄ alio instanti: dato q nullus habitus absolutus imo nec aliquis act⁹ insit isti de nouo. Secus est autem de transitu ab vno cōtradictorio ad contradictorium/ quorū alterum dicit aliquid positiuum reale existens in eo qui trāsit. Talia enim non sunt velle z nō velle idem obiectū. Vel etiam dicetur q hoc arguit aliquā mutationē ex parte volūtis/ sed nō oportet q per habitū: qz quecūq; mutatō potuit ad hoc sufficere ex ordinatione diuina siue ſpūalis siue corporalis siue ad absolutū siue ad respectiuum sed nō solum in volito sed etiā in quocūq; ḡ̄ alio. ¶ Si dicatur cōtra solutiones q posito q

Obiectō p̄ce. solu.

non sit tempus nec instans nec aliquid aliud in toto mundo vnus angelus ꝛ sine omni accidente positiuo alio adhuc de non accepto pōt fieri acceptꝰ ꝛ de non iusto iustus. Hoc autem nō esset tantum propter variationem temporis vel instātis/nec per mutationem terminatā ad aliquod aliud accidens a caritate. Nec ꝓpter mutationem factam in alio quia nec in deo nec in aliqua creatura: ergo ꝓpter mutationē sui ꝛ ad caritatē: ꝛ per cōsequēs modo istud est ꝑ se ꝛ necessariū ꝙ nō iustificatur sic quis nec transit de nō esse grato ad esse gratus/ imo nec transire potest nisi per infusionē caritatis habitus creati ad quem terminatur vel secūdum quā attenditur mutatio in ipo ꝛ nullo modo in alio nec secūdum aliquid aliud. Rūsio. ¶ Respōsio est. Primo ꝙ dequid sit de illis suppositis que supponūtur in argumento ꝙ nō esset aliqua mutatio/ nec penes instās vel tempus qz non essent: nec in alia creatura qz nō ponitur: nec in eadē secūdum aliquid aliud a caritate. Patet quia nō iustificarem nisi posita caritate per inutionem secūdum caritates. Sed istud nō concludit quin posset poni mutatio in alio vel sim aliquid aliud. Et sic alio modo iustificari/nec concludit ꝙ iste modus iustificandi sit per se ꝛ necessarius vt patet: quia nec concludit ipossibilitatem alterius modi sicut patet. ¶ Ad tertium dico ꝙ peccatum pro quāto dicit reatū ꝛ demeritum ꝛ ꝓ consequens culpam ꝛ imputatū nō dicit formaliter in se nisi respectum rationis ad voluntatē diuinā inputantem in ordine ad talem vel talem penam: licꝫ actum subtractum connotet/ ꝛ negationē etiā debite rectitudinis in actu/ sicut in pcto cōmissiōis vel etiam negationem actus sicut in peccato omissionis. Quādo ergo vicis ꝙ pctm ꝛ caritas formaliter opponūtur sicut habit⁹ ꝛ priuatio. Dico ꝙ est falsum: ꝛ ideo dico ꝙ potest remitti culpa ꝛ nō infundi aliqua caritas vel gratia. Et potest de nouo acceptare ꝛ esse carus/ sicut dictum est in solutione argumenti ꝓcedentis. ¶ Ad quartū de frustra licet deus possit acceptare sine ipa/ sicut etiam creatura nō coopatur frustra ipsi deo/ licet deus posset omnia facere imediate ꝙ seipm. Quando dicis de natura dico ꝙ nō est simile qz natura determinata est ad vnum modus agendi: ꝛ ideo frustra haberet media ꝙ sine illis posset agere. Deus autē nō sic determinatus est ad vnū modus agendi mediate tm vel imediate/ sed pōt sicut sibi placet: ꝛ sicut determinat secūdum leges sue sapiētie. ¶ Ad quintum dicitur ꝙ actus potest dici supernaturalis vno modo ex se ꝛ natura sua intrinseca sicut creatio ꝛ suscitatio mortuorum ꝛ huiusmodi: ꝛ de talibus currit argumētus. Alio modo potest dici supernaturalis pro quāto quia ab aliquo ordinatur ad finē supernaturalem ꝓsequendū licet in se sit quid naturale. Et isto modo actus meritorius dicitur supernaturalis/ ꝛ ipropie dicitur supnaturaliter/ nec oportꝫ ꝙ elicies talem actū habeat in se principium aliqđ vel formā supnalē: sed ex puris naturalibus potest ipm elicere. ¶ Ad sertū dico ꝙ persona potest acceptari ꝛ postea actus/ ꝛ hoc sine omni habitu creato supernaturali vt dictū est: tñ maior illa est dubia ꝛ nō curo modo quicqđ sit de ea tñ pōt ꝓbabiliter cōcedi/ sicut eam pus cōcedi videbar. ¶ Ad septimum dico ꝙ nō sequitur ꝙ prima gratia cadat sub merito de condigno: qz actus meritorius prie gratie vel caritatis nō est a persona cara/ nec ꝑ suppōnit personam acceptā: ꝛ ideo nō est meritū tantum de cōdigno. Sed actus meritorius vite eterne presupponit ꝓsonaꝫ acceptā ꝛ carā/ quod possibile est sine omni habitu/ ꝛ ideo dicitur merito de ꝑdigno ideo ꝛc. Hec est intelligendū illud dictum vulgare ꝙ habens caritatem vel gratiā rōne caritatis vel gratie mereatur ex cōdignitate ꝛ natura istorū habituum vel habitus vitam eternā. Quia oppositū dicit apostol⁹ ad romanos octauo/ existimo (inqt) ꝙ non sunt cōdigne passiones huius temporis ad futuram gloriā que reuelabitur in nobis: sed tota condignitas meriti ad premium ex ordinatiōe diuina modo ꝑdicto. ¶ Ad octauū sequit error pelagij imo magis oppositū ꝗ si ponerēt caritas necessaria ad innuendum / qz caritas cum nō sit fortaliter libera quicqđ conferret ad meritū ꝗtum esset ex parte sua aut esset mere naturaliter ꝛ nō libere: ꝛ ex aliquo formaliter necessario tam naturaliꝰ vel necessario moueremur vel mereremur cōpletiue: ꝫ secūdum istam viam ratio meritorij in actu soli dependet ex mera liberalitate ꝛ acceptatione diuina/ ad quam nō possum⁹ attingere nec deuenire ex puris naturalibus. Similiter etiā de⁹ est spūssanct⁹ qui est caritas per essentiā operatur actus meritorij in nobis: nō solum docet opari: sed volūtas sibi cooperatur. Pelagius aūt voluit ꝙ solū deus doceret meritorie operari ꝛ nichil faceret sicut vn⁹ miser qui iacet in porta qui bene docet viam sed non docet virtutē ambulandi nec pōt eis coambulare. Hoc aūt nō sequitur ad positionē predictam.

¶ Ad nonum dico breuiter ꝙ ad actum visionis beate nō requirit aliquis habit⁹ / qui dicitur lumē necessitate absoluta qz intellectus habet ens oē ꝓ obiecto/ ꝛ seipo dispositus est: cū dicis oportet intellectus eleuari. dico ꝙ non oportet ꝙ tale lumen Tu dicis Se habet sicut oculus noctue ꝛ est: dico. ꝙ verum est nō simpliciter ꝛ absolute/ sed pro statu presentis mortalitatis ꝗtum ad multa intelligibilia que nō potest itelligere clare/ imo nec intelligere nec recurrendo ad fantasmata aliorum: ꝛ ab hoc impeditur ex pena inflicta ꝓpter peccatū sicut puto ꝛ pro statu isto penali. Unde ꝛ post separationē ꝛ resurrectionem poterit naturaliter ꝛ clare multa intelligere ꝙ modo nō potest vt seipm et angelos: similiter etiam quātum ad actū beatifice visionis. Dico ꝙ ꝗtus est ex se est sicut oculus noctue: quia ad illum non potest attingere ex suis naturalibus eliciendo ipm: sed adeo elicitur solum ꝛ causat talis actus in mente nō/ qz sit necessarium aliquod lumen creatum sed lumen increatum causans effectiue talem actum. Planum est etiā ꝙ illud lumē non est absolute necessarium in rōne principij effectiue respectu visionis/ qz si esset principiū effectiuū de? posset supplere causalitatē eius. Similiter etiā nō in ratione dispositionis/ qz lumē ipm nec aliqs habitus est ratio recipiendi actū/ sed magis potentia ipsa. igitur ꝛc. ¶ Ad decimū dico ꝙ patꝫ per predicta ꝙ nō opꝫ ꝙ naturaliter sciat aliqs se mereri. ¶ Ad vndecimū ꝙ pro tanto gratia dicit se habere sicut sessor ad equū respectu mentis: nō qz aliqd causet vel efficiat in actu/ sed pro tanto qz inclinat ad talem actum respectu talis obiecti determinati qui tamē ex hoc formaliter nō est meritorius sicut dictum est supra. Sed ex hoc ꝙ acceptat a deo vt a

persona cara quequidē possent stare sine caritate. Verum est tamē ꝙ illa inclinatio secūdum caritatem non staret ad illud. similiter respondeo de gratia que secūdum Augustinum se habet ad volūtatem sicut sessor ad equū: quia nō intelligo illam inclinationem quam dicunt aliqui ꝙ illud verum est de gratia increata/ que cōcomitatur gratiam creatam regendo volūtatē in merendo sicut sessor equū ꝛ ita de gratia creata nōn est intelligendus nisi per concomitantiam ad gratiā increatā/ que etiā cōcomitantia nō est necessaria absolute ad merendum/ licet ponatur in mente de facto scōm Augustinū. Similiter dicendum est ad aliud dictū Augustini. ¶ Ad vltimum ꝙ actus non dicit virtuosus qz sit a virtute elicitus actiue/ vel qz virtus sit ratio recipiendi / sed qz est secundum inclinationē virtutis/ non a virtute ꝫ a volūtate. Unde diceretur ꝙ virtus in nullo principiat actuꝫ licet inclinet ad ipm: sicut secūdum aliquos grauitas in lapide inclinat ad esse deorsum ꝛ tamen nō causat ipm nec etiā motum nec sicut ratio agendi nec sicut ratio recipiendi sed magis ipsa quātitas lapidis: sed tūc diceretur ꝙ non est simile de esse caro vel accepto respectu caritatis et de esse virtuoso vel morali in actu virtuoso respectu virtutis. Actus enim virtuosus dicitur qz secūdum inclinationē virtutis. Sꝫ act⁹ non dicitur carus vel acceptus nisi secundum voluitionem acceptantis: licet etiam bene sit actus meritorius secūdum inclinationē caritatis. Hoc tñ nō est absolute necessarium sed contingens: ꝛ possibile est ꝙ sit nō secūdum inclinationem talem ꝫ a voluntate nuda vt dictū est supra. Vel aliter ad illud de actu virtuoso dico ꝙ actus virtuosus sequēs habitum est eiusdem rationis ꝗtum ad substantiam actus/ ꝛ qualibet circūstantiam debitā cū actu precedente habitum / ꝛ per cōsequēs posset poni ꝛ esse ꝗtum ad oia ista sine habitu virtutis/ sicut ꝛ actus meritorius sine caritate ꝛ in ratione meritorij: vere est tamē ꝙ quātum ad cōformitatem vel cōcomitā tiam ad habitum virtutis ex qua forte dicitur act⁹ virtuosus ꝛ nō ille q̄ ꝓcedit habitū virtutis nō pōt poni actus virtuosus sine habitu virtutis sicut nec respectus sine termino. Sic etiam in ꝓposito si act⁹ diceretur meritorius ex circūstantia caritatis concomitantia. Sed dico ꝙ hoc nō est verum licet de facto secundum ordinationem diuinam nō sit meritorius nisi concomitante caritate. Ex illa tamē nō est meritorius ꝫ ex acceptatiōe diuina/ que simpliciter potest esse sine caritate. Aduerte ¶ Nota hic de inclinatione illa que secūdum aliquos ponitur eē a caritate. Non itelligo bene nec puto ꝙ caritas se habeat ad actum inclinare sicut ipsi ponūt quasi principium inclinatiuū vt grauitas suo modo: licet enī inclinare illud nō sit agere/ qz etiam ponitur quando actus nō ponitur vel ante actū vel post: tñ difficile est ꝛ videtur impossibile quin principiū inclinatiuum sit principium actus quādo ponitur sine vt actiuum sine vt passiuum. Modo sicut dicā in tertio non credo ꝙ caritas sit principium actus meritorij aliquo mō nec quātum ad substantiam actus/ nec ꝗtum ad modum aliquem actum intrinsecum plusꝗ aliquis habitus alius voluntatis vel etiam intellectus sicut grāmatica vel huiusmodi licet respiciat idem obiectum cū actu quare ꝛc. Quere de ista materia in tertio distinctiōe vigesima septima.

¶ Concludo ergo ex predictis cōtra alios ꝙ si intensio Magistri fuit negare habitum caritatis ꝙ sua opinio non potest efficaciter per rationem impugnari ꝓbando ꝙ caritas vel etiā gratia sint absolute necessaria ad ꝑdicta. Hec de prio articulo. resolutio

¶ Quantum ad secūdum articulum.

Dico breuiter ꝙ cōgruū est ponere in voluntate habitum caritatis creatum sibi formaliter inherentem ꝛ perficiētem ꝛ quasi quendā spiritualem decorem ꝛ ornatum in ordine ad obiectū. Hoc ꝓbo qz in potentia habituali ꝓgruum est ponere aliquē habitū in ordine ad obiectum suū primus ꝙ quem habitū perficiat in ordine ad illud. hoc patꝫ in omnibus. Sed voluntas est hmōi potētia habitualis ergo in ipa cōgruū est ponere respectu summi bont (quod est obiectum eius primum et summum) aliquem habitum. hic autem est caritas. ergo ꝛc. ¶ Scōo sic. In potentia que nata est cōplacere specialiter alicui amāti cōgruū est ponere aliquem decorem (hoc videmus in corporalibus) sed voluntas nata est cōplacere specialiter deo amanti/ ergo congruū est ponere in ipa decorē spiritualem caritatis. ¶ Dico igitur ꝙ est cōgruū ꝛ nō solum cōgruum sed est de facto: hoc autem (qz contingens est) non pōt demonstrari. Sed ad testimonia scripture vel sanctorum oportet recurrere: ex scriptura tamē difficile est ꝓbare. Ad hoc autem adducitur auctoritas Augustini de spiritu ꝛ gratia exponētis illud apostoli ad romanos quinto. Caritas dei diffusa est i cordibus nostris. ꝛc. Dicit enī ibi ꝙ ista caritas non est illa qua deus nos diligit sed qua nos sui dilectores facit formaliter. Ex hoc patēter insinuās ꝙ est caritas creata in nobis que non est deus sed aliquid datū a deo ꝛ infusum mēti/ sicut fides xpi qua nos fideles facit: que tamen fides infusa non est simpliciter necessaria ad actus credendi vt puta: sed potest sufficere fides acquisita ex auditu: licet etiam infundatur illa in baptismo. Similiter ad hoc est illa auctoritas Augustini de moribus ecclesie adducta ad partem oppositam questionis. Magister tamen soluit eas in litera/ sed non videtur ꝙ bene soluat eas sed districte vt patet intuenti. Hec de secūdo. Aug. de spū ꝛ gra

¶ Quantum ad tertiuꝫ quid scilicet senserit Magister.

Dico ꝙ magister exponitur tripliciter. Uno modo ꝙ negauit omnē habitum tam gratiam ꝗ caritatem ꝛ omnē gratificātem ꝛ sanctificantem ꝛ ponit solum fidem ꝛ spem mediantibus quibus spiritussanctus elicit actum credendi ꝛ sperandi/ ꝛ non in mente ꝓpter ꝑfectionem ipsoꝝ sed ad actum diligendi eliciendum in mente: quia perfectus actus est. ¶ Secundus modus exponendi ipsum est/ ꝙ ipse negauit omnem habitū creatū qui dicit caritas nec posuit aliquam caritatē in voluntate/ nec aliquem habitū inclinātem ad actū dilectiōis: ꝫ bñ posuit gꝛam habitum aliquē in aīa/ qui nō est opatiuus habit⁹/ nec inclinatiu⁹ ad actū/ ꝫ tm gratificat ꝛ sanctificat aīam Spūs aūt sanctus ꝙ est cēntialr caritas mouet ad actū dilectiōis coopante volūtate quā spūssctūs in hītat/ ꝛ videt ista quod āmō intēdo Magr ex plib⁹ dictꝫ suis i hoc libro vbi dicit ī vno loco distin. 37. ꝛ allegat Aug. ad Darda. ꝙ puuli pueri baptisati Opt. magistri mlt/ tifariam. exposita.

pertinent ad templum dei / hoc autem non est per aliquem actū dilectionis quem efficiat in eis spūs sanct⁹/ꝑ aliquē habitū sanctificatē puta ꝙ graz. Similiter etiam dicit in secundo ꝙ homo in statu innocētie ex puris naturalibus potuit vitare oīe peccatum: nō tamē sine gratia potuit mereri. Uñ videtur ponere habitum gratie sanctificantē necessario requisitum in merente vt sit gratus z acceptus deo/non vt principium operādi: sicut nec decor in nobis est principiū operādi. Et ista expositia imponit magistro q ipe senserit gratiā nō esse eundem habitū cum caritate: qz gratum cōfessit z caritatem negauit. ¶ Tertius est modus exponēdi ꝙ ipe cōfessit z habitum sanctificantem z habitum inclinātem ad actum licet nō ita perfecte: z iō oportet ꝙ spūssanctus in hoc actu efficacius z specialius operetur ꝑ in alijs / z ideo quasi attribuit totam causalitatem spiritui sancto vna cū volūtate. Non curo de istis expositiōibus: michi videtur ꝙ ipe expresse sicut posuit negauerit caritatē creatam que ponit modo a doctoribus. Et patz hoc p auctoritates quas pro se inducit/z per hoc ꝙ ꝓtrarias soluit vide literaz eius. Et ꝙ posuit spiritum sanctum esse caritatem / z elicere actum dilectiōis meritorie sine aliquo habitu creato qui ꝺbeat dici caritas. Ita ꝙ posuit fidem z spē habitus creatos z negauit caritatem. Et puto ꝙ posuit voluntatē cooperari ad actum istum ipsi spiritui sancto/quia alias nunq̄ saluasset libertatem meritoriam q̄ requritur in merendo. Hec credo ꝙ possit magister per rationes efficaciter impugnari. ¶ Aliqui aūt volunt ipm colorare vno coloze falso. Dicūt enim ꝙ intellexit ꝙ spiritus esset quasi principiū ipsi voluntati in eliciendo actū dilectionis ꝑtūcunq̄ spiritussanctus nō informet voluntatē: quia ad hoc vt aliquid sit tale principium quo alicui/nō oportz ꝙ det illi esse per inherētiā: sicut ꝓtz de natura humana in xp̄o/que habat esse per modū quo ipi diuino suppositio: esse scilicet humanū tamen nō informabat ipz. Similiter erat sibi ꝓncipiū coopandi opa humana. Similiter etiam essentia diuina omni intellectui quia est perfecte sibi intima/est sibi principium quo intelligēdi ꝓpter intimū illapsum: ꝙ nō est sibi minus presens ꝑ si informaret ipm: ergo caritas que est habitus creatus nō est necessaria/ nec ꝓpter actum ꝓmum esse causarum/nec ꝓpter actū secūdum operandi meritorie. ¶ Contra/quia suppositz dicit quid incōmunicabile z vt quo z vt qō ergo impossibile est ꝙ spūssanctus sic suppositū sit alicui dans esse vt quo vel operari vt quo. Q̄ autē suppositū dicat quid incōmunicabile: vt quo patet quia per hoc distinguitur a materia vel forma. Ad illud qō dicūt de natura hūana. Dico ꝙ natura cōmunicabilis est vt quo z ideo pōt dare aliqō eē vt quo: dato ꝙ nō informet tm sed impossibile esset hoc de aliquo supposito nature humane. Ad aliud de essentia diuina. dico ꝙ ipa cōicabilis est tm vt quo tribus diuinis suppositis qz ad ītra z adequate illis tribus. Et ideo impossibile est ꝙ sit principium quo intelligendi alicui creature. Uñ assumptum est falsum. Sic igitur nō colorat̄ p ista intentio magistri/sed magis decolorat: nec ipe sic intellexit puto. ¶ Sic igit̄ ꝓcludēdo/dico ꝙ q̄cquid senserit magister ꝙ ponenda est caritas creata in voluntate adhoc vt sit deo cara vt operet meritorie z hoc nō necessitate absoluta/sed necessitate ordinationis diuine/qua sic ordinauit ꝙ nullus est ꝺbe carus z acceptus nisi habens caritatem: nec etiam aliquis actus eius sine caritate est acceptꝰ ad premium vite eterne. ¶ Ad hoc adducitur vna congruentia quia sicut spiritui sancto appropriat caritas: ita filio appropriatur sapiētia. Modo planuz est ꝙ non solum filius datur nobis in seipo sz etiā in dono sapiente creato/ergo etiam nō solum spiritussanctus qui est caritas per essentiam dat̄ nobis in seipso sed etiam in dono caritatis creato. Hec de tertio articulo.

Coloratio q̄rūdꝑ mr̄go.

ꝑdictos colorātes magistrum.

Resolu. doctoris

¶ Ad ꝓmum principale dicitur ꝙ bene cōcludit spiritū sanctum esse caritatē vel dilectionem meritoriam causaliter/ sed cū hoc oportet ponere aliam creatam formaliter de facto Dico ꝙ dicit ꝙ argumentum Augustini tenet sic. Omnis diligens ꝓximum diligit dilectionē suā formaliter qua alterū diligit. Sed omnis diligēs dilectionem suam formaliter diligit spiritū sanctum (qui est dilectio per essentiam z deus) ergo omnis diligens fratrem diligit spiritū sanctum vel deum: z ita patet ꝙ dilectio que habz rationem medij nō vnifōrmiter accipitur: quia accipitur pro dilectione que est forma inherens: dilectio autem que est p essentiam accipitur in ratione alterius extremi. ad argumēta gōnis ꝓncipalia.

¶ Ad secundum dico sic ꝙ spiritussanctus qui est caritas per essentiam est donum excellentissimum z ꝙ diuidit effective inter filios regni z perditionis: sed bene caritas creata cū hoc potest esse donū excellentissimum in genere creatorum diuidēs formaliter aliquo modo inter filios regni z pditiōis.

¶ Ad tertium dico ꝙ deus caritas est p essentiaz z veraciter quia caritas dicit perfectionem simpliciter: z ideo aliter est caritas ꝑ spes vel fides vel refugium: sed non sequitur ex hoc quin sit alia talis creatura in mente sicut etiam ipse est sapientia vel iusticia z tamen in mente ponitur sapientia et iusticia creata. ¶ Ad quartum/ꝙ caritas creata potest intelligi non bona abstractiue non intelligēdo suam passionem que est bonitas: sed non circūscriptiue intelligendo ipsam non esse bonam sicut nunc potest intelligi non esse caritas. Similiter etiam dico ꝙ essentia diuina potest intelligi nō bona. Similiter quando dicis vltra ꝙ essentia diuina est bona vel deꝰ per essentiā. Dico ꝙ verum est quia non est bonum creatum nec participans alio: sed non sic per essentiam ꝙ quidditative et per se primo modo. Quando etiam dicis vltra ꝙ creatura est bona per participationem et potest intelligi non esse bona sicut etiam non esse. Dico ꝙ participatio duplex est vna forme a subiecto / sicut aer participat lumen z de tali currit argumentum.

Nota.

Alia est participatio effectus a causa sicut radius participat lumen a sole z de tali nō oportet ꝙ participans possit intelligi sub opposita contradictione eius secundum quod dicitur participare aliud. Sed istud participare nichil aliud ē ꝑ ab alio causari z ipsum imitari / quod tamen conuenit causari per essentiam suam creatam/ non tamen sibi conuenit per essentiam sicut deo creare probant per eēntiam distinguitur contra per participationem: scilicet prout per essentiam distinguitur contra per accidens.

¶ Distinctionis Decime septime. Questio Secunda.

¶ Secundo q̄robꝫ caritas augeat vel pōt augeri. ¶ Videt ꝙ nō. Illud qō auget̄ mutat̄ vel mouetur. Sed caritas nō mutatur vel mouet/nō est aūt subiectum motꝰ. ꝙ z c. ¶ Sedo sic. augmentū est motꝰ ad quātitatē vt ptz. 5. Phisicoꝝ. z primo de gñatiōe: sz caritas nō est quātitas sz magis qualitas: ꝙ nō augetur.

5. phis. z 1. de gña.

¶ Tertio sic. In parte itellectiua nō est alteratio septimo Phis. ꝙ similiter nec augmētatio/ sz caritas ptinet ad partē intellectiuā coassumendo volūtatē: ꝙ z c. ¶ Quarto caritas ē p se primo mō ad aliquid sicut scientia z alij hitus. 5. Methaphi. sed in ad aliquid nō est motus. 5. Phisicoꝝ: ergo z c.

7. phis.

5. metha.

¶ Contra In collecta quam orat ecclesia. Deus qui es sempiterne deꝰ da nobis fidei spei z caritatis augmētum. z c. Sꝫ eccl̄ia nō petit impossibile vel falsuz. ergo caritas potest augeri z augetur immediate.

¶ In ista questione sic ꝓcedā

¶ Primo ꝓmittā aliqua z ꝺcisa q caritas augeat.

¶ Sedo ponā vnam opinionē p quē modū augeat

¶ Tertio aliā. ¶ Quarto aliā quā intēdo tenere.

¶ Ultimo ad rationes.

Duplex quātitas

¶ Quantum ad ꝓmum dico ꝙ duplex est quātitas. Quedā est quātitas molis q̄ est rō intēsionis vel quātitas discretionis z ista ꝓstituit sedm ꝑdicamentū z est i gñe determinato entis. Alia est ꝙtitas trāsecdēs que est quātitas pfectiōis in eēndo/vel virtutis in agēdo/z ista nō ē alicuꝰ generis determinati: sed pōt inueniri tā in ente extra genus ꝙ in ente infra genus. Sedm hoc dicit Augustinꝰ. 5. de tri. Dico ꝙ in hijs q̄ non sunt mole magna illud est maiꝰ qō melius. Ista distinctio de quātitate habetur sexto de trinitate septimo z octauo. ¶ Et sicut est duplex quātitas ita est duplex motꝰ in quātitate vnꝰ qui est ab impfecta quātitate molis ad pfectā vel ecōuerso q̄ ꝺr augmētū vl ꝺminutio. Aliꝰ q̄ est ab ipfecto gdu fore i eēndo z ꝙtuz i agēdo ad pfectū vel ecōuerso q̄ ꝺr intēsio vel remissio magis ꝓprie: licet etiā cōi noīe cū alijs ꝺcaꝭ augmentū z ꝺminutio. ¶ Ex hijs ꝓcludo vnū ꝙ sicut quātitas molis sm quā mouet aliqō ꝑdicatū hz partes z est ꝺuisibilis z est citra terminū pfectiōis. Sic recte ꝑdicta ꝙtitas pfectionis vel virtutis/ sedm quā aliqō subiectū hz ptes suo mō z est ꝺuisibile: z est citra terminū pfectiōis/ saltē nō est necessario in termino pfectionis. ¶ Sedo premitto ꝙ magis z minus z maius z minꝰ aliquo mō ptinēt ad nostrum ꝓpositū qz opatio sm verūq̄ accipiꝭ penes aliquā quātitatē de ꝑdictis. Unde in hoc ꝓzio ꝓueniūt ꝙ vtroq̄ opatio tam sm maius ꝙ sm minus ꝙ sm magis z minus accipiꝭ sm aliquā quantitatez vel modū quantitatiuū. Sedo ꝓueniūt in hoc qz inter vtroq̄ istoꝝ extremoꝝ sunt rōnes disquiparentie. Unde sunt relationes diuersarū rōnū in extremis. Patet/maius em̄ ꝺr respectu minoris z econuerso: similiter magis respectu minus z econuerso z duo sunt ibi q̄ sunt relatiua suppositionis sicut magis z minus Alia duo sunt suppositionis scilicet minus nomen z minus aduerbiuz: vtraq̄ cōpatio sm ista fundaꝭ sup aliquam quātitatē z sumiꝭ sedm eam.

Comparatio

¶ Differūt aūt ista qz maius z minus est in quātitate z ꝓcipue perfectionis z virtutis sedm se z absolute nō in cōparatione ad subiectū vel suppositum. Unde forma ꝺcit in se maioz vel minoz sicut calor ꝺcit maioz vel minoz. Et linea ꝺcitur maioz vel minoz. Sed magis z minus fundanꝭ in quantitate sedm qō habet esse in subiecto. Unde z subiectum ꝺcit magis tale sedm illā z precipue loquendo de quātitate perfectionali. ¶ Ex quo patet ꝙ cōparatio sedm maius z minus est prioz z ꝓsupponitur ab illa q̄ est sedm magis z minꝰ/z prius est cōsiderare formā in se quasi in ordine ad subiectū vt ptz. Uñ ꝺbicunq̄ est cōparatio sedm magis z minus ibi est dare illā sedm maius z minꝰ nec opz ꝙ eccūuerso/z hec est differentia sedā inter istas duas ꝓpositiones predictas. ¶ Tertio dico ꝙ caritas potest augeri z pōt esse maioz z minoz/z subiectū sm ipam pōt ꝺci maius vel minus hoc tale. Hoc ꝓbo ꝓzio Auctoritate Augustini ad Bonifacium vbi ꝺcit ꝙ caritas merek augeri vt aucta mereaꝭ pficiꝭ. Et secūdo ꝓbo hoc rōne sic. Forma ꝺuisibilis hns gradus que nō ē in termino pfectiōis pōt augeri: sed caritas est hmōi. ꝙ z c. Maioz patz qz hec est ratio cōise quare forma pōt augeri: nō sicut ꝺcunt aliqui ꝓpter elongationem vel depurationē a cōtrario. Tū qz lumen intendiꝭ nisi habet cōtrarium. Tum qz prius forma est tanta in se ꝙ ad cōtrarium cōpareꝭ. Unde illud est sigñm: nō cāmec intendit aliud ꝺcere Aristoles. 3. topicoruz qū ꝺcit ꝙ albius est nigro impmixti⁹. Nec sicut ꝺcūt alij ꝓpter maiorem dispōnē in subiecto: qz de illa dispositione quero aut habet dispositionem aliam in subiecto ratione cuius intendatur / z pari ratione illa / te est processus in infinitum. Aut non habet dispositionem/z tamē est maioz ergo non propter hoc intenditur forma vniuersaliter loquendo quia habet maiorem dispositionem in subiecto. ¶ Si dicas ꝙ non est propter intensionem eiusdem dispositionis sed propter pluralitatem dispositionuz que tamen nō intendunꝭ. Contra quia tunc quando sunt motus secūdum formam intensiuam oportet prius fieri ipsum necessario secundum dispositiones vel ad illas z tunc semper haberenꝭ tot motus vel mutationes quot essent dispositiōes. Preterea contra ponentes ꝙ non per essentiam: forma habet partes quia ꝺcūt ꝙ forma z motꝰ sunt idē/ z subiectum presupponitur motui/ergo oportz ponere partes secūdum quas sit variatio motus quia subiectum manet idem nec in suis partibus variatur: ergo z c. Similiter in aere non est maioz vel minoz dispositio ad lumen z tamen intenditur in ipso z sic de multis alijs. Nec est ꝺcendum ꝙ propter maiorem radicationem in subiecto: quia vel intelligitur maioz radicatio maioz durationi vel maioz habituatio. Non primo quia albedo vnius diei tanta est z maioz frequenter ꝙ albedo centum dierum.

Comparatio

Nō ꝺ termis lis maiꝰ z minus z magis z minus.

Lozrela.

Aduerte

¶ Nota secundo quia videmus ꝙ passio trāsiens sicut rubedo ex pudore est intensioz frequenter et alias ꝙ rubedo ymanēs vel accipis maiorē radicationē maiorē inherētiā: z tū cū inherētia sit relacio sedm ꝙ relatio suscipiat magz z minꝰ sm cēntiā

suam/qđ ipi nō ꝓcederēt. Ꝓterea hoc esset rōne fundamenti vel termini vel vtriusq;/ z sic habetur ꝓpositū. Nec etiā ꝓter agēs ꝓcise vt dicūt alij:qz licet bene ab agēte intendat forma. Si tamē fōa esset indiuisibilis z oīno simplex nunq̄ posset eam intendere/quia hoc repugnaret sibi/ergo restat sola ratio posita in maiore. Sz minor ꝓbatur q caritas sit talis forma a posteriori. Jn actibus em̄ caritatis videtur z percipitur esse mtēsio et remissio secūdum ꝓfectius z imꝑfectius. Undevnus actus est alio ꝓfectior z feruētior/nec oportet q quilibet sit in termino ꝓfectionis vt ptz/z similiter per correspondentiā sic est de caritate. ¶ Scdo sic. Quātitas ꝓmij attenditur secūdum mēsuram caritatis z perfectionem actus meritorij:sed certū est q alicui caritati debetur maius ꝓmiū/ z alicui minus/ergo vna est maior alia z ꝑōt augeri vel mtēdi
obiectio. vt videt. ¶ Sed cōtra qz si caritas augeat aut illa est caritas ꝑcedens vel sequēs. Aut caritas 3°. cōstituta ex eis. Aut caritas in cōmuni accepta: non ꝓma qz illa semper manet eadem q̄ ꝓius/nec cōuertitur in aliquā aliā/nec aliqua alia in ipam/nec secūda qz nō ꝑexistit:nec tertia pari ratiōe quia de nouo habetur:nec alio modo qz terminus augmenti singulariter debet esse singularis/z similiter q̄libet caritas augeretur. ¶ Ad hoc ꝑōt dici q caritas ꝑexistens augetur licet maneat eadē que ꝓi? nec ꝙuertat in aliā aliquā/nec alia aliqua in ipam. Sed ꝓ tanto augeri dr̄ qz ipa ꝓexistens z manens eadem fit actu pars z concurrit cum alia sibi aduenīente ad cōstitutionez tertie caritatis maior q̄ ipa sit z sic habeā maior caritas q̄ ꝓius. Et dr̄ caritas augeri/z hoc magis declarabiā inferi?.
Solutio.
Hec de. 1. arti. ī quo ꝓcōdāt oēs q caritas augeā.

De mō augmēti caritatis 1. opinio.
¶ Quantum ad secūdum articulum vna est opinio q̄ dicit de mō augmēti caritatis:q caritas z similr q̄libet alia forma intendit per hoc q aduenīēte nouo gradu forme ꝓ? corrūpitur z nouū indiuiduū introducit/quod tū est maius z perfectius z ꝓtinet ꝓfectionē alteri?. Similiter etiā qū forma remittit z vnus gradus admittitur totum qđ ꝑeat corrumpit. quod fuit maius et nouus indiuiduū/qđ est minus generat. Similiter etiā dicūt de motu augmēti in quātitate molis. et tunc dicūt vltra q augmentū sic est in formis sicut in diebus / qz maior forma penit? diuersa succedit minori/sicut in diebus maior succedit minori q̄ tū est alia. Adducūt rōnes. ¶ Ꝓma ratio est. Ꝓmi termini motus sunt incōpossibiles nec possunt simul stare/qz semp aliquis terminoꝝ abȳcitur:sed quantitas vel caritas maior z minor sunt termini motus augmenti z ꝓmij. Ab vna em̄ q̄ est minor ꝑ se ꝑceditur ad aliam q̄ est maior sicut a termino in teminū.ergo z̄c. ¶ Scda ratio est. Adot? facit distare terminū a termino. 4. Ꝓhiſi. Sz motus inter
4. phiſi. siōnis nō ꝑōt facere distare terminū a termino nisi corrumpendo ipm vt ptz/qz si ambo manēt/manēt in eodē subiecto.g z̄c. ¶ Tertia rō est sicut se hnt maius z minus vel magis z min? in alia z alia specie/ita z in eadē si illa sunt incōpossibilia in eodē:forma mouetur z maius tm̄ ꝓtinet minus ꝓfectionaliter nō tamen realiter z formaliter:g similr maius in eadem specie nō in idē mouetur cum minori nec ꝑōt ipm ꝓtinere realiter. Et cōfirmatur per simile de substantia que si ponatur suscipe magis z min? (sicut dicit q aīa ꝓi nobilior est q̄ aīa rude) Ꝓlanum est q maius nō ꝓtinet ibi minus nisi ꝓfectionaliter alioqn sequit q idē simul est magis z min? album seipō. ¶ Quarta ratio est. Sicut est in motu ad vbi/ita ꝓportionaliter est in alijs puta in motu intensionis/qz iste est regularis z primus z mēsura alioꝝ. 4. Ꝓhiſicoꝝ:sed in illo mobile in qualibet parte mot? est in alio z in alio vbi z mutat totum locū/g similiter z subiectū in alijs/est sub alia z alia fōa/z nō ꝑōt simul esse sub ꝓri z posteriori, sicut nec mobile sub vbi ꝓriori z posteriori.
¶ Quinta ratio est duo motus numero nō ꝑñt terminari ad eundem terminū numero intrinsecū mobili vt ptz qz tunc ille terminus bis ꝓducerēt/ sed acqsitio ꝓma forme z intensio ei? sunt duo mot? numero ergo ꝓmū istoꝝ nō sunt idē nūero. Termini sunt caritas maior z minor z ꝑ ꝑñs nō manēt simul in subiecto qz duo accidētia eiusdem speciei essent tūc simul in eodē subiecto ꝓna Aristo. 5. metaphi. ¶ Ultimo sic. Aristoteles dicit ꝓio de generatione q ꝓxia est inter nutritionē z augmentū qz qđ nutrit manet idē/ quod autem augmentatur non manet idem. ergo z̄c. 1. de gñatione.

¶Ad ꝓmam autem tertie opinionis quãdo dicit ꝙ qñ aliqd est in alio per partem/eodem modo est in alio sicut pars. Dico ꝙ verũ est si ꝙ partem tantꝫ per ꝓmo denoiatum sicut etiã est in exẽplo adducto/ nõ aũt oportet ꝙ si aliquid cõueniat alicui per partẽ sicut per rationem fundamẽtalem/vel sicut per rationẽ vel principium quo/ꝙ eodem modo cõueniat sibi ꝛ parti sicut generare nõ conuenit essentie/licet conueniat persone per ipam sicut per fundamentũ vel principium quo. ¶Ad scm dico ꝙ bene cõcludit ꝙ esse in/cõuenit persone ꝓmo per se totam/ sicut ꝓmo denoiatam sicut ꝛ ꝑsonaliter subsistẽte/ sed non cõcludit quin per essentiam sicut per rationem fundamẽtalem. ¶Ad tertiũ dico ꝙ licet sola entia sufficiat per modũ fundamenti ad esse in/ tamẽ necessario requiritur distinctio ꝑsonarum que non est nisi per relatiões/sicut etiam ad relationẽ equaliter vel similitudinis. Ita ꝙ nõ oportꝫ ꝙ pater sit in seipso: vel diceretur ꝙ apparẽtiam habet ad ꝓbandum ꝙ non per essentiam ineſt persone esse in/ sicut ꝓmo denoiatum. ¶Ad quartum dico bene ꝙ essentia vt distinguitur a persona cõuenit esse in personis formaliter ꝛ cõmunicabiliter. Et dico ꝙ non cõuenit hoc ꝙ se aliquo modo. Similiter etiaꝫ dico ꝙ esse in/ subsistẽter ꝛ incõmunicabiliter per realem ꝛ intimam ꝓsentiã ꝓsone subsistentis ad personam cõuenit persone ꝓut distinguitur ab entia/ꝛ dico ꝙ per essentiam vt per ꝓmo denoiataꝫ/ sed magis per se totã: sed dico ꝙ bene per essentiã vt per rationeꝫ fundamẽtalem/ sicut etiã esse equale/ vel etiam generare vel generari / et sic de ali�is. Ideo notã querendo.

¶Ad auctoꝛitates que adducte sunt ꝑ 2ª opi. dico ꝙ sunt intelligẽde sic/ꝛ hoc etiam sonãt verba magistri scilicet ꝙ esse in/ꝓuenit ꝓsonis diuinis ꝙ vnitatem essentie vel nature/seu magis per essentiã ipsã vel naturam/quæ est vna sicut per rationem fundamentalem/ nõ aũt sicut per partem ꝓmo denoiatam. Sed ¶tum ad vltimum dictum illius opinionis scilicet ꝙ esse in/quo est persona conuenit persone per se totam. Sed eẽ in/ꝓuenit persone ꝑ partem dico ꝙ vnifoꝛmiter vtrũqꝫ conuenit personeꝫ vtrũqꝫ per se totam/sicut per ꝓmo denominataꝫ sed per essentiam sicut per rationem fundamẽtalẽ. Unde etiam concedo ꝙ imaginatio eoꝝ ꝙ quaꝫ moueret ad illud dictum est falsa/quia vna persona nõ est in alia sicut ꝓtenta/necvna est in qua alia sicut cõtinens/sed sicut totum in toto ꝓmo toto/ ꝛ iõ nõ oportet ꝙ esse in persona cõueniat persone per partem/plusꝫ esse in quo persona/esse vero in quo alia cõueniat persone per se totum plusꝫ esse in alia persona. Sic ad questionem.

ad argumẽta ꝓncipalis.

¶Ad ꝓmuꝫ ꝓncipale patꝫ ꝙ non sequitur cõfusio Anaxagoꝛe dato ꝙ persona sit in persona ꝙ dicta in questiõe. ¶Ad secũdũ patet ꝙ non oportet ꝙ filiatio sit formaliter in patre/ꝛ per cõsequẽs nõ oportet ꝙ pater sit filius. ¶Ad tertium patet ꝙ non sequitur ꝙ filius sit in seipso nec ꝓsequẽtia est ad ꝓpositũ illa quarti phisicoꝝ/que ꝓcedit in directum sicut dictum est in corꝑe questionis. ¶Ad quartum dico ꝙ iste modus essendi personnam in persona/nec est aliqs de illis. 8. positis in quarto phisicoꝝ: nec reducitur ad aliquem ipsoꝝ. ꝓatet ꝙ non est aliquis illoꝝ modoꝝ qui accipiuntur sic ꝙ aliquid dicitur esse in aliquo vt totum in toto sic ꝙ nichil qõ est aliqd vnius sit aliquid alterius. Isto modo dicitur esse locatũ in loco/forma in materia/ res infinite optimo/ꝛ motum in motiuo / vel factum magis ꝓprie et quãtum ad formalem terminum factionis/sic autem persona nõ est in ꝑsona / sicut tota in tota/sic tamen ꝙ essentia est aliquid vtriusꝫ / similiter etiam nec sic persona in persona/sic ꝙ persona tota que est in alia sit aliquid eius in qua est/ sicut pars est in toto/vel sicut genus in specie/quia persona vna nõ est pars alterius/ vel sic ꝙ persona que est in alia aliquid habet quod non habꝫ alia in qua est in ipsa/persona tamen in qua est/ipa nichil habet quod non habeat illa que est in ipsa/sicut dicimus genꝰ esse in specie/ꝛ totum in parte: licet ẽm genus vno modo sit pars speciei/ ꝛ sic species habundat a genere in sua diffinitione/tñ ecõuerso ad aliqua se extendit genus secundũ vniuersalitatem ad que nõ ipa species / sed ad quicquid se extendit species ꝛ genus. ¶Modo sic nõ est in personis/quia nec aliqua habet quicquid est alterius/nec aliqua caret omni eo quod est alterius / sed quelibet aliquid habet formaliter quod non alia: ꝛ aliquid etiã formaliter quod habet alia. ¶Dico igitur cum ꝟlario ꝙ esse in est singularis modus essendi cuius similis non inuenitur nec habet locum in creatura nec Aristoteles ipsum vidit/sicut nec multa alia q̃ ꝓpter hoc non sunt minus vera. Solet addi vnũ argumentum/ ꝙ si duo indiuisibilia sunt simul et vnum est in alio non possunt manere distincta / sed faciunt vnum secundum Commentatoꝛem sexto ꝓhisicoꝝ: ergo similiter due persone non manent distincte si vna est in alia/cum sint simplices ꝛ sic indiuisibiles sicut puncta dico ꝙ antecedẽs est falsum ꝛ non solum de possibili virtute diuina sed etiam de facto. ꝓlanum est ẽm ꝙ multe linee possunt terminari ꝛ concurrere in eodẽ ſtu: sed planuꝫ est ꝙ quelibet habet suũ punctum terminans: ergo duo puncta indiuisibilia simul sunt in eodem ſtu/ ꝛ tamen manent distincta sicut ꝛ sue linee quas terminant. Unde nego Commentatoꝛem / vel si concedatur illud de punctis/ nõ sequitur ꝓpter hoc de personis/quare quelibet est necesse esse/ ꝛ distincta necessario ab alia.

¶Distinctionis Decimenone.
Questio Tertia.

¶Ertio quero vtꝝ in diuinis sit ratio totalitatis vel maioritatis alicuius.

¶Videtur ꝙ ibi sit ratio totalitatis. ꝓmo sic secũduꝫ Ambroſium ī hymno. Jn patre totus filiꝰ/ꝛ totus in verbo pater. ergo ꝛc. Ambro. ¶Secũdo videtur ꝙ ibi sit totũ eẽntiale/quia vbi est aliquid constitutum ex actuali ꝛ potẽtiali/ibi est totũ eẽntiale/sed in diuinis est suppositum cõstitutũ ex eẽntia quasi materia ꝛ potentia/ꝛ relatione quasi actu ergo ꝛc. ¶Tertio ꝙ ibi est totũ numerale/ qz dicit Athanasius in symbolo ꝙ tote tres ꝑsone coeterne sibi sunt ꝛ coequales. ꝙ ꝛc. ibi est tot nũerale Athana. ¶Quarto ꝙ totũ vniuersale/qz secũdum Damascenum libro ꝓmo nõ natura sꝫ numero differũt diuine ypostases: ergo suppositа cõparant ad eẽntiam sicut species vt videtur. Damas. ¶Ultimo videtur ꝙ ibi maioritas vel ratio maioritatis: qz ibi est eẽntia que est ex se formaliter infinita/ ꝙ essentia est aliqd maiꝰ q̃ relatio/ꝛ relatio q̃ nõ est ex se formaliter infinita ¶Contra. Omne totũ est maius sua parte/ sed in diuinis non est maius aut minus secũdum Athanasium in symbolo ꝛ cetera.

¶In ista questione sic ꝓcedã ¶ꝓmo ostendam ꝙ in diuinis nõ est aliqua ratio totalitatis completa ꝛ perfecta. ¶Secũdo ꝙ nec ratio maioritatis.

¶Quantũ ad ꝓmum ꝓmitto ꝓmo ꝙ totum ꝛ perfectũ sunt ꝓprima ꝛ aliqua sunt idem sicut dicitur tertio phisicoꝝ /non tamen vniuersaliter sunt idẽ: totum ẽm significat id quod habet vltimus siue ꝑfectionis in ordine ad partes. Ita ꝙ totum dicitur ꝑfectũ habẽs partes/ sed perfectum dico ꝙ non significat in habitudine ad partes sed solum ꝓportat habere vltimũ perfectionis sue: nõ quia necessario habet partem ꝛ partem: sꝫ qz sibi nichil restat accipiẽdum sic ꝙ inuenit ꝛ differũt/ nec oportet ꝙ omne perfectum sit totũ/ quia est dare perfectuꝫ nõ habens partes: sꝫ nõ est dare totum non habẽs partes. Nota ꝙ toto ꝑfecto. ¶Secũdo dico ex hoc ꝙ in diuinis licet sit ratio perfecti/nõ tamẽ est ratio toti⁹. ꝓbatio quia ibi non est ratio partis nec ratio totius: sed in deo nõ est ratio partis/quia non est nisi ratio imperfecti: tunc enim deus eẽt imperfectus/igitur ꝛc. In diuinis an sit aliqua rõ totalitatis. ¶Secũdo hoc in infinito actu ꝛ intensiue loquendo de infinitate simpliciter/non est ratio partis: qz omne habẽs rationem partis est actu finitum: sed deus est huiusmodi. ergo ꝛc.

¶Tertio dico ꝙ in deo non est ratio alicuius totius ꝓinde hoc qz in ſpeciali distinguit relatio per singula tota. Circa quod est aduertendũ ꝙ est triplex totum in genere. Quoddam est totũ essentiale: quoddã integrale: ꝛ quoddã vniuersale. Totum essentiale voco aliquid cõstitutũ ex pluribus essentijs: quarum vna se habet ad altã sicut potentia ad actum/cuiusmodi est compositum ex materia ꝛ forma: ex ſubiecto ꝛ accidẽte. Triplex totum. Totum eẽntiale. ¶Totũ integrale voco habens plures partes integrãtes ipm ꝛ hoc est duplex. ꝓmum est quod nullã verã vnitatẽ realem alicuius nature ſpecifice vel individui habet sꝫ sꝰ Totũ integrale ꝛ ẽ duplex.

lum ordinilis vel aggregationis/ sicut est totū aggregatione vt aceruus lapidum/ꝛ vniuersum:ꝛ totum nūerale vt nūerus sicut puto. Aliud est totū integrale quod habet verā vnitatem realē numeralē licet ad eā cōcurrant plures partes etiam distincte ex quibus cōstituitur(sicut est aliquid totū homogeneū)vt linea vel vna albedo intēsa/ ꝛ sic de alijs vel aliquod totum etherogeneū/sicut bos vel asin⁹ ꝛ huiusmodi/quorum tamen partes nō comparantur sicut potētia ꝛactus vt dictū est supra de augmento caritatis. ¶Tertium totū scilicet vniuersale voco omne supertus respectu sui inferioris/habens quatuor cōditiones. ℙrima est q vniuersale est cōmunicabile vt quid. Secunda est/q est illimitatum quodāmodo/qz ad multa se extendens. Tertia est/q est contrahibile per conceptus partiales differentiarum/ꝛ determinabile vel ad species vel ad idiuidua. Quarta est quod est numerale ꝛ partiale/ꝛ diuisibile in ipsis inferioribus/ ꝛ in quibus inuenitur/prime due ꝓditiones nō sunt impfectionis due vltime sunt imperfectionis. ¶Tunc ꝓbo q nullum istorum totoꝝ est in diuinis. ℙrio de toto essentiali: vbi nō est aliquid cōpositum ex eēntialiter distinctis/nec sunt aliqua essentialiē distincta/est ibi non totū essentiale:sed in deo cū sit summe simplex non sunt ista.ergo ꝛt̄. ¶Secundo sic. Omne totum essentiale scdm q huiusmodi necessario dependet ab aliquo efficiēte:qz omne tale est compositum:sed deus est quicqd est in ipo est simpliciter indepēdēs. ergo ꝛt̄. Ad hoc est Augustinus septimo de trinitate capitulo quinto vbi dicit tres personas ex vna essentia nō dicimus vnū deū sicut dicimus tres statuas vnū auruꝫ/quasi diceret q relatio ꝛ essentia nō cōstituūt sic personam q̄ est dei/sicut aurū ꝛ figura vnam statuā que est totum essentiale:nec sic etiā q plus sit de deo in trib⁹ personis q̄ in vna/ sicut in tribus statuis plus de auro q̄ in vna:nec etiam aliud sit deū esse ꝛ personaꝫ esse/sicut aurum esse ꝛ statuā. ¶Secūdo ꝓbo q in deo nō est totum integrale. Omne totum integrale habet partes essentialiter distinctas:sed in diuinis nichil est essentialiter distinctum ab alio / quia omnia sunt vna essentia diuina:ergo ꝛt̄. Sc̄o sic. Totum integrale vel nō est aliquid vere vnū/vel ē dependens a partibus/sed oīa in diuinis sunt vere vnum singulare:puta essentia vna : nec est in diuis aliquod dependēs ergo ꝛt̄. ¶Vltimo ꝓbo q nec sit ibi totum vniuersale vbi nichil est distinguibile vel determinabile nec ꝓtrahibile nec diuisibile realiter/ibi nichil est vniuersale: sed in diuinis est huiusmodi.ergo ꝛc. ¶Secūdo sic. Vbi nō est genus nec species nō est totum vniuersale:nec per consequens totum diffinibile:quia omne totum diffinibile est totum vniuersale/nō ecōuerso: qz gen⁹ generalissimum est vniuersale/nec tamē est diffinibile sed in diuinis nō est genus nec species sicut ꝓbaui distinctione octaua.ergo ꝛc. Ad hoc est Augustinus septimo de trinitate capitulo quinto ꝛ vltimo. Et ꝓbat hic diffuse q in deo non est essentia genus nec species nec persone sunt indiuidua non enī sunt plures dij vel plures essentie/nec tres sunt aliquid maius vel plus q̄ vna. Hoc idem dicit ☩tum ad istud vltimum sexto de trinitate octauo/ꝛ magister plures auctoritates ponit in litera. ¶Dico igit̄ q in deo non est ratio totalitatis/nec debet ad ipm trāsferri/sicut nec ratio partialitatis vel partis/quia vna non est sine alia/ nec pōt intelligi sine alia. Ex quo cōcludo cōtra vnum dictum aliquoꝝ qui dicūt q totalitas est in diuis sine partialitate/sicut ꝓpositas sine posterioritate. Hoc est supertus est improbatum: vbi ostensum est q sicut in diuinis est ꝓpositas ad intra que est ꝓpositas originis. Ita etiā est ibi posterioritas correspondens ℍec de ꝓmo articulo.

Totum vniuersale ꝛ eius ꝓdītiōes

q in deo nō est totum eēntiale.

q in deo nō est totū integrale.

Q̄ in deo nō est totum vle.

Aug. 7. de trini.

Aug. 7. de trini.

Resolu. doctoris circa ꝓmū arti.

¶Quantum ad secūdum ar

In diuinis an sit aliquā maioritas.ꝛc.

ticulum dico q in diuinis personis nō est maioritas aliqua vel minoritas. Hec ꝓbo sic. Si esset ibi aliqua maioritas/aut illa attēderetur penes essentialia/aut penes relationes. Sed non potest attendi penes essentialia:qz sunt ꝓmunia tribus psonis. Ita q pater cōmunicat ea filio perfecte et ozatio secūdum ℍylarium tertio de trinitate vbi dicit q nisi pater totum cōmunicaret filio neuter esset perfectus. Hoc dicit idē Innocētius de summa trini. ꝛ fide catho.ca. Damnam⁹/ q pater nō potuit filio cōmunicare partē essentie/ sed totā essentiā ꝛ parī ratione omnia essentialia que sunt inter se equalia quia oīa sunt ex se formaliter infinita:nec pōt attēdi maioritas vel minoritas penes relationes / quia relatiōes nec dicūt i diuinis quātitatē molis. ℙatet:nec quātitatem perfectionis vel virtutis. Unde dico q nulla dicunt pfectionē:tunc essēt dicerent perfectionem simpliciter/qz omnis pfectio in summe perfecto simpliciter est perfectio simpliciter.

ℍylarius

Innocē.

¶Q̄z autem nō dicat relatio perfectionem simpliciter.ꝓbo sic. ℙrimo illud dicit perfectionē simpliciter secūdum Anselmū monologion quintodecimo q est melius in quolibet(nō determinādo ad naturam aliquā determinate sed absolute) melius dico ipm q̄ nō ipm/id est q̄ aliquid incompossibilis sibi quodcūq; sit illud. Sed relatio diuīa nō est melior vt paternitas in patre q̄ incōpossibilis relatio:puta filiatio si esset. Unde pater nō est perfectior vel melior eoipo q pater q̄ filius/nec ecōuerso.ergo ꝛt̄. ¶Secūdo ꝛc. Si relatio dicit pfectionem simpliciter in diuinis siue absolutam siue respectiuam/sequitur q nulla psona in diuinis sit simpliciter perfecta/qz nulla persona est q̄ habeat oēs relationes / nec per cōsequēs omnes perfectiones simpliciter:ergo nulla esset que esset pfecta simpliciter/sicut si iusticia dicit perfectionem simpliciter persona nō habēs iusticiam nō est perfecta simpliciter:sed consequēs est falsum.ergo ꝛ antecedens. Nota hic q omnis perfectio simplr est cōmunicabilis tribus diuinis suppositis/sicut ꝛ quodlibꝫ pfectum est simpliciter relatio originis constitutiua non est cōmunicabilis.ergo ꝛt̄. ¶Tertio sic. Si relatio dicit perfectionē simpliciter in diuinis siue absolutam siue respectiuam: sequitur q nulla psona in diuinis sit simpliciter pfecta/ quia nulla persona est que habeat oēs relationes: nec ꝓ ꝑis oēs perfectiones simpliciter:ergo nulla esset q̄ esset perfecta simpliciter sicut si iusticia dicit perfectionem simpliciter: persona nō hꝫ iusticiā nō est perfecta simpliciter:sed ꝑis est falsum/ ergo ꝛ antecedens. Nota hic q omnis pfectio simpliciter est cōmunicabilis tribus diuinis suppositis: sicut ꝛ quodlibꝫ perfectum est simpliciter relatio originis constitutiua nō est cōmunicabilis.q̄ ꝛc. ¶Quarto sic. Si

q relatio non dicit pfectōes simplicit

Relatio dicit perfectionē simpliciter vna persona est perfectior altera simpliciter/puta pater ꝛ filius ipo spiritu sancto/sed hoc falsuꝫ.ergo ꝛt̄. ℙrobatio consequētie qz vna persona habet plures perfectiones simpliciter q̄ altera/ ꝛ per cōsequēs plures perfectiones simpliciter. ¶Quinto sic. Si relatio est perfectio simpliciter / ipa est formaliter infinita ex se/sicut ꝛ alie perfectiones simpliciter/ qz nulli perfectioni simpliciter repugnāt infinitas:ꝫ hoc est falsum/qz tunc vna relatio in abstracto pōt veraciter predicari de alia/dicendo paternitas est filiatio/sicut dicēdo sapiētia est iusticia:sed hoc est falsuꝫ qz tūc veraciter diceretur pater est filius/ qđ est incōueniēs. Similiter etiam nō sunt plura infinita realiter distincta. Ad hoc sunt multe ꝓbabilitates de vnitate distinctiōe scḋa. et accipe ad propositum illam ꝓbationem illius questionis quā ponit etiam Scotus in suo quolibeto ad istam q̄stionem.ergo ꝛt̄. ¶Dico igitur q penes relationē cū non dicā quātitatem alicuius perfectionis vel virtutis nō potest attēdi maioritas vel minoritas aliqua in diuinis/ꝛ per ꝑis nullo modo est maioritas vel minoritas in diuinis. Licet ℍylarius de trinitate attribuat maioritatem patri ꝓpter auctoritatem quā habet respectu filij/filij aūt habet subauctoritatē licet nō maioritatem ꝓprie sicut nec pater maioritatem.

Sūmatō ꝓdictoꝝ.

Ad rōes ꝓncipa.

¶Ad ꝓmuꝫ ꝓncipale dico

q Ambrosius accipit totū incōplete/ꝛ nō ꝓprie/ꝫ prout ꝓuenit cū pfecto. ¶Ad secūdum dico q nō cōparatur ad relationem sicut potentia ad actum/ sicut visū est distin.5. nec etiā eēntialr distinguūt. ¶Ad tertium dico q numerus in diuinis trāscēdens est/nec est totū ꝓprie loquēdo/qz tātā pfectionem hꝫ vna psona sicut tres:qđ nūq̄ est verū in toto ꝛ parte. ¶Ad quartū dico q Damascen⁹ nō intelligit q in diuinis sit species/sed qz natura diuīa est eadem in diuinis/nō quocūq; modo/sed singularis existens licet psonē differant nūmero transcendente/non sicut indiuidua sub specie. ¶Ad vltimum dico q relatio ex se formaliter nō est infinita sicut ꝓbatum est nec finita qz nō habet rōnem quātitatis nec molis nec perfectionis sicut nec alicuⁱ quidditatis:sed cōditionis suppositalis:finitū aūt ꝛ infinitū ☩titati cōgruūt/ꝛ ideo nō est minor eēntia ☩tūcunq; nō sit īfinita. Sed dicatur q differēntia individualis nō est finita per istā rōnē qz est cōditio indiuidualis ꝓpter qđ hoc videtur sequi per predicta loquendo formaliter.

¶Distinctionis.20.Questio Unica.

Irca distinctiōez

vigesimā quero. Utrū personе sint equales in potentia.

¶Videt̄ q nō / qz pater pōt generare:filius nō pōt generare. Similiter pater ꝛ filius possunt spirare spūssanct⁹ nō ergo nō sunt equales in potētia. ¶Secūdo sic. Ricardus

Ricard⁹

primo de trinitate.c.vltimo ꝓbat q nō ꝑis eē duo omnipotentes/qz tunc vnus faceret alterum nulli potentem/ergo a simili in ꝓposito si sunt plures personе oīpotētes vna poterit facere aliā nulli potentem. ℙrimo qz vna illarum poterit ꝓducere per suum velle omnia producibilia/ꝛ sic alia nichil habebit quod possit producere nisi idem bis ꝓducat. Secūdo qz q̄cq̄d vna poterit velle nō poterit alia non velle vel nolle/cū sint volētes libere.ergo ꝛt̄. Dices q nō valet in ꝓposito qz iste psone habent eandem voluntatem/ꝛ eundē actum volēdi. Contra quia saltem vna persona habet ꝑius ozigie voluntatem ꝛ actū volendi q̄ alia/ ergo in illo priori poterūt stare predicta ac si essent distincte voluntates ꝛ diuersi actus. Tertio etiā qz tres personе habent eandem essentiā que est ꝓncipiū generandi/ ꝛ tamē vna generat ꝛ alia nō. ¶Tertio sic. Mai⁹ est ꝓducere personā diuinā q̄ creaturā:sed si persona aliqua non posset ꝓducere creaturā sicut alia nō eēt equalis potētie cū alia. Cū ergo spūssanct⁹ non possit aliquā personaꝫ ꝓducere/ nō videtur q sit equalitas personе cū illis. ¶Quarto sic. Si sol posset omnia ꝓter intelligere nō esset simpliciter omnipotēs qz non pōt in omne possibile/ergo similiter si filius pōt in omnia ꝓter generare/ vel spūssanctus ꝓter generare ꝛ spirare/nō est simpliciter oīpotēs/ꝛ per ꝑis nō est equalis patri in potētia.

Athana.

¶Contra ¶Dipotens pater oīpotens filius omnipotens spūssanctus Dicitur in symbolo Athanasij. Similiter etiā cōfirmatur per Augustinū de fide ad ℙetrū capitulo secūdo ꝛ ℳagister allegat distinctione decimanona.

¶In ista questione sic ꝓceda

¶ℙrimo declarabo ꝛ inquiram vtrum potentia generandi vel spirandi cadat sub omnipotentia.

¶Secundo respondebo ad questionem.

¶Tertio ad rationes.

¶Circa ꝓmum

ponam vnā opinionem et arguā contra eam ꝛ soluam ad eius rōnes. Secūdo premittā aliqua ꝛ declarabo. Tertio ponā aliam opinionez de ꝓmo articulo ꝛ eam cōfirmabo. ¶Dico igitur q est vna opinio q̄ dicit ꝓmo q potētia generādi cadit sub oīpotentia/ꝛ ptinet ad omnipotētiam ꝛ similiter potētia spirādi. Secūdo dicit q potentia generandi pertinet ad potentiā ꝑis/nō aūt filij. Similiter etiā potentia spirādi ad omnipotentiaꝫ patris ꝛ filij/nō aūt ad omnipotentia spūssancti.

Potētia gnandi vl spirandi an cadat sub oīpotentia.1.opi.

¶ℙrimum ꝓbant primo sic. Illud ptinet ad oīpotentiam quo amoto ab aliquo vel negato negat omnipotentia ab ipo/vt ptz secūdum Augustinū contra Maximū libro secūdo cap.18. ꝛ ibidē multa de hoc in secūdo. Si pater nō pōt generare filiū sibi equalem nō est omnipotens/sed impotēs ergo potentia generādi ad omnipotentiam pertinet.

t.pbatio

Augustī.

¶Secūdo sic. Sicut quodlibet ens in creatura cōtinetur sub ente distributo sic quelibet potentia cōtinetur sub potentia distributa/ qz vtrūq; est sup⁹ ad vtrūq;/sed potētia gnandi vel spirādi est aliqua potētia. ℙatet:ergo cōtinetur sub oīpotētia p se.

¶Tertio sic. Generare ꝛ spirare sunt aliqui actus reales ꝓductui/ergo sunt ab aliquibus potentijs sed quecūq; potētia p se ptinet sub oīpotētia.q̄ ꝛt̄.

¶Quarto sic. Nulli potētia negat potentiam generandi ergo omnipotētia ponit potētiā gnandi.

¶Quinto sic. Ad omnē scientiā pertinet scīa generādi/ergo ab omnipotētia potētia generādi qđ

Scõi dicti huiꝰ opi. ꝓbatio.

esñ nesciret generare nesciret omnia/ergo qui non potest generare/nõ potest oĩa:nec est omnipotens. ¶Secũdum ꝓbant sic q potentia generandi ptinet ad omnipotentiã patris/nõ autẽ filij. Et similiter potẽtia spirãdi ad omnipotentiã vtriusq; nõ ad omnipotentiam spũssancti z hoc sic. Potentia vel omnipotẽtia respicit omne illud q nõ implicat cõtradictionẽ ꝓ2 obiecto: tũc sic ad oĩpotentiã illaꝫ non pertinet potẽtia generãdi respectu cuiꝰ implicat ꝯtradictionem ipm generare sic z per oppositũ ad omnipotẽtiam illius ptinet potentia generãdi respectu cuius gñare nõ implicat ꝯdictionẽ/ sed q pater generet nullaꝫ ĩplicat ꝯdictionẽ. Qz aũt filiꝰ generet implicat cõtradictionẽ/ qz accipit omnem productionẽ adequatã potentie generandi/z ita si generaret vel in se gñaret vel seipm gñaret. ꝯ z c.

¶Secũdo sic. Ad omnipotentiã illius nõ pertinet potentia/ qua negata ab ipo nõ dicitur/ nec potest dici impotẽs vel nõ impotẽs. ꝓbatur quia non negatur ab ipo potentia generandi ꝓpter defectũ forme que est ꝓncipium quo generãdi/q dicit aliquam perfectionem:sicut ab igne negaꝫ potẽtia frigidandi/z a nigro negaꝫ esse simile albo/qz non habet albedinem. Filius esñ habet quãcũq; formã perfectionis que est in patre/ sed negatur ab ipso potentia generãdi ꝓpter indispositionẽ suppositi: vel magis ꝓpter repugnantiam/qz est tale suppositum quod nõ põt generare/sicut in precedẽti rõne ostensum est/sicut etiam dicimus q idem albũ non potest esse simile sibiꝑsi/nõ ꝓpter defectum forme albedinis que fundat similitudinem/qz si eadẽ albedo esset in duobꝰ subiectis albis illa essent similia/ sed ꝓpter repugnantiam suppositi:qz idem nõ potest esse simile sibiꝑsi.ergo z c. ¶Tertio hoc ꝓbãt alij sed minus subtiliter qz aliquid nõ dicit impotens qz nõ potest illud respectu cuiꝰ non habet formam/z quod est ipossibile sibi:qz tũc omne ens diceretur impotens:sed filius nõ habet formam qua possit generare/vel qua pater põt generare:z ideo non dicitur impotens/ nec p cõsequens non omnipotẽs:dato q nõ possit generare/ergo potẽtia generandi non pertinet ad oĩpotentiam filij: licz bene ad omnipotentiam patris. Et similiter de potentia spirandi amboꝝ respectu spũssancti.

Resolu. huiꝰ ꝑme opinionis

¶Dicunt ergo isti q sicut ad omnipotentiam patris non pertinet generare seipm vel alium filium: quia hoc repugnat sibi/nec ex hoc dicitur minꝰ oĩpotens:qz nõ generat seipm vel alium filium:licet ad omnipotentiã eius ꝓtineat generare filium /qz generare sibi nõ repugnat/z potẽtia generandi est aliqua potentia. Ita ad omnipotentiã filij nõ ꝓtinet generare nec potentia generandi/qz hoc sibi repugnat. Unde tale suppositũ est/nõ tamẽ dicit ex hoc minus omnipotẽs/qz nõ repugnat sibi ex defectu alicuius ꝑfectionis vel forme que dicat perfectionem. Similiter etiam de potẽtia spirãdi amborum respectu spũssancti. Ex quo ꝓcludũt q nõ obstantibus ꝑdictis tres ꝑsone equales sunt in potentia z oĩpotentia/licet pater possit generare non autem filius/z ambo possint spirare nõ autẽ spũssanctus:z cetera.

Ꝫ primaꝫ ꝑcedẽtez opinionẽ

¶Contra istam opinionẽ arguo q potentia generãdi nõ cadit sub oĩpotentia nec pertinet ad ipam. ꝓtimo sic. Sicunq; aliquid est eiusdem simplicis rõnis z indiuisibilis in pluribus/quicũd est de ratione illius in vno filiorum z in alio. ꝓbatur: qz da oppositum tam non est vnius simplicis z indiuisibilis rationis: sed omnipotentia est vnius simplicis z indiuisibilis rõnis in tribus personis/quia de tribus dicit q omnipotens patꝫ/oĩpotẽs filius/omnipotẽs spũssanctꝰ. Et ꝓpter vnitatem z simplicitatem z indiuisibilitatem oĩpotentie/qz nõ sunt tres omnipotẽtes sed vnus omnipotens/sicut nõ tres eterni sed vnꝰ eternus: ergo quicquid ptinet ad rõnem omnipotẽtie in patre etiam z in filio: z quicquid non est in filio nec in patre/sed ad omnipotẽtiam filij nõ pertinet potentia generandi vt dictũ.ergo z c. ¶Scdo sic. Aut obiectuꝫ oĩpotẽtie est illud quod nõ includit cõtradictionẽ huic agẽti determinate vel illi. Aut quod nõ includit cõtradictionẽ secũdum se z absolute nõ in cõparatione ad hocvel illud:nõ põt dici primo modo/qz tũc sequerek q quodlibet agẽs cẽt omnipotẽs:qz quodlibꝫ agẽs põt in,illud quod nõ implicat ꝯtradictionem respectu illius vt possit in illud sicut ptz:ergo secũduꝫ oportet dicere secũdũ eos. Tunc arguo sic. Dis potẽtia respiciẽs suum obiectum p se z absolute/vel secũdum se nõ p comparationem ad hoc determinatũ suppositũ /vel ad illud/potest in illud obiectum in quocunq; sit.quia da oppositum ꝑdicati / sequitur statim oppositum subtecti:sed oĩpotẽtia est huiusmodi(sicut ꝓbatuꝫ est) alias quodlibet ens esset oĩpotẽs vt dixi/ergo in quocũq; supposito põt in oẽ illud quod nõ ĩplicat cõtradictionẽ secũdum se/ergo oĩpotentia filij potest in omne illud quod absolute nõ implicat cõtradictionem/z ita filius habet potentiam generãdi/hoc est falsum ergo oĩpotentia patris nõ includit potentiam generãdi. ¶Tertio sic. Cuiuscũq; potentie obiectum excedit obiectum/z potẽtia potentiam:quia sicut obiectũ ad obiectũ/ ita suo modo potẽtia ad potentiam. Sed si aliquid in ratione obiecti possibilis caderet sub oĩpotentia patris qõ non sub omnipotentia filij/sicut generaret vt dicis obiectum excederet obiectum: ergo potẽtia potentiam:ergo omnipotẽtia patris excederet omnipotentiam filij/z ita nõ essent equales in omnipotentia quod est falsum. ¶Quarto sic. Aut omnipotẽtia est per se ad actum generãdi vt ad terminũ aut non. Si nõ ergo ad oĩpotentiam alicuius nõ pertinet potentia generandi. Si sic tunc arguo illud in quo nõ est potẽtia ad actum ad quem p se ponitur omnipotentia nõ est omnipotens:sed in filio nõ est potentia ad actum generandi/ergo filius nõ est oĩ potens:hoc est falsum.ergo z c. ¶Dico igit q ad omnipotentiam alicuius p sone nõ pertinet potentia generandi/nec spirãdi/nec simpliciter ad oĩpotentiam:qz sicut dicek infra. Omnipotẽtia est potentia causatiua/z p ꝑs nõ est nisi respectu cõtingenter possibilis esse/ z obiectum eius differt cẽtialiter ab ipa sicut causatum vel causabile a causa extrinseca. Modo omne ĩtrinsecũ reale deo est necesse esse non distinctum essentialiter ab omnipotẽtia dei vt patet. Et ideo dico q nichil intrinsecum deo(cuiusmodi est generare vl spirare)est obiectũ omnipotẽtie. Et ideo q ad omnipotẽtiã nõ pertinet potentia generãdi. Hoc confirmatur per Ambrosium. 4. de fide ad Pe. cap. 3. Generatio inqt non est ad sublimitatem potentie/sed ad proprietatem referk nature. Nã si non omnipotens pater qz filium habet omnipotẽtioꝝ ergo esset si plures haberet. Sed planum est etiam secundum aduersarios q pater non esset potentioꝝ si haberet plures filios.ergo z cetera.

Scda opi. quam doctoꝝ tenꝫ

¶Est igitur alia opinio quã intendo tenere/ad cuius declarationẽ ꝓmitto q cum deus dicitur omnipotẽs/ vel hñs omnipotentiã qũo hic est distributio vel fit distributio ꝓ2 potentia z ꝓ2 possibili quod est obiectũ eius. Est igitur aduertendum q alicui termino singulari secũdum q hmõi nõ potest addi signum distributiuũ/nec ipe terminus cõsideratus mere sub ratione singularis est aptus natus distribui:ꝫ illõ cui additur signũ distributiuũ z natũ est distribui/ oportet q sit aliquo modo vniuersale z extendẽs se ad multa: vle aũt extendẽs se ad multa ꝯtum spectat ad presens est duplex. Uno modo vniuersalitate ꝑdicatiõis. Alio modo vniuersalitate ꝑtutis vel latitudine ꝑfectiõis z vtriq; vli põt addi signũ distributiuum. Hũc aũt ita est q signũ distributiuum additũ termino distribuit ipm secũdum naturam z cõditionem illius termini. Et qz aliã est conditio z natura vniuersalis secũdum predicationẽ/ z vniuersalis secũdum perfectiõem z virtutẽ/ideo signum distributiuũ aliter distribuit hoc vel illud: terminus esñ vniuersalis secũdum predicationem distribuitur ꝓ2 suis cõtentis formaliter/quia continetur in eis formaliter. Sicut homo formaliter includik in sorte/z in platone/ z in quodlibet suoꝝ inferioꝝ. Terminus vero vniuersalis scõm perfectionem vel virtutẽ non includitur formaliter in suis cõtentis:sed magis cõtinet ea per quãdam equalentiam vel super equipolentiam perfectionalẽ vel virtualem Jdeo nõ distribuik ꝓ2 cõtentis formaliter sed magis equipolenter vel equialẽter.

¶Modo ad ꝓpositum dico q cũ potentia dei formaliter accepta sit quedam potẽtia singularis contenta sub potentia in cõi/sicut essentia diuina cõtinetur sub essentia in cõmuni/tñ potẽtia dei:in ꝗtũ continet supereminẽter omnẽ potentiam creatam habet aliquo modo rõnem vniuersalis secũdum pfectionem vel virtutẽ/z vt sic põt sibi addi aliqđ signum distributiuũ quod distribuit ipam ꝓ2 oĩbꝰ contentis suis/nõ formaliter sed equialenter:z iõ dico q signum distributiuũ additum potentie diuine/vt cum dicitur omnipotẽtia distribuit ipsam potentiã formaliter ꝓ2 hac potẽtia z illa qz tũc seq̃ref q oĩs potẽtia/puta potẽtia asini/z potẽtia leonis z potentia cerui essent in deo formaliter/sed solũ distribuit ipam ꝓ2 oĩpotentia equialẽter vel equipolenter/z tunc est sensus deus est oĩpotens/id est deus habet vnam potentiã singularem equialentem secũdum virtutẽ omnipotẽtie causate vel causabili/hoc dicebat saluator Mathei vltimo. Data est michi omnis potestas in celo z in terra nõ formaliter q in se haberet formaliter potestatẽ capze vel equi vel asini/tunc fuisset asinus vel equus: sed supereminẽter vel equialẽter. z c. Ex cõsequenti autem potẽtia illa distributa sicut predictũ est distribuitur possibile potẽtie ꝑdicte ꝓ2 omni possibili nõ virtualiter nec supereminẽter sed ꝓ2 omni possibili formaliter ex hoc q deus habet vnam potentiam cõtinentem p equialẽtiam omnes alias/ ideo consequẽter potest in quodlibet possibile formaliter. ¶Est ergo talis ordo in ista distributiõe q nomine oĩpotentie potentia ꝓmo distribuitur ꝓ2 qualibet potentia equialẽter/ siue per equiualentiam/seu supeminẽtiam z secũdario potentia distribuitur ꝓ2 quolibet possibili formaliter :tũc est sensus totius vel totalis istius ꝓpositionis deꝰ est omnipotẽs/id est deus habet vnam potẽtiam equialentem imo supeminẽtem secũdum virtutẽ cuilibet potentie/z potestatem in qlibet obiectũ possibile cuiuslibet possibilis. Ad hoc est ratio talis signum distributiuum additũ alicui termino distribuibili ꝓius distribuit ipm z ꝓprius ꝓ quolibet contento imediate ꝯ ꝓ2 cõtentis mediate:sed potentia dei imediatius respicit potentiã ꝯ possibile qz nõ respicit possibile nisi mediate potentia/ergo imediatius distribuik ꝓ2 potentia ꝯ ꝓ2 possibili/z mediãte potentia ꝓ possibili. ¶Hoc ꝓmisso dico q sub ꝓ̃ tentia distributa in diuinis puta sub omnipotẽtia nõ cadit potẽtia generãdi/z spirãdi/ nec pertinet ad ipsam. Hoc ꝓbo ꝓmo sic ꝓ omnipotentiã nõ distribuik formaliter potentia ꝓ2 oĩpotentia vel qualibet potẽtia formaliter:sed ꝓ equalentiam vel eminẽtiam:sed potẽtia generandi z spirandi nõ cõtinetur in deo virtualiter siue eminẽter/qz cũ iste sint idem q deus/tũc deus contineretur in sua potẽtia vel seipo eminẽter vel virtualiter/ quod est falsum:ergo distribuik potẽtia in deo non ꝓ istis ergo sub oĩpotẽtia non contineretur este.

Mota.

Mathei vltimo.

¶Secũdo sic. Signũ additum potentie nõ distribuit ipsam nisi ꝓ2 potẽtia ꝓprie dicta:sed potentie ꝓprie dicte vt patet nono Methaphi.ab vno respicit ad secũdum q ad aliud et hoc vel obiective vel subiectiue:in diuinis aũt ad intra est aliud a patre vel ab aliquo alio diuino. Ꝫ z c. ¶Tertio sic. Signũ vniuersale additũ potẽtie nõ distribuit ipsam nisi ꝓ2 potẽtia cuius negatio in subiecto etiãsi rationis ponit in potentiam:qz negatio potẽtie ꝓprie dicte in obiecto etiãsi rationis ponit aliquã impotentiam/sicut negatio visus in apto natovidere z in quolibet obiecto etiãsi rõnis ponit impotentiam aliquam. ſz negatio potentie generãdi nõ ponit impotẽtiam in filio secũdum Augustinũ ꝓtra Maximinũ libꝝ tertio.c.13. Ubi dicit q filius nõ genuit/non qz non potuit/id est nõ qz impotẽs fuit sed qz nõ oportuit:ergo z c. ergo potẽtia generandi nõ cadit sub omnipotentia. ¶Quarto sic. Potentia simpliciter z ꝓprie dicta importat z dicit perfectionem simpliciter/qz scdm Anselmum monologion quintodecimo Illud dicit ꝑfectionẽ simpliciter qđ est melius in qlibet ipm ꝯ ipm:potẽtia aũt est huiusmodi:sed potentia generandi nõ dicit perfectionẽ simpliciter/qz tunc filius nõ esset perfectus simpliciter/nec spũssanctus:qđ est falsum:ꝯ non distribuik potẽtia ꝓ2 potentia generãdi/ nec potentia generãdi ptinet ad oĩpotentiam. Dico ꝯ q ꝓprie loquendo z sicut locuti sunt sancti de oĩpotentia loquẽdum est de ipa sicut philosophi loquũtur de potẽtia. Dis aũt potẽtia actiua de qua locuti sunt philosophi est potentia causatiua trãsmutatiua:qz ad aliam attingere non potuerũt. Et ideo sancti attribuẽtes deo oĩpotentiã eodẽmodo attribuerũt sibi qũo philosophi attribuerũt:attribuerunt eñ sibi potentiam causatiuã totalem respectu omnium causabilium z alioꝝ a se q̃ sunt oĩa possibilia entia quod ab eo remouebãt philosophi potentia aũt generandi vel spirandi non est potẽ

Resolu.

Ambros. de fi. ad Petrus.

ꝙ sub ꝓ̃ tentia distributa,ꝑ diuiis nõ cadit potentia generandi nec spirãdi,z c.

Augu.ſ Max.

Anselmꝰ

tia causatiua vel effectiua / ⁊ ideo dico q̄ ꝓprie loquendo de omnipotentia/⁊ sicut locuti sunt sancti potentia generādi vel spirandi nō tradit sub oīpotentia nec simplr nec sub oīpotentia alicuⁱ⁹ psone.

Ad rōes ꝓme opi.

¶ Ad primum alioꝝ dicit multipliciter ad argumentū Augustini vno modo dr̄ q̄ ꝓia eius tenet gratia materie / nō quia scilicet potentia generādi contineat sub omnipotētia. Sz isto modo qz si pater non potest generare filiū/sequit̄ q̄ nulla persona:sed si nō potest generare nec aliqua psona/ p cōsequēs sequit̄ q̄ nec ipe nec aliqua psona pōt cāre: quia ꝓductio necessaria ⁊ ad intra in diuinis prior est q̄ ꝓductio alicuius entis cōtingentis: sicut ꝓductio nature q̄ artis/⁊ nō necessarij. Si ergo prima est impossibilis.ergo ⁊ secūda:ꝫ si pater nō potest causare nō est oīpotens:⁊ ideo nō valet consequentia Augustini p locū intrinsecū: qz potentia generādi pertineat ad oīpotentiā sed p ꝓpīas extrinsecas vt dictum est. Aliter dicitur q̄ ꝓsequātia Augustini tenet p hoc q̄ Augustinus supponit cū Maximino q̄ deus pater possit generare/⁊tūc arguit q̄ si nō potest generare equalē sibi in eadē natura q̄ nō est omnipotens / p hoc q̄ omne infernus patre in natura est creabile ⁊ nō est deus: sed si deꝰ pater generat aliquid tale nō creat ipm nec potest creare: ergo nō est omps/sicut filius etiam nō esset omnipotens si nō posset creare omne creabile. Aliter dicitur q̄ ꝓña Augustini tenet etiā p hoc q̄ oī potentia requirit in habēte omnem pfectionē simpliciter/⁊ omne hns quālibet perfectionem simpliciter est omnipotēs/⁊ nō solum habet sed pōt producere sibi simile si habet notionem sibi conuenientem tali ꝓductioni/cuiusmodi est pater. Si autem pater nō posset generare/cū hoc non repugnat sibi ratione sue ꝓprietatis vel suppositi vt videtur:⁊ arguitur q̄ hoc eēt qz deficeret sibi aliqua perfectio simpliciter/qđ nō potest argui de filio. Nō em̄ deficit sibi aliqua pfectio simpliciter/licet non possit generare:sed hoc repugnat sibi ratione ꝓprij suppositi/vel ꝓprie notionis sicut dictuꝫ est supra/⁊ ideo non est ꝓsequētia formalis: si pater nō potest generare nō est omnipotēs sed materialis:nec arguitur ex hoc q̄ potētia generandi cadat sub oīpotentia. Aliter etiā dicit̄ q̄ Maximinꝰ cōcedebat q̄ pater poterat generare ⁊ filiū generare / ⁊ ex hoc sequebatur q̄ poterat in generationē vniuocā: qz omne genitum quod est filius est vniuoce genitū(sicut dictum est supra)⁊ p ꝓñs in eadem natura gignente. Cum ergo videamus q̄ pater carnalis q̄tū est ex se(si est perfecte potēs)potest generare filium sibi equalem futurum/⁊ si nō posset nō esset pfecte potens / multo fortius ⁊ deus pater potest generare filium sibi equalem habentem oēm pfectionē diuine nature/⁊ si nō potest nō est pfecte potēs nec cōsequenter est omnipotens:nō qz potentia generandi pertineat ad omnipotētiam/sed qz suppositis ꝓdictis negatio eius arguit nō oīpotentiam eo modo quo dictum est. ¶ Ad secūdum dico q̄ qlibet ens formaliter continet sub ente distributo:qz ens distribuit̄ sicut cōmune ⁊ vniuersale scđm cōmunitatem ꝓdicationis. Sed dico q̄ oīpotentia non sic formaliter in qualibet potētia includit̄: nec potentia in deo sic distribuitur sicut dictum est supra:sed distribuit̄ ꝓo potentijs virtualiter cōtentis cuiusmodi nō est potentia generandi in deo/est enim ibi formaliter nō virtualiter. Aliter dicitur q̄ cuilibꝫ enti magis ꝓprie conuenit ens:q̄ potentie generādi queniat potentia:qz potentia ꝓprie nō est nisi respectu entis possibilis ⁊ contingētis non necessarij. Et ideo nō oportet si distributo ente contineat qđlibet ens/q̄ distributa potentia accipiat̄ vel contineat sub potentia generandi. Vnde potētia generandi nō cōtinet sub ōmnipotētia sicut inferiꝰ sub suo superiori nec sicut pars totius in quātitate sub toto/nec est formalis ꝓña omnipotētia/q̄ potentia generandi. ¶ Ad tertium dico q̄ generare ⁊ spirare sunt actus ꝓductiui reales sed nō alicuius possibilis nō necessarij sed aliquoꝝ q̄ sunt necesse esse/⁊ ideo potentia respectu talium nō est ꝓprie dicenda potentia/vel dato q̄ dicat̄ potentia/nō tamē cōtinetur sub potentia distributa in deo qđ dicit̄ oīpotentia ꝓpter rōnem prius dictā:licet bene ꝓtineat sub potentia distributa qđ accipit̄ potentia p vniuersali secūdum p̄dicationem: sed sic nō distribuit̄ in deo/nec dicit̄ ibi omnipotētia. ¶ Ad quartum dico q̄ si nullipotentia accipiat̄ pro negatiōe oīs potentie ꝓprie dicte vel oīpotētie. Ad nulli potentiam nō sequit̄ per virtutem dici de nullo negatio potētie generādi:sed magis a maiori:sicut seqūtur si nullus homo est rōnalis/assiⁿ⁹ nō est rōnalis. Et ideo dico q̄ ad omnipotētiam nō sequitur per virtutem dici de omnipotētia gñandi/ nec cōtinet sub ipa/nec etiam sequitur si omnis homo est rōnalis q̄ assinus sit rationalis.quare ⁊c. ¶ Ad quintū de ōmni scientia dico q̄ nō est simile de oīpotētia: quia scire vel scibile absolute loquēdo nullum habent ordinem realem adinuicē. Et ideo scientia alicuius potest cadere sup̄ omnia/⁊ vt super obiecta/etiam sup̄ seipm:qz nec inter scientem ⁊ scitum reqūritur distinctio eentialis. Sz aliud est de oīpotētia que respicit determinate aliqđ possibile dependens ab ipa ⁊ essentialiter ⁊ posterius ipa realiter sicut creatum cuiusmodi nō est potentia generandi. Et ideo dico ad omnē scientiā multa pertinēt in ratione obiecti que nō pertinēt ad omnipotētiam:vnde planum est q̄ ad oēm sciētiam vel oīscientiam ptinet scientia sui/scilicet q̄ sciat seipm / ad omnipotentiam pertinet q̄ possit seipm. ¶ Tunc ad rationes ꝓo secūdo mēbro q̄ potentia generādi ptinet ad omnipotentiam patris nō aūt filij. Dico ad primam q̄ ad omnipotentiā filij nō pertinet posse generare ⁊ quātum ad hoc cōcedo rōnem. Sed quando ꝓbat q̄ ad omnipotentiā patris ptinet / qz non implicat ꝓtradictionē patrem generare/dico q̄ nō sequitur. Sicut enim imaginat̄ oīpotentia non respicit omne qđ nō implicat cōtradictionem p obiecto/qz respiceret seipam ⁊ posset in seipam: sed solum respicit omne quod nō implicat ꝓtradictionē: quod est aliud oīpotentie distinctum essentialiter/ vel saltem non id cēntialiter cuiusmodi nō est filiⁱ⁹ respectu patris. Et ideo dico q̄ ad omnipotentiā patris non pertinet generare. ¶ Ad secūdum concedo argumentum quātum cōcludit ꝓo me / q̄ ad omnipotentiā filij nō pertinet potentia generādi. Quando dicit̄ q̄ ad oīpotentiam patris nego: qđ patur intelligi q̄ negatio potentie generadi tollit omnipotētiaꝫ ⁊ ponit impotentiā in patre:dico q̄ hoc est verū.sed hoc nō est p se nec intrinsece p locū a parte totiⁱ⁹ in quātitate destructiue/sic q̄ potētia

Ad rōes p secūdo mēbro ꝓ dicte .1. opinōis

generādi pertineat ad oīpotentiam patris: ꝫ hoc est concomitatiue ⁊ gratia materie: qz cū in patre non sint nisi essentia ⁊ relatio/⁊ patri nō repugnat generare ratione relationis ꝓprie:si sibi repugnaret generare/potest argui q̄ hoc est ꝓpter defectum essentie vel alicuius pfectionis essentialis:⁊ p ꝓñs non esset omnipotens. ¶ Ad vltimū dico q̄ nichil valet/⁊ si enim aliquid non pōt dici ipotens ptiue/qz nō potest in aliquid respectu cuius nec habet formam actuā/nec natus est habere:tamē tale quid non pōt dici omnipotens qz nō potest in oīne quod est de se possibile:sicut ignis licet nō dicatur impotens qz nō potest frigefacere:nō tamen est oī potens eo ipo q̄ frigefacere nō potest. Similiter dico q̄ si potentia generādi pertineret ad omnipotentiam licet filius non diceretur ptiuatiue impotens qz nō potest generare:tamē necessario diceretur ⁊ esset nō omnipotens eo q̄ omnipotentiā non haberet:qz nō haberet illud quod intrinsece ⁊ p se ad omnipotentiam pertinet/sicut dicis: puta potētiā generandi. Hec de primo articulo

Persōe diuie an sint equales in potentia.

¶ Quantum ad secūdum articulum Utrū scz persone diuie sint equales in potentia. Videndum est primo si persone sint equales in potentia generandi vel spirandi/que dicunt̄ iste potentie. Secūdo si sunt equales in oīpotentia ad quam nō pertinet potentia generādi vel spirādi.sicut dictum est supra. ¶ De primo dico q̄ potentia generādi pōt accipi pro ꝓncipio nō formali generationis/siue pro potentia remota. Secūdo pōt accipi pro potentia ꝓxima que includit omnia necessaria adhoc vt habēs tale principium habeat actū generandi. Tertio potest accipi p respectu quodā rationis ad actū/q̄ est potentialitas ipa que fundatur super potentiam secūdo modo dictā ⁊ ordineꝫ habituale ad actum secūdum rationem. Loquēdo primo modo de potētia dico q̄ persone diuie sunt equales in pottentia qz in pfectiōe simpliciter ⁊ absolute qui est principium quo generādi in patre siue ulla sit essentia secūdum rōnem essentie siue memoriam qz alias persone nō essent equaliter pfecte sicut patet. Secūdo dico q̄ nō sunt equales in potentia secūdo mō dicta/qz solus pater illam potentiam generādi habet. Et similiter dico q̄ de potentia tertio modo. Dico tamē q̄ non sunt equales secundum istas/quia iste potentie p eo q̄ addunt vel dicunt super illud absolutū qđ est perfectio simpliciter ⁊ cōmune tribus nō dicunt quātitatē molis/ planum est nec quātitatem pfectionis vel virtutis quia secūda dicit forte negationē vs ingenitū:⁊ cū hoc notionē patris q̄ est paternitas vel relatio/ tertia vero relationē rationis/q̄ sicut patet non dicūt aliquam pfectionem vel virtutem: de negatiōe patet:de relatione reali patet vt ꝓbatum est supra /⁊ multo fortius hoc ptz de relatione rationis. ⁊c.

Ad argumēta ꝓncipalia.

¶ Ad primuz principale patz q̄ licet in filio nō sit potentia generādi eo mō quo dictum est supra/nō tamē est inequalis patri in potentia nec similiter spūssanctus inequalis ambobꝰ licet in ipo nō sit potētia spirādi. ¶ Ad scđm dico q̄ quicquid sit de duobus diis qz de hoc dixi supra distinctiōe secūda.tū nō oportz q̄ vna persona oīpotens possit facere aliā nullipotentē/sed oēs tres persone sunt oīpotētes vnica potētia ⁊ vnico actu ꝓducūt oīa ⁊ volūt/⁊ ideo nō valent vie adducte ad hoc ꝓbandum:quādo dicis saltem vna persona prius ozigine habz oīpotentiā ⁊ actū volēdi ⁊ producendi q̄ alia. Dico q̄ verū est/nec tū seqr̄ qđ dicis:qz sicut dictū est supra hꝫ vnā psonā prinozigne aliqđ nō est aliā nō hēre vel expectare:ꝫ vnam hēre a se/⁊ aliā ab alia. quare ⁊c. Si dicis vltra q̄ vna psona pōt gñare/alia nō/licꝫ hēant vnā cēntiā q̄ similr̄ develle. Ptz q̄ nō valet qz cēntia nō sic est: potētia ꝓria gñandi sicut volūtas volendi vt ptz. ¶ Ad tertiū dico q̄ posse ꝓducere psonā diuinaꝫ q̄tū ad illud qđ dicit simplr̄ pfectiones absolutā q̄ cōiseſt trib⁹/nō est maⁱ⁹ q̄ posse ꝓducere creaturā imo forte nec tm̄:qz vt sic nō dicit nisi respectū: posse aūt ꝓducere creaturā dicit oīpotentiā q̄ est pfecto simplr̄ vt dictū est supra/⁊ ideo nō seqr̄ q̄ psona sit omps.dato q̄ nō possit ꝓducer̄ psonā sic seqr̄et si nō possꝫ ꝓducer̄ creaturā p se loquendo nisi forte p ꝓñtias extrinsecas sequar̄.hec de pfē sit dictū c.s.

Vnica

Pōt hec.

Psone di. an sint equales in oīpotentia.

¶ Ad tertium dico q si sol non possit intelligere similiter etiam quodcunq; aliud nō esset oīpotens quia intelligere nō repugnat alicui nisi ꝓpter defectum potentie intellectiue ⁊ perfectionis/cōsequēter sequit q si aliqd nō pōt intelligere q sibi deficit potentia intellectiua: ⁊ est impfectus ens ⁊ per consequēs non est oīpotens. Non sic autem de generare ⁊ spirare in diuinis:que nō repugnāt alicui persone,ꝓpter defectum alterius perfectionis sicut dictū est supra. Et ideo nō pōt dici talis persona imperfecta nec impotens seu omnipotens/ dato q non possit generare vel spirare/nec per cōsequens inequalis alteri persone in potentia.

¶ Distinctionis .xxj. Questio Vnica.

¶ Circa distinctiōez

Vigesimāprimā quero Vtrū ista sit cōcedēda vera sol⁹ pater est deus. ¶ Videt q sic. q; dictio exclusiua addita vni correlatiuo nō excludit reliquū / nec predicatū a reliquo quia philosophus arguit primo physicoꝝ si tm principiuꝫ
1.phisi. est ergo principiatū ⁊ per ꝑs plura sunt ⁊ nōvnū Sed ꝓpter hoc tantū videret ista negāda solus pater est deus/q; sequerek q filius nō esset deus: nec spūssanctus.ergo ⁊c. ¶ Secūdo sic. Sol⁹ deus est pater ergo solus pater est deus/ Antecedēs patet per exponētes primā:q; deus est pater in diuinis ⁊ nullus non deus est pater/ cōsequētia patet per cō
Aug.6. de trini. uersionem exclusiue. ¶ Tertio sic secūdum Augustinū.6.de tri.c.7. Tantus est sol⁹ pater ℭtus pater ⁊ filius ⁊ spūssanct⁹ est:ℨ sicut tres ꝑsone sunt deus/ita solus pater est deus:q; pater solus est tātum ℭtum tres ⁊ illud tantū nō est nisi deus.ℨ ⁊c.
1.ad thi. .5. matth.11. ¶ Quarto sic. Apls.1. ad Thimotheū.5. dicit de patre. Et Augustinus hoc recipit q solus habet immortalitatē. Et simil⁹ Matthei.11. Dicit/q; nemo nouit filiū nisi pater/neq; patrem q̄s nouit nisi filius:⁊ tm ex hoc nō sequitur quin fili⁹ habeat immortalitatē/⁊ quin pater cognoscat seipm:ℨ similiter pōt ista concedi ⁊ recipi solus pater est deus/ ⁊ stabit cum hoc q filius ⁊ spūssanctus est deus.

¶ Contra sequitur Solus pater est deus/ ergo filius nō est deus:q; solus
August. idem est q nō cū alio/filius aūt est alius a patre:ꝫ consequēs est falsum ergo ⁊ añs. Similiter etiam Augustinus dicit sexto de trinitate octauo nō est dicendum solum patrem esse deum.

¶ In ista questione sic ꝓcedā

¶ Primo inquirā vtrum vnum relatiuū sit de cōceptu quidditatiuo alterius per se primo modo. ¶ Secūdo inq̄rā vtrū dictio exclusiua addita vni correlatiuoꝝ excludat aliud vel ꝑdicatuꝫ ab alio. ¶ Tertio vtrū hec sit cōcedenda sol⁹ pater est de⁹.

Vnū relatiuū an sit de conceptu q̄d ditatiuo. alteri⁹ q

¶ Quantum ad primum di/

co q est vna opinio que dicit q vnum relatiuuꝫ est de cōceptu quidditatiuo alterius per se primo modo/de cōceptu dico accipiendo cōceptum non pro actu concipiendi / sed pro obiecto conceptus. Ad hoc adducuntur rōnes. Prima est ista de cōceptu quidditatiuo eius est aliud/cuius ratio ⁊ diffinitio ꝓpria ⁊ q̄dditatiua est esse ad aliud : quia esse ad aliud includit aliud:sed esse ad aliud est ꝓpria et quidditatiua ratio relatiui/ vt patet in ꝓdicamētis.ergo ⁊c. ¶ Secūdo sic quod nō potest habere aliquem cōceptum sibi formalem ⁊ intrinsecuꝫ nisi ad aliud/includit de suo ꝓceptu quidditatiuo aliꝰ per se primo modo/vt patet : sed relatiuum est huiusmodi.ergo ⁊c. ¶ Tertio sic cōtra alios qui dicunt q relatiuum est de cōceptu secūdario relatiui:aut per cōceptum primarium intelligunt duos conceptus/vel duos actus concipiendi/ aut vnum distinctum tantum secūdum rationem ⁊ penes obiecta/ non potest dici q duos actus quorum vnus sit relatiui ⁊ alter correlatiui : quia tam duo actus intelligendi similes essent in intellectu cōtra Aristotelē secūdo thopicoꝝ/qui dicit q ꝓtingit plura scire vnum tantum intelligere.ergo ⁊c. Similiter etiam ille primarius cōceptus posset fieri ⁊ cē tamen secūdario/⁊ sic saltem virtute diuina vnum posset intelligi sine alio quod est falsum. Si intelligatur primo modo tūc est cōtra eos/scilicet q vnū correlatiuum esset de conceptu quidditatiuo alterius/ex quo ambox nō est nisi vn⁹ cōcept⁹.igit ⁊c.
2.thopi.
¶ Quarto sic. Illud est de conceptu quidditatiuo alicuius per quod ipm distinguitur a quocūq; alio ingtum tale: sed vnum relatiuū distinguit a quolibet alio per hoc quod habet tale correlatiuuꝫ nō per esse ad aliud: q; in hoc conueniunt omnia relatiua:sed per hoc quod est ad tale relatiuum.ℨ ⁊c.
mod⁹ dicendi hu⁹.1.opi nio.
Modus ponendi istorum est q hoc est singulare in relatiuis q aliquid extrinsecum ab ipsis secundum rem sit de conceptu eoꝝ quidditatiuo per se primo. Et amplius dicunt q vnum relatiuoꝝ est magis de per se primo cōceptu ⁊ quidditatiuo alteri⁹ ℭ sit genus vel differentia de conceptu speciei: q; species habet aliquem conceptum sibi formaliter intrinsecum/qui non includit conceptum generis/ puta conceptum differentie. Similiter habet aliquem p quē non includit conceptum differētie/ puta conceptum generis:sed relatiuum nullum habꝫ conceptum sibi formaliter intrinsecum qui non includat correlatiuum.alias haberet aliquem conceptum absolutum. Hec est opinio q relatiuum intelligi non potest sine suo correlatiuo ⁊ per consequens includit ipsum in suo conceptu quidditatiuo/quia dato q non ꝛcludat ipsum/tam poterit intelligi sine illo correlatiuo non intelligēdo ipm /et habebit conceptum quidditatiuū absolutum.

¶ Sed ista opinio

ō ꝓcedē. ꝓmā opi. videtur michi falsa ⁊ impossibilis: ⁊ arguo contra eam. Primo sic. Illud quod cadit in diffinitione alicuius sicut additamentum nō est de conceptu illius per se primo/ quia tam non esset additamentum nec extrinsecum sed intrinsecum: sed vnum relatiuum cadit in diffinitione alterius per additamentum. Probatio quia vnum relatiuum dicit rem distinctam et frequenter essentiam distinctam a correlatiuo /sicut patet de paternitate ⁊ filiatione que sunt in distinctis suppositis vel subectis. ergo ⁊c. ¶ Secundo sic que distinguntur specie nō sunt eadem per se primo modo patet de se: sed relatiuum vel relatio ⁊ sua correlatio distinguntur specie ab eodem genere proximo/vt patet de paternitate ⁊ filiatiōe:vel saltem nūero sub eadem specie sicut similitudo ⁊ similitudo.ℨ ⁊c.

¶ Tertio sic.Quecūq; distinguūtur realiter distinguntur etiā formaliter:⁊ p ꝑs vnū nō est de cōceptu alterius per se primo mō(sicut dictū est supra) sed relatiuū ⁊ suum correlatiuū sunt hmōi vt patꝫ de esse in diuinis de q̄bus minus videk.ergo ⁊c.

¶ Quarto sic. Si correlatiuū est de cōceptu q̄dditatiuo relatiui sequit q vel aliquid absolutum vel ens rationis sit de conceptu quidditatiuo relatiui realis/hoc est falsum.ergo ⁊c. Probatio ꝓsequentie:scientia refert ad scibile/saltē scibli existēte scibile aūt vel terminat relationē scientie ℭm aliquid absolutū/⁊ sic sequit q absolutū est de cōceptu relatiui:vel ℭm respectuꝫ rōnis quē habet scibile ad scientiā/⁊ sic effect⁹ rōnis est de p se q̄dditatiuo cōceptu alicui⁹ entis realis/qđ est etiam falsum.

¶ Quinto sic. Si vnū relatiuū est sic de ꝓceptu alterius primo mō:sequtur q p̄dicek de ipo p se primo mō saltē in ꝓcreto sicut aīal vel rōnale de homine: sed hoc est falsum ergo ⁊c. ¶ Sexto sic. Termin⁹ tendētie nō est de ꝓceptu quidditatiuo tendentie in ipm:q; tunc idē esset terminus ⁊ tendētia/ ⁊ sic tendentie esset tendētia/⁊ termini esset termin⁹:ꝫ relatio est tendentia in relatiuū vt in terminū. igit ⁊c.

¶ Septimo sic. Si vnū relatiuoꝝ est de p se primo cōceptu alteri⁹ ⁊ p ꝑs de primo ſ̄gto:tunc est nugatio dicēdo pater filij q; ℭm phūm primo Elencorum sl̄ ꝓcedak q nomē ⁊ oratio idē significāt puta duplū ⁊ dimidij duplū/ os q sit nugatio distinguēdo duplū dimidū: q; tūc est dicere duplū dimidū/ dimidū/dimidū/qđ est nugnatio: ꝫ falsum est dicere q hic sit nugatio pater filij duplū dimidū.ℨ ⁊c.
1.Elen.
Hec valet qđ dicūt aliꝰ rñdendo q hū dr̄ sine nugatione hō rōnalis licet rōnale cōueniat homini p se primo mō. Dictū eoꝝ est falsum,sicut ptꝫ plane accipiendo rōnē homis pro hoīe/aīal scꝫ rōnale/⁊ tunc idē est dicere homo rōnalis sicut aīal rōnale. Rationale est nugatio manifesta accipiēdo rōnale pro differentia nō pro sapiēte sicut dr̄ hō sapiēs rōnalis. ¶ Octauo sic. Si de cōceptu q̄dditatiuo vnius relatiui est alterꝰ ⁊ ecōuerso:q̄ro an de cōceptu vnius sit aliqd pater suū correlatiuū/aut nihil Si nichil tūc vnū relatiuū nō est nisi suū correlatiuum:⁊ per ꝑs nō est relatiuū: q; nullū relatiuuꝫ est ad seipm sed ad aliud/ si aliqd capio ꝑcise illud aut ergo illud est ꝓpos⁹ ꝓceptus ex conceptu sibi ꝓpio ⁊ suo correlatiuo:aut hō. si nō habeo ꝓpositum q illud qđ est ꝓprium relatiuū nō includit suū correlatiuū:si sic ille pōt resolui in duos cōceptus/ ⁊ sic ꝓcedere in infinitum in ꝓceptibus relationis vel necesse deuenieꝝ ad aliquē vnū ꝓceptū simpliceꝫ qui non includet correlatiuū in suo ꝓpio cōceptu ⁊ habeo etiā ꝓpositū. ¶ Nono sic. Conceptus primus cuiuslibet speciei per se in genere est p se vnus non p accidens:q; ens p accidēs nō est per se in genere.sed vnū relatiuū nō facit vnum p se cōceptuꝫ cū suo correlatiuo:q; aut ille esset simpliciter simplex aut resolubilis. Non potest dici primū q; tūc idem ꝓceptus simpliciter simplex ꝛcluderet aliqua duo formaliter distincta ⁊etiā subiecto vel supposito quōcunq; qđ est impossibile:si est resolubilis habeo ꝓpositū:q; neuter illoꝝ in quos resolutk includit/ alterū/⁊ per ꝑs nec includit alterum/p ꝑs nec includit correlatiuum q; tunc pars esset equalis toti quod est ipossibile/⁊ ita habeo aliquē cōceptū relatiui q nō ꝛcludit correlatiuū. igit ⁊c. ¶ Decimo sic. Si vnū est de prio cōceptu alteri⁹ rei:ℨ sicut gen⁹/ aut sicut dr̄ia/aut sicut alia aliqua p se cā eiꝰ intrinseca/nō pōt dici primo mō;q; tūc p̄dicarek de ipso in prio mō dicēdi p se sicut gen⁹ vel dr̄ia de specie. Preterea etiā si ponitur vt gen⁹ tū gen⁹ sit quo
dientius ℭ spēs /sequit q; potuit terminare depē
dentiā alicui⁹ alteri⁹ ℭ sui correlatiui/q; ℭm alios vnū ponit in diffinitione alteri⁹ sicut terminatiuū dependētie eius/⁊ ecōuerso q; ecōuerso alterū ponitur in diffinitiōe illius/⁊ sic idē respectu eiusdem erit magis cōe ⁊ min⁹ cōmune/genus/ species/qđ est impossibile. Similiter ex hoc habek ꝓpositū q; in cōceptu generis nūℭ includit cōcept⁹ dr̄ie/nec ꝑ ꝑs in cōceptu correlatiui qđ ponit tanℭ genus includit ratio sui correlatiui/qđ est species includens ipam differentiā/⁊ p ꝑs nec ecōuerso cuꝫ equaliter se respiciāt ℭtum ad hoc:nec est iu diffinitiōne eius sicut differentia: q; illud correlatiuuꝫ trahit suā differentiā specificā ab ipo relatiuo vt dicūt ℨ ab illo correlatiuo nō trahit istud relatiuū suam dr̄iam nec recipit ipm vt dr̄iam specificaꝫ in sua diffinitione tunc esset circulus in p se specificatione mutua aliquorum/nec vt per se causa eiꝰ quia secūdum Boetiū super ꝓdicamenta capitulo de relatiōe vnū relatiuum nō est causa alterius/ Boetius.
quia sunt simul natura. Causa autem est ꝓioꝝ natura suo effectu/ergo nullo modo. Nec valet sl̄ dicas q; distinctio est insufficiens : q; ponit ibi sicut terminās dependentiā relatiui/nō aūt vt gen⁹ vel differentia vel per se causa. Contra tunc de⁹ esset de cōceptu quidditatiuo creature quia terminat dependentiā eius quod est falsum. ¶ Undecimo sic. Si cōceptus filiationis est de cōceptu quidditatiuo paternitatis/hoc scīm alios videk ponēdum ꝓpter distinctionē paternitatis specificā a quacunq; alia relatione;sed hoc posito nō habek ratio distinctio. Probatio q; aut in paternitate est aliqd ꝓprium sibi preter cē ad aliud ⁊ filiationē:aut nichil Si primū ergo illud est distinctio paternitatis a qualibet alia relatione. Ex quo est sibi ꝓpriū ⁊ nō per filiationē. Si nichil ergo in omni eo qđ est de primo ꝓceptu paternitatis ꝓter filiationē cōuenit paternitas cū filiatione:⁊ pari ratione filiatio cuꝫ paternitate:⁊ per consequens nō plus habetur distinctio paternitatis per filiationem/ℭ per paternitatem nec ecōuerso/ergo sufficiēter habek distinctio paternitatis ab alijs relationibus p paternitatem/⁊ nō opꝫ q; per filiationē. ¶ Duodecimo sic. Sicut esse relationeꝫ in cōmuni est esse ad aliud in cōmuni/ ita esse huius relationis puta paternitas in esse ad filium. Quero igit vtrum paternitas ratione qua est ad aliud in cōmuni sibi determinat filium pro termino:vel ratione filiationis/vel ratione alicuius alterius. Non primo modo quia cē ad aliud cōuenit omni relationi:nec secundo mō quia illud ratione cuius determinat sibi filiū pro termino habet filiū vel filiationē pro termino/ ⁊ sic filiatio hēret filiationē p termiō/vel filiū filiū/qđ ē falsum:ℨ opꝫ q; rōne alicui⁹ alteri⁹ qđ nec est filiatio nec ꝛcludit ipam in suo ꝓceptu q̄dditatiuo. ¶ Tertiodecio sic. Dictio exclusiua addita termiō simplici nō excludit illud qđ est de suo cōceptu q̄dditatiuo vt ptꝫ:q; tūc excluderet ipm cui addit. Si ipa addita vni correlatiuo excludit reliquum vt patet

primo phisicorum/ꝛ dicetur infra. ergo ꝛc. Nec valet responsio ꝙ maior est vera in absolutis nō in relatiuis. Tū qr equaliter cōcludit ꝓbatio maioris de vtrisq;. Tuꝫ qr exclusiua ꝓsupponit suū ꝓiacēs cui additur/ꝛ per ꝓns quodlibet cōtentum in ipso per se primo modo/ nō aūt ꝓsupponit illud cuiꝰ primū conceptū excludit. quare ꝛc. ¶ Vltimo sic. Aut conceptus paternitatis de quo est filiatio est vnus conceptus aut plures si vnus aut simpliciter simplex aut ꝓpositus. Si primo modo tūc filiatio est totus conceptus paternitatis qr quicqd pertinet ad cōceptum simpliciter simplicē est totus ille conceptus sed hoc est falsum. Si conceptus quero de parte illius aut de conceptu eius est alia pars/ aut nō/si sic pars illa de cuius cōceptu est alia erit equalis toti cōceptui compositō quod est impossibile. Si nō cū partes sint paternitas ꝛ filiatio/habetur ꝓpositum ꝙ de cōceptu paternitatis non est filiatio. Si aūt ille conceptus paternitatis de quo est filiatio nō sit vn⁹ sed plura/sꝫ illa pluralitas non potest esse nisi primorū cōceptuū paternitatis ꝛ filiationis: aut igit sunt plures sola pluralitate: nūerali ꝛ tunc nō plus differunt paternitas ꝛ filiatio/ q̄ filiatio ꝛ filiatio/ vl' paternitas ꝛ paternitas/qđ patet falsum: aut sunt plures pluralitate specifica ꝛ sic oportet te dicere velis nolis ꝙ aliqđ est in primo cōceptu vnius quod nō est in primo ꝯceptu alterius/quod est contra te: qr dicis ꝙ quodlibet est in cōceptu cuiuslibet: ꝛ patet necessarū: qr ois species distinguitur ab alia aliquo ꝓprio cōceptu q̄ditatiuo sibi/que nō includit ꝯceptū alterius sicut in re conceptibili que nō est res alteri⁹ sed res cēntialiter distincta. ¶ Dico igitur ꝙ vnū relatorum non est de conceptu alterius per se primo ꝛ dico ꝙ dicere oppositum est ignorare vocem ꝓpriam. deus.

Ad motiua.1.opi. ¶ **Ad primuꝫ aliox** Dico ꝙ maior eorum cōcludit cōtra eos/qr eoipso ꝙ diffinitio relatiui est ad aliꝺ: sequitur ꝙ est ad aliquid extrinsecū ab ipo qđ non cōuenit sibi ꝓ se primo modo/vnde ꝛ diffinitio includit additamētū extrinsecū a diffinito / sicut suo modo diffinitio accidentis per subiectum.

¶ Ad secūdum dico ꝙ relatiuū nō potest concipi non cōcipiendo aliud. Non tamen ex hoc sequitur ꝙ vnū sit de conceptu quidditatiuo alterius per se primo mō: sed magis oppositum/ qr est aliud ꝛ hoc est regulare ꝛ singulare in relatiuis: nec habet locū in absolutis. ¶ Ad tertiū dico ꝙ est idem act⁹ concipiendi hoc relatiuum ꝛ suum correlatiuū/nec sequitur ex hoc ꝙ vnū sit de cōceptu quidditatiuo alterius: sed magis oppositū qr eodem actu intelligitur relatiuū ꝛ suum correlatiuū vt aliud ꝛ extrinsecum sibi: nō em ex vnitate actus ꝯcipiēdi sequitur vnitas cōceptoꝝ ꝛ ꝙ se primo mō: tūc em aīal ꝛ rationale eēnt idē per se primo mō/qr cōcipiunt vno actu ōcipiendi specie ꝛ deus oīa concipit vno actu Hoc aūt locū non habet in absolutis. ¶ Ad quartum dico ꝙ correlatiuū nō distinguit per relatiuū ab omni alio a se/qr tunc nō distingueretur a correlatiuo sicut nec correlatiuū a seipo/sed ꝓ proprium differentiam formalem ꝛ intrinsecam/tū in habitudine ad correlatiuū extrinsecum sibi/sicut est id qđ est ad ipsum quātūcunq; non sit de suo cōceptu intrinseco: quod etiā aduertēs Boetius posuit locū a relatiuis inter locos extrinsecos. Hec de.1.arti.

¶ **Quantum ad secūdum ar**ticulum dicunt quidam ꝙ dictio exclusiua sicut solus ꝛ huiusmodi addita vnū relatiuo non excludit reliquū/ vel predicatum a reliquo. Hoc probāt qr dictio exclusiua addita relatiuo non excludit illud quod est de conceptu quidditatiuo eius per se primo modo vt patet: qr tunc excluderet ipm cui additur: sed sic est ꝙ correlatiuū est de ꝯceptu quidditatio relatiui secūdum eos. ergo ꝛc. ¶ Secundo sic. dictio exclusiua nō excludit illud quod de necessitate absoluta sequitur ad illud cui additur/qr ꝓsupponeret suū ꝓiacēs/ꝛ nō poneret ipm imo destrueret ipm: qr destrueret vel excluderet id quod de necessitate sequitur ad ipm ꝛ in re ꝛ in ītellectu sed vnum relatiuū necessario sequitur ad aliud: vnde sequitur si pater est filius est ꝛ per consequēs sequitur si solus pater est filius est: qr sequitur si solus pater est/ pater est. Si pater est/ filiꝰ est: ḡ si solus pater est/ filius est: ergo nō excludit p̄dicatū a correlatiuo. ¶ Tertio sic. Dictio exclusiua addita subiecto vel accidenti suo nō excludit accidens vel subiectum/ꝛ loquendo de accidente cōmuni sꝫ magis necessario vnum relatiuum cōcomitat alterus ꝛ sequit quēadmodū accidēs subiectū. ergo ꝛc.

¶ Vltimo sic. Si dictio exclusiua excluderet vniuersaliter correlatiuū sequeretur ꝙ excluderet suū ꝓiacens cui additur: ꝓbatio frequēter contingit ꝙ idē sit relatiuū ꝛ correlatiuū sicut mouēs ꝛ motū actiuum ꝛ passiuū. Similiter etiā in deo essentialiter sunt idē pater ꝛ filius: sꝫ ꝓns est ꝓbilee ergo ꝛ antecedēs. Videtur ergo istis ꝙ dictio exclusiua non excludit correlatiuū/nec predicatū a correlatiuo cui addit/ꝛ tō ꝓniter concedunt sicut dicetur infra ꝙ ista est vera solus pater est deus.

Dictō exclusiua addita vni correlatiuo uorū an excludat aliud. ꝛc. ꝓma opi.

¶ **Sed videtur** michi ꝙ predicta opinio nō sit vera videtur eēm mihi ꝛ Aristoteli ꝙ dictio exclusiua addita alicui correlatiuo in ordīe ad aliqđ p̄dicatum qcūq; sit illud/excludit correlatiuū vel p̄dicatū a correlatiuo/vt patet. ḡ ꝛc. ¶ Scdo arguo sic. Solus idē est/ꝙ nō cū alio: qr solus excludit aliū vel aliud distinctū ab ipo/qđ sꝫ nō est idē sibi sꝫ vnū correlatiuum se habet ad reliquū sicut aliud/ ptz in creaturis. vel saltē sicut aliꝰ ptz i diuinis. ¶ Tertio sic dictio exclusiua excludit oē illd qđ nō caderet sub distributiōe signi vlis additi suo correlatiuo/ ptz dicēdo. Oīs p̄ nō habetur/nec distribuit nisi pater/nō aūt filiꝰ: qr tūc sequerē oīs p̄ currit ḡ oīs filiꝰ currit/qđ est falsum.

Opi. doctō. ꝛ.i.p cedentes opinionē

¶ Dico ḡ ꝙ dictio exclusiua q̄ est dictio sincathegorica ꝛ dicit dispōnē subiecti in ordīe ad p̄dicatū vel ecōuerso ēm intellectū ꝓponētē vel diuidentē p̄dicatū cū subiecto vel a subiecto: addita alicui excludit oē illd qđ nō est idē sibi nūero sine subiecto vel supposito ēm triplicē modū vel tres mōs idētitatis/q̄ sunt idē diffinitiōe: idē ꝓpo/idē accidēte. Vñ dictio exclusiua nō excludit aīal vel rōnale qñ addit hoī/ꝛ ītelligo idē diffinitiōe nō ꝙ additamētum/sꝫ ꝙ se ꝛ ꝓpe/ꝛ ꝙ se. Silr etiā addita toti nō excludit ptē extrinsecā. Similr etiā dictio exclusiua addita homini nō excludit risibile/nec etiā addita subiecto vel parieti excludit albedinē vl' albū: ꝛ nullo istoꝝ modorū correlatiuū ē is suo correlatio ac-

Resoluō doctoris

ceptendo ipsam ꝓ relationibus: qr nulla relatio opposita alteri pertinet ad diffinitionem alteri⁹ ꝙ se primo/nec est ꝓprium alterius sibi oppositē nec accidens eius vt subiecti/licet bene sit idem subiecto cū ipa/ꝛ quādo ita est forte non excludit correlatiuum. Sic aūt nō est de distinctis supposito vel subiecto. Dico ꝙ dictio exclusiua addita vni correlatiuo in ordine ad aliqđ predicatū excludit illud a suo correlatiuo. Unde dico ꝙ ꝓniter ista est falsa de virtute sermonis exclusiuarum solus pater est deꝰ sicut apparebit in sequenti articulo.

Ad rōes ꝓme opi. ¶ **Ad primū alioꝝ** Dico ꝙ minor ē falsa sicut patuit i articulo p̄cedenti. ¶ Ad secūduꝫ dico ꝙ maior est falsa q̄tūcunq; vnum correlatiuū in esse intelligibili sequat ad aliud/tamen dico ꝙ excluditur ꝙ dictionem exclusiuam additā alteri vt patuit ꝙ p̄dicta: qr relatiuum est aliud/ꝛ nō est idem aliquo modo predictorum: sed dico ꝙ respectu taliū predictorum necessario conuenientium vtriq; relatoꝝ cuiusmodi est esse/ vel huiusmodi per exclusiuā dictionē alteri additam relato: habetur ꝓpositio incōpossibilis ad quam sequtur cōtradictorium vnum ratione relatorum ꝛ aliud ratione dictionis exclusiue. Vñ ad istam solus pater sequitur ad istam filius est ratione patris: qr si pater est filius est ꝛ similiter ista fili⁹: non ē rōne dictionis exclusiue. Similiter etiā ad istam tantū principium est sequitur cōtradictoria/scilicet ꝙ principiatū sit ratione principij/ꝛ ꝙ non sit ratione huius qđ est tantum. Unde qui concedit tales ꝓpositiones cōcedit cōtradictoria/sicut etiā videtur deducere philosoph⁹ primo ꝓphisicorum sicut patebit. Ad probationē quando dicit ꝙ tunc idem supponeret dictio exclusiua ꝛ destrueret Dico ꝙ non per se ꝛ immediate: sed per se supponit suum ꝓiacens cui additur/ꝛ per se excludit correlatiuū quod est aliud nō idem: sꝫ verū est ꝙ hoc nō est virtute exclusiue vel exclusionis sed magis virtute relatiōis sequitur negatio ꝛ amotio primi relati ideo nō valet. ¶ Ad tertium dico ꝙ nō est simile de accidente ꝛ subiecto/ꝛ de relatiuo ꝛ correlatiuo sicut dictum est supra. ¶ Ad quartum diceretur ꝙ licet duo correlatiua possint esse idem subiecto ꝛ quātum ad correlationes/sicut est in voluntate mouente seipam ad actū que refertur ad actū productum/vel ad totum ex volūtate ꝛ actu ꝛ ecōuerso relationibus oppositꝫ de secūdo modo nūq;/ tamen vnum correlatiuū vt correlatiuū id est q̄tū ad relationem est subiectum alterius/vt patet. Et ideo diceretur ꝙ alterum nunq; est idē alteri alterotrium modorum/ꝛ per cōsequens dictio exclusiua addita vni excludendo alterū nō excludit ꝛ ponit idē per se/primo licet per accidens sicut dictum est in solutione secūdi argumēti/eodē modo de relationibus actui ꝛ passiui licet non opponantur. Sed contra hāc solutionem est qr si idem subiectū sit musicum ꝛ grāmaticum dicēdo solū musicū est/ non excluditur grāmaticum/ꝛ tamen planuꝫ est ꝙ musicum ꝙ musicā nō est subiectū grāmatice/ ergo similiter hic. Et ideo potest dici ꝙ quādo correlatiua sunt eadē subiecto vel supposito dictio exclusiua addita vni non excludit predicatum a reliquo/ sed quādo sunt distincta subiecto vel supposito: vel diceretur ꝙ ꝛmo excludit grāmaticū nō rōne subiecti sed forme q̄ est grāmatica. Hec de. 2. articulo.

An hec sit ꝓcedēda Sol⁹ pater est deꝰ ꝓma opinio.

¶ **Quantum ad tertium di**cunt aliqui sicut tactū est supra ꝙ ista est vera solꝰ pater est deus: qr per hoc nō excluditur esse deuꝫ a correlatiuo patris sicut dictum est: qr dictio exclusiua addita vni correlatiuo nō excludit predicatuꝫ a correlatiuo nec ipm correlatiuuꝫ. Sed visum est in precedēti articulo ꝙ ista opinio innititur super falsum fundāmētum. ¶ Alij dicūt ꝙ ista dictio exclusiua solus potest exercere actum suū circa subiectum cui addit precise ꝛ sic ista est vera/ꝛ est sensus solus pater est deus: id est ille qui est solus pater est deus. Alio modo potest exercere actum suū circa subiectum in ordine ad hoc predicatū deus ꝛ tunc est falsa quia tunc est sensus ꝙ pater est deus/ ꝛ ꝙ alius a patre nō est deus: qr excluditur predicatum ab omni alio. Sed illud nō valet qr semper dictio exclusiua immediate addita subiecto est dispositio eius in ordine ad predicatum ꝓpōnis/ nō aūt absolute ꝛ secūdum seipam. Iterum etiā cum ista dictio solus sit adiectiua ꝛ addatur immediate subiecto nō determinant subiectum suū in se/ sic ꝙ resoluatur istud quod est solus pater in aliquā ꝓpōnes que est ista qui est solus pater. ꝛc. Sicut dicūt aliqui qui volunt ꝙ semper vbi est adiectiuū ꝛ substātiuum intelligatur copula media: qr tūc immediate secūdum intellectum adderet adiectiuū substantiuo vt dicēdo homo est albus esset sensus homo ꝙ est albus vel ꝙ est hō albus. ¶ Alij dicunt ꝙ solus idē est ꝙ nō cum alio/aut qr accipit alio neutraliter/ꝛ sic est vera/ ꝛ est sensus solꝰ pater est deꝰ id est nullū aliud a patre est deus. Aut accipit masculine ꝛ tunc est falsa/ et est sensus solus pater est deus/id est pater est deus: ꝛ nullus alius puta filiꝰ vel spiritussanctus. Sꝫ hoc nō valet/qr adiectiuū semper accipit determinationē sui modi significādi a substātiuo: ꝛ ita nūq; potest teneri neutraliter. Sꝫ substātiuū est masculi gñis sicut ꝓs iō nō valꝫ.

2ª. opi.

3. opinio

¶ **Videtur igitur** michi dicēdum absolute ꝛ sine glosa/ ꝙ de virtute sermonis ista est falsa. Solus pater ē deus: qr ad istam sequitur ꝙ filius nō est deus ꝛ tute exclusionis: hoc autem est falsum. Et similr sequtur ꝙ spiritussanctus nō est deus/quod est falsum. Ratio autem est qr sicut ꝓbatum est dictio exclusiua alicui addita in ordine ad predicatū ꝙ excludit predicatum a quocūq; alio nō eodem sibi illis modis predictis. Modo dico ꝙ tam filiꝰ q̄ spūssanctꝰ isto modo sunt aliꝰ a patre. ergo ꝛc. ¶ Secūda rō est: ista est falsa solus homo vel solus sortes est aīal ergo ista similiter vt videtur solus pater est deus. ꝓbatio antecedentis/sequit solus hō est aīal/ḡ omne aīal est hō. Mā dictio exclusiua sumpta sic/ excludendo p̄dicatū a quolibet alio a subiecto denotat predicatum non excludere subiectum: consequens est falsum / ergo ꝛ antecedens: consequentia prima probatur quia in proposito possunt accipi propositiones ꝛ consequentie sic. Solus pater est deus: ergo omnis deus est pater que est falsa: quia deus filius non est pater. Alia probatio est huius consequentie. Solus homo est animal: ergo omne animal est homo. Nam sequitur solus homo est animal: ergo nullꝰ nō homo est aīal. Ultra nullus non homo est animal: ergo nullum animal est non homo. Sed vltra sequitur. Nullus animal est

Opi. doctoris.

Scda rō

nō homo/ergo omne aīal est hō:ꝛ sic etiā cōformiter pōt accipi in ꝓposito. Dico ergo ꝙ ista simplr est falsa Solus pater est deus. Dico tñ ꝙ aliquando inuenitur ꝓcessa ꝛ similes a sanctis. Et possunt exponi Solus pater est deus/id est qui solus est pater est deus. ꝛc. ¶ Circa predicta est aduertendus ꝙ sol⁹ potest accipi cathegorice ꝛ quasi substātiue/ ꝛ tunc significat solitudinē/nec habet locū in diuinis/sicut dicebat filius de patre nō relinquit me solum. Et simlr de ipso dicebat/qz nō sum ego solus sed qui misit me pater me⁹ est. Alio modo pōt teneri sincathegoreumatice ꝛ cōsignificatiue ꝛ adiecti ue/ꝛ sic recipitur in diuinisin multis ꝓpōnibus:ꝛ isto modo dicit ꝓpōnem subiecti in ordine ad pdicatū ꝓprie accipiēdo:ꝛ tūc vel addit subiecto cētiali in diuinis in ordine ad aliquod essentiale/ꝛ sic dico ꝙ nunq̄ excludit aliq̄d intrinsece deo/qz ois hō intrinsecū deo qđ est essentiale vel cōmune est vnū ꝛ idem nūero/sicut solus deus est eternus nō excludit filius nec spūssanctus. nec aliquid deo intrīsecum: vel additur alicui essentiali in ordine ad notionale:ꝛ sic etiam non excludit predicatum ab aliquo essentiali sicut dicēdo . Solus deus est pater: vel additur subiectio notionali in ordine ad essentiale predicatum/ꝛ sic excludit correlatiuū ꝛ aliud a notionali/ꝛ predicatum ab alio:sicut solus pater est deus / ꝛ constituit propositionem falsam in diuinis sicut dictum est supra de ista Solus pater est deus. Vel additur notionali in ordine ad predicatum notionale/ꝛ hoc dupliciter vel in ordine ad notionale ꝓprius subiecto notionali/sicut solus pater est ingenitus vel pater/ꝛ tūc est ꝓpositio vera : vel in ordine ad notionale cōmune pluribus vt spirare ꝛ tunc est ꝓpositio falsa vt sol⁹ pater spirat/ si tñ spirare actiue notionale debet dici. Si autē dictio exclusiua addatur predicato/aut illud pdicatus est essentiale aut notiōale. Si cētiale/aut habet subiectum essentiale aut notionale. Si cētiale semp est ꝓpositio vera deus est solus deus/vel sol⁹ eternus. Si notionale ꝓpositio est vera / pater est sol⁹ deus. Si predicatum est notionale aut habet subiectum essentialem aut notionale: sed si habet subiectum cētiale ꝛ notionale sit ꝓprium alicui⁹ persone tunc facit propositionē verā/sicut deus est solus pater/si cōe falsam ꝓpositionem deus est solus spirans. Si subiectum sit notionale aut illud pdicatum est ꝓprium illi subiecto/ꝛ sic facit ꝓpositionem veram. Pater est solus genitās. Aut ꝑmune illi subiecto ꝛ alijs/ꝛ sic falsas. Pater est solus spirans. De isto tamen membro est dubium:qz videre tur posse dici ꝙ hec est vera pater est solus spirans sicut ista pater est solus deus/dato ꝙ filius sit de⁹. Tamen etiam posset dici ꝙ qz spirans nō est subiectum sicut deus vel spirator/ꝛ non possunt dici pater ꝛ filius solus spirans/sicut solus deus vel spirator/ideo nō est simile. De hac autem trinitas est solus deus. Dico ꝙ est vera/quia trinitas est deus/ꝛ non aliquid aliud/nec aliquis alius a deo. De predicatis autem repugnātibus subiectis nō est mentio/qz planum est ꝙ semper talia predicata de subiectis quibus repugnāt cōstituunt propositionem falsam/ꝛsic intelligendum est de alijs dictionibus exclusiuis. Sic ad questionem.

Nota de hoc noīe solus.

Ad argumēta ꝑn. ¶ Ad ꝓmum ꝓncipale dico ꝙ minor est falsa. Ad philosophū dico ꝙ nō intendit ibi ꝙ dictio exclusiua additaꝫ vni correlatiuo nō excludat reliquū:sed intendit deducere dictum ad aduersariꝫ ad cōtradictionem. Primo eīm diceret ꝙ tantū vnū est. Secūdo ꝙ illud vnū est principiū ꝛ tunc arguit contra eos phūs si est principium est principiatū virtute relationis:ꝛ per ꝑīs sunt plura/qz principium ꝛ principiatū sunt plura:ſ scōm illos tantum vnū est:ergo non plura virtute exclusionis/ergo ponūt plura ꝛ non plura. ¶ Ad scōm dico ꝙ nō sequitur solus deus est pater: ꝑ sol⁹ pater est deus/sed magis pater est solus deus / ꝛ hoc est verum:quādo dicis hec cōuertitur in illā. Dico ꝙ non est verū:quia ꝑma est pregnās vniuersalis/ scilicet ista solus deus est pater:ꝛ ideo sicut vniuersalis affirmatiua nō cōuertitur in vniuersalē affirmatiuam: sed est fallacia ꝑtis vt ois homo est animal:ergo oē animal est homo. Ita dico ꝙ exclusiua nō conuertitur in exclusiuā: qz exclusiua ꝑtum ad vnam exponētem sum vniuersalis affirmatiua est vel equipolet sibi. ¶ Ad tertium dico ꝙ illa solus pater est tantus. ꝛc. id est qui est solus pater est tantus. ꝛc. qz est deus. Et similiter de alijs/non ꝙ ista expositio habeatur de virtute sermonis vel de vsu loquēdi/sicut etiam dictio reduplicatiua vt inꝑtum non semper reduplicat rationes inhārentie predicati ad subiectum/ quod tamen conuenit sibi ꝓprie inꝑtum est dictio reduplicatiua: sed aliquā do cōditionem subiecti que nō est ratio predicati/ tamen cōuenit subiecto specialiter /ꝛ tunc tenetur specificatiue nō reduplicatiue/sicut dicitur ꝙ subiectum inꝑtum est potentia mozalis ex pio modo exponēdi dicta sanctorum. ꝛc. ¶ Ad quartum dicendum est ꝙ eodē modo/ nisi ꝙ vnus respondet ad illud mathei vndecimo. Nemo nouit filius nisi pater/neq̄ patrem quis nouit nisi filius. ꝛc. Dicit ꝙ ibi accipitur nemo ꝑ quolibet supposito alteri⁹ nature intellectualis a natura diuina: ita ꝙ nullū intelligens aliud a natura diuina nouit patrē naturaliter:neq̄ patrem quis nouit nisi filius. Dicit ꝙ ibi accipitur quis pro hoīe. Et est sensus alius hō a filio nō nouit patrem nisi filius voluerit reuelare sibi. Et accipiat ista expositio qz videt satis bona. Aliter tū pōt accipi ly quis pro quolibet supposito alterius nature intellectualis vel rōnalis a natura diuina/ꝛ tūc locū habet sicut patet ꝛ est ꝓpoverа/nec est argumentum cōtra predicta. ꝛc.

¶ Distinctionis. xxij. Questio Prima.

Circa distinctiōez vigesimā secūdam quero pro Vtrum de⁹ sit noīabilis a nobis. ¶ Videtur ꝙ non qz nec deus nec essentia dei pōt itelligi a nobis:qz nō fantasiabilis: qz ex se sit hec cētia itellectus posset eam distinguere a quacūq̄ alia essentia: ſ illō quod nō possumus intelligere nō possum⁹ noīare. ergo ꝛc. ¶ Scōo sic. Illud est inoīabile alicui qđ quod est sibi ineffabile: sed deus ꝛ quicquid est in ipso est ineffabile. Patet per Ambrosium primo de trinitate .c.6. Et Magister allegat distinctione nona. Mens deficit vox fillet / non mea tantum sed angelorum ineffabilis eīm est illa generatio. Et

Ambro.

pari ratione ꝛ fortiori diuina essentia. ergo ꝛc.

Dionys. Confirmat per Dionysium.c.1.de diuinis noībus. vbi dicit ꝙ theologi laudāt deū vt innominabilē. ¶ Tertio sic. Omne nomē vel est cōcretum vel abstractum:sed nullū istorum conuenit deo/qz concretū non significat aliquid simplex:abstractum vero nō significat aliquid subsistens/ vt patet de albo ꝛ aldedine:deus aūt simplex est ꝛ per se subsistēs. ꝑ ꝛc. ¶ Quarto sic. Quia ꝛ non pōt cognoscere nec nominare deū nisi ex creaturis:sed deus nichil habet cōmune cū creatura sicut dictū est supra:ꝛ ꝑ ꝛc.

Psal. ¶ Contra . Dñe dñs noster ꝗ admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. ergo in vniuersa terra nominatur deus. Et Exodi quintodecimo. Dñs quasi vir pugnator omnipotēs nomen eius ꝛc.

Exodi. 15.

¶ In ista questione sic ꝓcedā

¶ Primo ad intellectum questionis inqram quid nomen/seu vox significatiua ad placitū ꝓncipali⁹ sīgt vtrum scz rē/vel ꝛceptū rei/seu actū ꝛcipiēdi. ¶ Secūdo inquirā vtrū de⁹ sit noīabilis a nobis. ¶ Tertio vtrum pluribus nominibus. ¶ Vltimo Ad rationes.

Nomen seu vox significatiua ad placitū qđ significet ꝓma opi.

¶ Quantum ad ꝓmum est

vna opinio ꝙ nomē seu vox significatiua ad placitum ꝓius significat cōceptum rei ꝗ ipam rem /et etiam ꝓncipalius. Hoc probāt ꝓio sic. Sicut vox complexa(cuiusmodi est oratio vel ꝓpositio)se habet in significando cōplexe/ita vox incomplexa ad significandum incōplexe: sed ꝓpositio vel oratio ꝓmo significat verū vel falsum ptinenter ad animam vt sunt in aīa/vt patet sexto methaphisice.nō autem in reb⁹. Similiter etiā oratio significat ꝓmo aliquam cōplexionem quā sine extremis nō est intelligere ꝓmo ꝑyarmenias. Et sic cōfirmatur per philosophū ꝓio ꝑyar. Voces sūt eorum passionum que sunt in aīa note/ sicut ꝛ intellectus. ¶ Secūdo sic. Illud significat principaliter vox ex quo ꝓncipaliter res dicitur. Et dicit oratio vel propositio ex vocibus complexis esse vera vel falsa /ſ hoc est ex re principaliter. Patet ex predicamētis ab eo ꝙ res est vel nō est dicitur oratio vera vel falsa. ꝑ ꝛc. ¶ Tertio sic. Illud vox principaliter significat de quo intēdunt principaliter homines loqui ꝛ disputare ꝛ ipm exprimere per vocem:sed hoc est res principaliter/non eīm principaliter disputamus de nominibus vel conceptibus :sed de rebus mediātib⁹ conceptibus ꝛ noibus:vt dicitur primo Elēchox. Ad hoc enim inuēta sunt noīa qz non possum⁹ pozare nobiscum res de quibus disputam⁹. ¶ Quarto sic. Quādo cūq̄ adhibentur vel cōcurrūt duo significata ad vnum significatum/quodlibet illoz ꝓncipali⁹ significat illud significatū ꝗ alterꝫ illoz significatorum vt ptz:sed vox ꝛ mentis conceptus sunt duo significatiua rei/ ꝗ vox principali⁹ significat rem ꝗ mentis conceptum.

Phūs in pdica.

1. elēcho.

Opi. doctoris.

¶ Dico igitur circa hoc aliq̄. Primus est ꝙ adhoc ꝙ aliq̄ vox vel aliquod nomē sit sinonimū inter loquentes : ad hoc vt suas conceptiones sibi inuicem mutuo explicent/oportz ꝙ significet aliquid puta mre /ꝛ etiam conceptum formatum de illo aliquo ꝛ de re. Secūdo oportet ꝙ res significata sit nota/ saltē confuse vtriq̄ loquēti. Tertio oportet ꝙ similiter ipa vox cognoscatur esse significatiua talis rei. Qz autem nomen ſgnificet rem pater. 4. methaphi. vbi dicit ꝙ non plura significat nomen ꝛ diffinitio autem rei est res ipa vt ptz. ꝛc. Similiter etiaꝫ confirmatur per grāmaticos qui dicūt ꝙ nomē significat substātiā q̄ocunq̄ debeat illud intelligi: Sed ꝙ nomen significet mentis conceptū. Patet ꝓmo ꝑyarmenias. Voces sunt note earū passionum que sunt in anima: passiones autem vocat conceptus formatos in mente de reb⁹. ¶ Secūdo dico ꝙ vox dupliciter considerari potest. Uno modo vt est sonus ab ore animalis prolatus cū imaginatione significandi/ꝛ sic nō imponitur ad significandum ad placitū:sed significat naturaliter ꝛ eadem vox isto modo idem significat apud omnes.

4. methy.

1. Pery.

Vocis duplex cōsideratio.

Alio modo potest capi vt natum est esse sinonimū inter loquentes ꝛ suos cōceptus de rebus exprimēte s per illud signū qđ placet eis/ꝛ sic significat ad placitum ꝛ imponitur/ꝛ facta impositione est sinonimum ꝛ cōmune quādo impositio vtriq̄ nota est ꝛ isto modo nomen non significat naturaliter/ nec idē nomen significat apud omnes :de caracteribꝰ vero literarum:dico ꝙ oratio ad placitum significat ipsas voces/ꝛ facta impositione ꝛ nota vtriq̄ ꝛ scribēti ꝛ ei cui scribit ꝛ legēti fiūt ꝛ sunt sinonimi,in scribēdo/ꝛ etiā i loquēdo/in significādo istā vocē vel illā:vñ non oēs caracteres idē signt apud oēs:nec etiā sunt idē apud oēs/ꝛceptꝰ aūt rei semp significat rem naturaliter ꝛ de eadē re idē cōceptꝰ verus hētur apd oēs. ¶ Tertio dico circa hoc qđ nomē vel vox significās ad placitum ꝓncipaliter ꝛ prius secūdum intentionē rē significat ꝗ ꝛceptū

Reso. 1. opi.

¶ Ista opinio

non videtur michi vera. Et ideo arguo cōtra eaꝫ

ꝑ.1.precedē.opi.

rei de ipa formatum sicut ꝓbatum est supra arguẽ
da cõtra ꝑmam opinionem: dico tñ q ꝑmitate exe
cutionis nomẽ primo significat ꝛceptum/z hoc se
cundum q nomẽ est ꝓfecte symbolũ z significati
uum rei: qz vt sic nõ sola vox ꝛcurrit ad significan
dum rem sed etiã cõceptus rei. Tũc em̃ ꝓfecte res
significatur non solũ per vocem/sed etiam q conce
ptum qui habef de ipa manifestaf/z isto mõ etiaꝫ
Aristoteles ponit ordinẽ in signis primo ꝑiar
mentias. Ita ꝑtio executione caracteres significãt
voces. Secũdo voces signt cõceptus. Tertio con
ceptus signt res/de q̃bus formãtur mediãtibus cõ
ceptib⁹ quib⁹ etiã nota rebus ponũtur. ¶ Quar
to dico q nomẽ vtrũq; signt obiectiue q modum ob
iecti iportati vel significati: z hoc est ꝓtra aliquos
qui dicũt q nomẽ rem tñ q modum obiecti: sed cõ
ceptum mẽtis sicut effectus causam/ vel sicut ima
ginem de qua exprimitur. Ita q est imago rei la
tens in mẽte de qua exprimiꝛ fortis / z nomẽ vel vox
que est imago rei/z signũ patens. Istud nõ capio
primo qz effectus naturaliter repsentat suã caus
am/nõ tñ ad placitũ vt sic/ergo nomẽ vt significa
tiuum ad placitum nõ repsentat mentis ꝛceptum
sicut effectus suam cãm. Secũdo qz nõ video q no
men etiam vt significatiuũ est ad placitũ sit effect⁹
respectu cõceptus ipius rei quã significat. Sꝫ hic
est hic considerare tria scꝫ cõceptum iponẽtem/no
men quod iponitur/z rem ipam z cõceptũ ei⁹ qui
bus imponiꝛ/z ita patet q cõceptus rei cui nomen
imponitur non comparaf ad nomen qũ imponitur
sicut causa ad effectũ. Sed magis cõceptus ille im
ponens nomẽ vtriq; scꝫ rei/q̃ ꝛceptui ei⁹/z ita cõ
paratur ad ipam nõ sicut causa: sed magis sicut ob
iectum. Tertio qz nõ video etiã q nomẽ sit imago
naturalis expressa a cõceptu rei vt significatiuum
est ad placitũ: qz idem nomẽ ad placitum potest eẽ
apud diuersos pluscq̃ mille cõceptuum. Similiter
etiam iam nõ repsentaret ad placitũ sꝫ naturali
ter. Similiter etiã nec exprimitur ab ipo vt effect⁹
sicut imediate ꝓbatum est/ ergo nõ video q repre
sentet ipm vt imago imaginatum vel imagines vt
de quo exprimamur: dico q q nomẽ significat vtrũq;
scilicet rem z ꝛceptum obiectiue / sicut obiecta ap
prehensa per nomẽ sed principalius rem ipam eo
modo quo dictũ est supra. Nec ꝓpter hoc opꝫ q oẽ
nomen sit analogum ꝓpter hoc qz nõ significat ista
vt duas res cum duobus conceptibus earum sicut
analogum. ideo z cetera.

Ad rões ꝓncipales.

¶ Ad primũ prime opinionis Dico q ꝓpositio (acci
piendo ꝓpõem pro prima intẽtione sicut hanc ꝓ
positionẽ homo est aial) nõ significat primo verita
tem vel falsitatem que se tenẽt ex parte intellectus
sed magis rem ipam vel res circa quã vel quas ha
betur conceptus verus vel falsus/z ex qua princi
paliter ex eo q sic est vel nõ est dicitur ꝓpositio ve
ra z falsa. Similiter etiã ad confirmationẽ dico p
idem de illa cõplexione que est apud intellectũ cir
ca rem sicut etiam de conceptu rei q primo z prin
cipaliter significatur res q ꝓpõem in qua ponif/
non aũt cõplexio circa rem. Quãdo dicis de vnica
re simplici formatur ꝓpositio/ergo primũ significa
tum principale ꝓpositionis est aliquid incõplexum
simplex/cõcedo quãdo sic est vt accipitur. Dico ta
men q propositio secũdario significat conceptus
plures eiusdem rei differentes realiter ex parte in
tellectus/z secũdum rationẽ ex parte obiecti eiusdẽ comparatũ ad scipm secũdum identitatem vt in propositione affirmatiua/vel non idẽtitatem vt in ꝓpositione negatiua eiusdem de se: vel forte etiã intellectus habet eundem actum cõcipiendi z numero indistinctum de toto hoc q significat propo
sitio que est actus pertinens ad secũdam operatio
nem intellectus circa rem: semp tamen per vocem
res principalius significatur/loquendo de omnibus rerum non aũt intentionum secũdarum / sicut est nomẽ generis vel speciei vel huiusmodi/nisi forte sint etiam aliqua nomina imposita ad significãdum ipsos mentis conceptus z operationes / sicut intelligere vel cõcipere vel huiusmodi. Non sic de hoc nomine lapidis z cõsimilibus et tamen adhuc talia nomina vt cõcipere z huiusmodi cõparantur ad sua principalia significata sicut ad res ꝓncipalius q̃ ad cõceptus earum. Similiter etiam posset dici de nominibus intentionum q principalius significant eas q̃ conceptiones earum. ¶ Ad secũ dum dico q principalius loquens intendit exprimere rem quasi conceptum/z ad vtrũq; data est lingua z sermo sed principalius ꝓpter rem sicut probatum est supra. ¶ Ad tertiũ dico q nõ plus imitatur nomen conceptum in veritatem q̃ ipam rem quia sicut omnis res extra est singularis/ita omnis conceptus est aliquis cõceptus singularis/z ideo dico q licꝫ res nõ sit ex se actu vniuersalis sed per intellectũ ex se tamen habet q vniuersaliter possit concipi sicut etiam ipe conceptus rei/licet sit in se quid singulare qũo / hoc autem res non est presentis speculationis. Et iõ dico q res sufficiẽter vnde possit vniuersaliter significari vel particulariter nec plus in hoc imitatur nomen ipsum cõceptũ q̃ rem. ¶ Ad quartum dico q vox licet principalius sit vehiculum rei vt signum imediatius est vehiculum verbi. Et ideo sicut dictum est supra aliquo modo immediatius significat verbum vel mẽtis conceptum q̃ rem/tamẽ semp rem principali⁹. Hec de primo articulo questionis.

Deus an possit nominari a nobis primus modus.

¶ Quãtum ad secundum articulum est vnus modus dicendi quo modo de⁹ potest nominari vel non nominari a diuersis intellectibus. Dicunt isti primo q deus potest nominare seipsum perfecte Secũdo dicũt q beati nec angeli nec homines possunt eum nominare proprie sub ratione immensitatis sue z infinitatis. Tertio dicunt q tamen aliquo modo possunt ipsum imperfecte nominare/eo modo quo intelligũt ipsum aliqualiter/z sic pñt de deo loqui z nominare ipm sicut fit mõ z fiet post resurrectionem. Quarto dicũt de viatoribus q nomen impositum a beatis nõ est eis sinonimum nec esse potest eis notum. Vltimo dicunt q tamen viatores sicut secundum modulum suum intelligunt deum/ita z possunt ipsum nominare z sibi nomen aliquod imponere/ non tamẽ nomine sumpto a creatura/sed nomine proprio quod non cõueniat deo z creature/nec etiam prius creature q̃ deo. ¶ Primum dictũ probatur quia de⁹ potest seipm z quicquid est in ipo apprehendere z perfectissime comprehendere vt patet/z per conse quens põt seipm z oia que sunt in ipo q̃tũ natura nominũ patiꝫ ꝓfectissime noiare qũo placet sibi.

Primi dicti huius opi. ꝓbatio.

2. ꝓbatio ¶ Secundũ probatur quia nullus intellectus beatus cõprehendit vel intelligit deum scm̃ rationeꝫ proprie immensitatis z infinitatis / cũ sit limitatus z finitus z tali infinitati vel immẽsitati i proportionatus/z ideo nullus potest ipsum nominare q̃ctum ad rationẽ sue immẽsitatis: nec per cõsequens perfecte nisi ipse. 3. ꝓbatio ¶ Tertiũ patet quia licet nõ intelligãt deum ratione sue infinitatis vel immẽsitatis; tamen eo modo quo beati sunt aliquomodo vidẽt ipsum/z per cõsequẽs sic possunt eũ nominare. 4. ꝓbatio. ¶ Sed quartũ probatur: quia sicut cecus a natura qui nichil nouit de coloribus nõ potest vti noie colozis nec habere nomen colozis sinonimũ cuꝫ alio qui nouit colozem/sic nec nõ videns deũ potest habere nomen sinonimũ impositũ a videntibus puta a beato. 5. ꝓbatio ¶ Vltimũ patet quia viator aliquomodo licet debile z tenue potest deũ ex effectibus z creaturis cognoscere/z ad aliquid proprium deo per analogiam deuenire z sic possunt eũ nominare eo modo quo z cõcipere/z nomine proprio nõ ꝓmuni deo z creature/nec per consequẽs q ꝓprius cõueniat deo q̃ creature.

Scm̃ dictũ precẽdentis opi.

¶ Contra istam opinionẽ. Sunt aliqua sicut dicit quidam doctor primo cõtra secũdum dictum de beatis. Videtur em̃ falsum q plene nõ videant deum nec intelligãt deum scm̃ rationẽ sue infinitatis vel immẽsitatis obiectiue: sed videtur q ipsam intelligant z videant vt obiectũ. ¶ Primo sic. Potẽtia nõ potest quietari nisi in illo in quo inuenit perfectissimã rationẽ sui per se primi obiecti z secũdũ q huiusmodi. Sed in deo scm̃ rationẽ sue immẽsitatis z infinitatis perfectissime z i summo est ratio per se primi obiecti potẽtie beatifica bilis cuiuscũq; siue intellect⁹ vel volũtatis: non autẽ in aliquo finito vel nõ infinito q necessario opoꝛtet q potẽtia beatificẽ in deo secũdum rationẽ sue infinitatis vel immensitatis vt obiecti cogniti z dilecti. ¶ Scõo sic. Noticia beatorum est notitia visiua vel intuitiua z rei p̃sentis sed in re nõ est aliqua differẽtia vel distinctio inter essentiam quã vident beati: z scm̃ rationẽ essentie scm̃ omnes/z inter eius infinitatẽ: quia infinitas nõ dicit essentiam tãta in ratione vel scm̃ rationẽ essentie: quare ꝛc. ¶ Tertio sic. Ad h⁹ q signũ vel nomen distincte alicui imponaf non oportet ipsuꝫ cõprehendi vel ꝓfectissime intelligi: patet qz Adã qui imposuit nomina viuẽtibus nõ comprehendit quia nõ perfectissime cognouit: sed christus multo ꝓfectius cognouit ea quoad hoc vt beati distincte ipsum intelligãt licet nõ comprehendãt sicut ipse seipsum: nec oportet negare q distincte intelligãt infinitatẽ vel immẽsitatẽ diuinã/quia nõ comprehendũt ipsum: quia pari ratione nec aliquid deo intrinsecum intelligerẽt vel viderẽt. ¶ Quarto sic. Ipsi dicũt q deus potest imponere nomen essentie sue etiã vt infinita est z immẽsa: sed planum est q quodlibet nomẽ finitũ est: ergo finituꝫ repsentat z significat infinitũ/z scm̃ rationẽ proprie immẽsitatis z immẽsitatis: ergo similiter licet visio beati sit finita: potest tñ distincte videre diuinã infinitatem/z sibi distincte nomen imponere. Perfecti⁹ em̃ potest intellectui beato repsentari infinitas diuina per actum visionis qui est quoddã signũ naturale q̃ per vnũ nomen impositum qũ est signum quoddã artificiale z ad placitũ respectu illius essentie. ¶ Secũdũ dubiũ est de hoc q dicũt q viatoꝛ nõ potest per signum vel nomen impositũ a beato aliquid intelligere. hoc em̃ videtur falsum: quia homo viatoꝛ potest sub eadẽ ratione sub qua vel secũdum quã beati vidẽt deum intelligere ipm deuꝫ licet nõ immediate z visiue sicut beati/z hoc naturaliter/ergo per idem signũ vel nomen per quod z beati impositũ a beatis consequẽtia patet. Antecedens probatur: quia scm̃ ipsos viatoꝛ cognouit aliquid proprium deo z intelligit aliquid de deo nõ solum priuatiue sed etiã positiue. Illud autem nõ est cõmune deo z creature: quia scm̃ ipsum nichil est cõmune deo z creature vniuoce. Et planum est q illud ꝓprium dei viderẽt beati z scm̃ eandẽ rationẽ ex parte obiecti/licet aliomodo q̃ ꝛc. Iteruꝫ etiã patet per aliud: quia de deo cõcipit viatoꝛ cõceptum quasi qualitatiuũ/sicut q est iustus sapiẽs ergo similiter quidditatiuum qz nomẽ noũ est qualitatiuum nisi in aliquo quidditatiuo. Ille autẽ est ꝓprius dei: quia nichil habet cuꝫ creatura/ q̃ ꝛc. Iterum etiam patet/quia scm̃ eandẽ rationem ex parte obiecti versatur fides z visio circa deũ/alias nõ succederet visio dei z similiter caritas: q̃ secundum eãdem rationẽ obiecti cognoscitur deus a viatoribus z beatis/z per cõsequẽs eisdem nominib⁹ licet impositis a beatis viatoꝛ potest vti. Et cõfirmatur quia angeli beati frequẽter locuti sunt sanctis viris vt patribus z prophetis z beate virgini per eadẽ nomina quibus vtũtur viatores z etiã angelus ad angelum posset vti vel vttur vel videtur. Ex quo patet q nõ est simile de ceco quia nullã habet noticiam de colore cõmunem cũ alio/sicut viatoꝛ habet noticiam cõmunẽ cum beato ex parte obiecti. Ido etiam patet vltimo/quia multa sunt nomina a deo reuelata que sunt communia z viatoribus et beatis.

2. ꝓbatio

¶ Dicitur ergo aliter ad istũ articulũ primo cũ aliis q deus potest seipsum nominare perfecte/ sicut z cõcipere vel intelligere. Secũdo q beati sicut z ipsuꝫ vidẽt z omnia intrinseca eius. Tertio de viatoribus dicitur q nominare deũ potest capt dupliciter. Uno modo imponẽdo nomen. Alio modo vtẽdo nomine imposito: z hoc vel sibi vel alteri loquẽdo. Primo modo dicitur q viatoꝛ potest nomen imponere deo/sicut etiam potest ipsum cognoscere: imperfecte tamen z nomẽ imperfecte ipsum repsentãs Qz autem possit nomẽ deo imponere licet non perfecte cognoscat ipm: ꝓbatur sic. Supposito q substantia per se ipsam nõ intelligatur a nobis/sꝫ per accidẽtia z ꝓbatur hoc: quia si subsãtia per seipsam vel ꝓpriam speciem suam distincte cognoscerẽtur a nobis: tũc posset sub accidẽtibus cognosci et percipi sua absentia z sua presentia/sicut sensus pcipit p̃sentiam vel absentiam sensibilis: hoc autem est falsum vt patet in sacramento eucharistie. Non em̃ naturaliter possum⁹ scire vel cognoscere q ibi nõ sit substãtia panis: quare ꝛc. Substãtiam ergo distincte nõ cognoscimus per seipꝰ/z tñ sibi possumus nomẽ aliquod distincte imponere: alioquin nõ possumus distincte ab accidẽtibus loqui de ipa quod est falsum: ergo aliquid potest a nobis intelligi sicut substãtie. Non plus em̃ de substãtia concipitur nisi q est ens sub accidẽtibus/q̃titate/z qualitate/z variabilibus circa ipsam/z tamen aliquid

Nomina re deũ dupliciter capitur.

tale determinate vocamus lignū/vel lapidem ꝛc.ꝛ nominamus distincte illud qđ indistincte erat cognitū. Sic in proposito vt dicūt de viatore nomināndo deum. Et ponitur exemplus si veniat grecus ad me qui nō nouit grecum/ꝛ dicat michi va nobis literas vel caracteres ad exprimēdum grecum nostrum possum sibi imponere quoscꝫ caracteres vel quāquā literam vel literas ad exprimēdum grecus suum licet nō nouerim grecū. Si autem accipiatur nominare deum pro vti nominib⁹ impositis:sic dicitur q viator potest deuꝫ nominare/sicut patet ex pluribus locis scripture ꝛ nō solum vtendo sibi talibus nominibus:sed etiam ad alterū et nominare deum distinctū:licet nō possit intelligere ipsum distincte:nec ẽ̄tum ad aliquē conceptum proprium sibi:quia ille esset simplex nō cōtrahibilis nec determinabilis:cū deus nō sit in genere/ꝛ ita posset per talem cōceptum simplicē distinguere deum a non deo/quod tamen nullus experitur:quia licet distinguat deum a non deo hoc non est nisi aggregando multos cōceptus simul ꝛ multos alios remouēdo.

1.dubius 5.2.opi. ¶ Hec est alia positio ꝓtra quā etiā sunt multa dubia sicut contra aliam. Quātum ad hoc est dubium q substātia distincte per seipsam vel per ꝓpriam speciem non cognoscatur sed tm̄ per accidētia:quia tunc nō aliter nec magis distincte intelligit̄ per seipsam substantia ẽ̄ sentitur. Sentitur autē per accidēs ꝙ sua accidētia:ꝛ sic etiā sentitur q ad noticiā eius sensus nō attingit vt patet:ergo nec intellectus attinget ad substantiā/sicut nec sensus:hoc est falsum:g ꝛc. Dices q immo tm̄ per ipsa accidētia vel ꝙ species ipsorum accidētium. Contra aut per species accidētium in processu habet aliquid ꝛ attingit de substantia ꝛ distincte aut non. Si sic hoc est contra te quia saltem substātiam cognoscim⁹ distincte quoquo pacto. Si nichil distincte/ergo per quecūqꝫ accidētia habemus idem ꝛ attingit intellectus idem de quacūqꝫ substantia:ita q non intelligit hāc substātiam vel illam/nisi quātum ad aliquid in quo cōueniunt in cōmuni ꝛ ꝓfuse:ꝛ ita nunqꝫ intellectus determinate diffiniet aliquā substātiam qđ est falsum. Scđo sic. Ad illud significādum nō imponit aliquis intellectus nomen qđ nō intelligit aliquo modo/ergo ad significādum distincte nō imponit nomen qđ nō intelligit distincte sed scđm te intellectus noster distincte nominat substātiam:g distincte cognoscit ipsam. Preterea etiam si illa ratio esset bona q nō intelligimus distincte substantiā qz nō cognoscimus p̄ sentiam eius vel absentiā/sequeretur pari ratione q fantasia nichil extrinsecū distincte fantasiaret/quia non cognoscit presentiam eius realē vel absentiā nec spectat ad ipsam. Eque essū distincte fantasiaꝫ non p̄ sens sicut presens:cōsequēs autē est falsum:g ꝛc. Preterea de⁹ potest facere duo alba penitus similia in eodē loco vel etiā transferre vnū de eodē loco subito in instāti ꝛ ponere ibidem aliud/ꝛ planū est q sensus non distinguet inter ambo nec cognoscet presentiam vel absentiam alterius/sed putabit videṡ q ibi sit ides ꝛ vnū corpus ꝛ idem semꝑ presens ẽ̄tumcūqꝫ succedāt sibi/ergo sensus scđm istam rationē non cognoscit distincte albedinē hoc est falsum:ergo illa ratio nichil valet. ¶ Scđo est dubium quantū ad hoc q intellectus imponit distincta nomina substātie puta lignum vel lapis vel aliquid huiusmodi/ꝛ tm̄ nō intelligit. Contra nō aliud intelligitur/ꝛ significare intrēdit nec aliquo modo/ergo si nō intelligit substātiam distincte nō intrēdit eam significare distincte hoc est falsum ꝛc. Scđo sic. Aut ista noīa lignū vel lapis ꝛ huiusmodi significāt aliqua distincta ꝛ distincte/aut significāt aliquid indistinctum et indistincte:aut aliqua distincta indistincte:aut aliqua indistincta distincte. Si primo modo habeo q ipo nēs intelligit illa distincte:quia q significēt nō habēt nisi ex impositione intelligētis. Si scđo modo ergo sunt plusqꝫ nomina sinonima quia significāt idem ꝛ eodē modo saltem sunt sinonima/qđ est falsum. Si tertio modo(de quo magis videt)hoc nō potest dici quia significare plura indistincte nō videtur nisi vel vniuoce vel equiuoce vel analogice: In vniuocis vnio se tenet ex parte rei ꝛ nominis. In equiuocis ex pte nominis. In analogis ex parte habitudinis ꝛ imitatiōis vnius ab altero/ꝛ semper in omnibus istis est vnitas nominis(vt ptz)ſz in istis nō est vnitas nominis. Si quarto modo ergo cū ista nomina significēt distincte intelligit̄ saltē indistinctū distincte. Similiter etiā nec ille substātie significate sunt indistincte in genere/non sic autē significātur per ista nomina vt ptz. ¶ Tertio sic. 4.metha. nomen significat rationē rei cū ergo nomē hominis vel assni sit nomē speciei significat rationē rei specificam ꝛ distinctam ab alia ꝛ distincte ab alia specie vel ratione eius/licet nō indistincte in se sicut diffinitio:ergo sic intelligitur per ipsam substātia per imponētem distincte. Unde dico q nunqꝫ possem imponere aliquod nomē ad significādum aliquid distincte nisi intelligerem ipm̄ distincte. Unde exemplū ipsorum patet falsum de illo greco veniente ad vnū qui nō nouit grecū ꝛ imponēte sibi caracteres ad grecum exprimēdū/quia dico q impossibile est q imponat. ¶ Ad tertium dictū/est dubium de hoc qđ dicit q nullū conceptum simplicē ex parte obiecti ꝛ deo ꝓprium habemus de deo:dico q nō est verum sicut dictus est supra distinctione tertia.nec sequitur ꝓpter hoc q per vnum conceptum simplicē possimus distingue re deum a nō deo propter perfectionem nostri modi ꝛ actus intelligendi.

4.meta.

3.3.dictū 2.opi.

opi.doct.

C Modo restat p̄bare de aliquibus attributis in speciali z arguo primo sic. Impossibile est cōtra dictoria verificari de eodem respectu eiusdez z secundum idem/ alias falsificatur primū principiuz/ sed de deo respectu mali culpe verificantur intelligere z nō velle ex natura rei. Si ergo intelligere z velle sint totaliter idem z nō distinguuntur ex natura rei/ (sicut tu dicis) sequitur q de eodem respectu eiusdem mali culpe verificantur cōtradictoria scz intelligere z nō intelligere/ velle z nō velle/ simul z secūdum idem/ qz secūdum eandem potētiam ex natura rei intellectus z voluntas. Dicit ad hoc q quādo est aliquod illimitatū vel infinitū cōtinens aliqua plura perfectionaliter oīa possunt verificari de illo q̄cunq̄ de illis dū tamen nō dicant imperfectionem/ z ideo sicut due potentie limitate sicut intellectus z voluntas per act⁹ diuersos z distinctos possunt intelligere z nō velle aliquid/ qz vna intelliget z alia non volet / ita vna essentia vel potētia limitata diuina eodem actu totaliter distincto potest dici intelligere aliq̄d z nō velle intelligere illō quod vt cōparat ad intellectū quē continet/ z nolle vel nō velle vt compatur ad bonitatez. C Contra istam solutionē primo sic, non minus est principiū in ente illimitato vel infinito puta in deo siue continēte q alia q̄ in ente limitato z finito quod cōtinetur. Sed de ente limitato z finito est impossibile q idē actus totaliter indistinctus ex natura rei affirmetur vel negetur simul z semel de ipso/ z respectu eiusdem obiecti/ z secūdum idē/ z hoc virtute primi p̄ncipij de quolibz affirmatio z̄c. siue etiā predicatum dicat perfectionē siue nō/ ergo eq̄ impossibile est hoc de ente infinito z illimitato. Cum ergo deus intelligat mala ex natura rei/ z simul nō velit malū qz esset malus / sequitur q intelligere z velle nō sunt totaliter vnus actus. Preterea scōo quia licet deus contineat perfectiones creatas puta intellectum z voluntatez creatam virtualiter z perfectionaliter z eminēter secūdum quas nō potest dici velle vel intelligere totaliter/ qz pari rōne posset dici peccare/ nō tamen cōtinet perfectiones suas intrinsecas secūdum quas dicitur intelligere vel velle non formaliter sicut dictuz est z probatū. Preterea etiam dato q per cōparationē fantasie tue ad ista extrinseca dicas deum intellegere malū. Non tamē obstat quin secūdum rei veritatem de⁹ velit ita mala sicut intelligit mala. Ex quo intelligere z velle sunt totaliter idē ex natura rei. Preterea etiam ex quo sunt idē totaliter sunt idē ex natura rei qz ad quodcūq̄ comparatur vnum z reliquum z per cōsequēs ḡcunq̄ denominatiōem habet vnum ex sui cōparatione z reliquū z quicquid est obiectum vel cōnotatum vnius ipīm est vel esse potest p̄notatum alterius siue ex natura rei siue ex cōparatiōe intellectus. Ex quo ēm secūdum te intelligere z velle tāta vnitate sunt vnum in re sicut intelligere z etiam intellectus z voluntas sicut intellectus: qz quicq̄d est obiectū vnius z alterius in re/ z ita quod est intellectū est volitum a deo hoc est falsum. ergo z̄c. C Secūdo arguo sic de intelle

Rones p̄bantes peculiarter de aliquib⁹ attributis.

Solutio p̄cedē. rōnis.

Ad p̄cede. solutiones

De intellectu z voluntate.

Anselm⁹ 2 Monologion. 15.

Anselm⁹ 5. de tri.

2. opi. de distictiōe diuinoz attributo rum.

potentia que non potest se terminare ex natura rei ad illud obiectum libere nec contingenter hoc ptz quia alias de eodem verificantur simul cōtradicto ria ⁊ secūdum idem ex natura rei/⁊ sic perit ois distinctio ⁊ omnis scientia: sed voluntas in diuinis potest se determinare libere ⁊ contingenter ad alteram partem ⁊ contingenter aduersāz que est obiectum ad finem vel respectu obiecti quod est ad finem vt patet/qz nullū contingēs vt dicit non vult contingenter ⁊ libere/liberior eīm est voluntas diuina ꝙ creata. Similiter etiam si nō posset se determinare ad nullū posset determiari. Similiter etiā si est totaliter cum intellectu: ⁊ bonitas non potest se determinare nec intellectus poterit eam determinare. Intellectus aūt nō potest sei ꝑz ex natura rei ad obiectum determinare/ quia nulla potentia naturalis potest se determinare ad aliquid eorum quod equaliter se habent ad ipam: quia pari ratione quare se determinaret ad vnum ⁊ ad aliud/⁊ ita simul ad oppositā: ⁊ ideo Aristoteles nono methaphisice dicit ꝙ necessario ad talez determinationē requiritur appetitus/vel pro heresi intellectus/ aut sicut suppositio ad presens vbicūz sit est potentia mere naturalis non libera. igitur ⁊c. ¶Tertio sic ad idem quozūcunz principiorum modi agēdi ꝓprij non possunt coincidere in idem vel in eundem modum nec etiam principia ipa in idem principiū ex natura rei. Tum qz secūdum me modus agendi secūdum ꝙ teneat se ex parte principij nō dicit aliquid positiuum vltra principium. Tum quia si diceret aliquid tiī non separatum a principio nec principium ab ipo/sed modus agendi nature seu intellectus ⁊ voluntatis nō possunt coincidere in eundē modum principiandi vel agendi/ qz modus agēdi nature est modus agendi naturaliter ⁊ necessario quantum est ex parte sui ⁊ ex toto impetu ⁊ conatu suo respectu cuiuscūz obiecti. Modus aūt agēdi voluntatis respectu obiecti ad finem qui nō habet necessariam cōnexionem ad finem est agere cōtingenter ⁊ libere: ꝙ istī modi in eodem principio non possunt cōcurrere / qz tunc aliquid posset esse ꝓductum naturaliter seu necessario ⁊ libere ⁊ contingenter ab eodem principio: quod est impossibile. ergo ⁊c. Dices forte ꝙ agere necessario est proprius modus agendi nature vbi natura distinguitur absolute/nō autem vbi concurrit interdum / ꝙ ibi nō est proprius modus voluntatis sicut nature vel etiam agere contingenter ⁊ libere ita proprius nature sicut voluntatis. ¶Contra accipio naturam ⁊ voluntatem in communi modo tunc arguo quicūz proprius modus agendi est nature mod⁹ agendi necessario ⁊ naturaliter/sicut volūtate agere libere ⁊ cōtingenter respectu eozum que sunt ad finem ideo habent rectam habitudinem ad finem: Sed voluntas vbicūz inuentatur seruat modum proprium siue sit voluntas creata siue diuina ergo ⁊ natura. Similiter enim plus videtur ꝙ natura posset trahi a modo suo ad modum voluntatis ꝙ econuerso/cum ipa natura prior sit volūtate. Preterea etiam nō magis differunt volūtas diuina ꝙ voluntas creata seruāt eīm quelibet modū suū agēdi libere ⁊ contingenter respectu eozū que sunt ad finem: ergo similiter ille seruāt modum agendi naturaliter ⁊ necessario respectu cuiuscunz subiecti. Preterea etiam cōfirmatur ratio predicta quia si naturale est idem cum voluntate ergo modus agēdi cum modo/ergo agere naturaliter erit ido ꝙ agere voluntarie/⁊ econuerso: sed mundus creatus est voluntarie: ergo naturaliter ⁊ de necessitate nature quod est hereticum. ¶Quarto sic. Principius productiuum eiusdem rationis (existens productiuum inꝙ plurium eiusdem ratiōis) nō terminatur ex se ad certam multitudinē productorum: ꝙ sicut ex se potest in plura ⁊ ita in infinita/hoc in omnib⁹ principijs ꝓductiuis siue vniuocis siue equiuocis Patet. Idem calor formaliter potest esse ꝓncipiū ꝓductiuum infinitorum calorum/sicut vni⁹ vel duorum vel trium saltem successiue. Similiter patz de sole ⁊ omnibus alijs a deo. Est eīm ꝓsitio ista frequenter superius dicta ꝙ nichil eiusdem rōnis existens se habēs ad aliqua plura eiusdem ratiōis est determinatum ex se ad certam multitudinē ipsorū ⁊ patet hoc de principio qz sicut vnū productū nō est ita adequatum virtuti sue quin possit aliud producere: ita nec duo quin possit tertiuz/nec similiter tria quin possit in quartum/⁊ sic in infinitum saltē successiue. Si igitur essentia diuina eiusdem rōnis realis existēs (quia ad hoc nichil faceret diffinitio rationis sicut dictum est supra) est immediatum principium productiuum plurium suppositorū diuinorum eiusdem rōnis in diuinis sicut dicis: seqretur ꝙ ex se non sit determinata ad certam multitudinez suppositozum: ꝙ sicut sunt duo ita possunt esse infinita suppositta producta in diuinis: ⁊ si ptz esse sunt actu: qz ibi esse possibile ad intra est necesse esse actu. ¶Contra istā rationez quartam nota difficultatem: qz cum obiectum quod est diuia eētia in ratione cōmuni obiecti cōcurrēdo cū potentia sit productiuum diuinarum personarū sub certa multitudine: tamē non oportet in obiecto ipovt obiectum: ponere distinctas potentias ꝓductiuas immo nec potentiam aliā distinctam ab eo ex natura rei: quia prius oporteret distinguere ꝓncipium productiuum se tenēs ex parte potentie ⁊ sic sunt necessario due potētie ꝓductiue distincte abinuicē ⁊ ꝙ ois ab eētia ⁊ natura rei. Jta eīm vt sufficere vna potētia ⁊ idistincta ex parte principij q̄ sicut ex parte obiecti. ¶Ad quod dicūt aliqui ꝙ etiā in ratione obiecti ⁊ vt distincta ab intellectu ⁊ volūtate nō est productiua psonarum: tūc eīm oportet ponere relationes correspondētes/⁊ essent in diuinis plures paternitates quarum vna fundaret sup essentiam vt obiectū: ⁊ alia supra intellectum vel potētiam actiuā. Similiter de spiratione actiua ⁊ ita falsum est qđ sumit. ¶Aliter dicerē ꝙ licet obiectum seu essentia sit productiua per modū obiecti: nunqꝫ tīī vt cōcurrit cū diuersis potētijs/⁊ ita non requirit alia distinctio potētiarum ꝫ que ponit in ipsa/que cōueniat sibi vt obiectū est: quod tīī oportet necessario si ipa in ratione obiecti sufficeret ad productionē personarum nō ꝓcurrēdo cū potētijs distinctis que ponūtur: si cū intellectu ⁊ voluntate Dices ꝙ licet essentia diuina cum sit eiusdē rationis ⁊ nō sit ex se determinata ad dualitatē suppositozum productorum determinatur tīī per aliquid vel per aliqua/puta per relationes seu productiones actiuas vel passiuas/vel per suppositta producētia que sunt duo tīī/quozum vnum est ab alio et tertiū suppositum ē ab ambobus. ¶Contra ꝙ nō determinatur per suppositum vnum vel duo. Pt⁹ quia suppositum habetia principio ꝙ possit in plura/vel ꝙ ad aliqua se extendat nō ecōuerso. Qz nō a relatione patz: qz relatio nō spectat ad principiū nisi sicut cōditio suppositi agentis q̄ nō potest determinare principiū/vt dictum est supra. Preterea etiam quia relatio citius accipit suā determinationē ex fundamēto vel principio ꝫ ecōuerso yot pz Qz non a terminis vel productionibus passiuis patet: qz cum sint posteriozes necessario presupponūt determinationē in principio. Qz nō ꝙ productiōes actiuas patet per idem sicut de relatiōibus ex parte producentium. Patet etiam ex alto/qz necessario ⁊ naturaliter ⁊ simul cum multiplicantur ipsis productionibus passiuis: ergo nō plus determinātur ille. Preterea pari ratione diceretur ꝙ quarta persona esset a tribus/ ⁊ quinta a quatuor: ⁊ sic in infinitū: sicut ⁊ dicis michi ꝙ vna est ab vna/ ⁊ tertia a duabus: sed principium est eiusdem: ergo non valet illa solutio. ¶Alius dicit ad istā rationē ꝙ ipsa non cōcludit nec est alicuius valoris. Primo quia si ratio concluderet/ꝛcluderet ꝙ essentia diuina hēret esse plura ꝓncipia alterī⁹ rōnis ad hoc vt determinate esset principium plurium ꝓductoruz eiusdem rōnis sub certa multitudine/puta duoruz sequentium: qz sicut in creaturis ꝓducta per ꝓncipia alterius rationis non sunt eiusdem rōnis/puta ꝓductiuū per naturam ⁊ voluntatem/ita sequeretur ꝙ diuina suppositta vel ꝓducta nō essent eiusdem rationis/cuius oppositum ratio presupponit in maiori/⁊ ita destruit seipam ex apparentibus. ¶Secūdo nō valet qz ipa est cōtra fidem/⁊ etiam talia argumēta de isto patet qz maior est de apparentibus scilicet ista/nullum principium ꝓductiū plurium eiusdem rōnis existēs est determinatū ex se ad certam multitudinem productorum: vnde ꝛp inductionem ꝓbatur: illa minor est ex fide/scilicet ista essentia diuina in ratione principij ꝓductiui est determinata ⁊ ad certam multitudinem productorum puta ad dualitatem/ergo non est principiū productiuum ipsorum per eandem formalitatē. ergo ⁊c. Si argumētum est bonum sequeretur ꝙ ex oppositto cōclusionis cū altera premissarū possum inferre oppositum alterius secūdum Aristotelem. primo priorum. Accipio ergo oppositus huius cōclusionis scilicet istam /essentia diuina eiusdem rationis est principium productiuum personarū diuinarum/que est magis apparēs vel eque ex apparentibus sicut maior: quia per ipam cōcedūtur plures: qz cōmuniter oēs ⁊ theologi ⁊ philosophi ponunt in deo vnam formalitatem ⁊ vnam actualitatem. Jungatur ergo ista cum maiore que est ex apparentibus cum ista: sequeretur oppositum alteri⁹ contra eam: vnde dicendo si nullum principiū ꝓductiuum plurium eiusdem rationis secundum eā dem formalitatem est productiuus duorum suppositorum eiusdem rationis ergo nō est tīī productiuum duorum suppositorum determinate. nec ē determinatum ad certam multitudinem/quod est hereticum ⁊ cōtra minorem acceptum ex fide: ⁊ tamē tantum valet istud argumētum sicut primū: imo si primū valet istud necessario valet. ¶Tertio nōvalet ratio qz nichil ponitur in maiore ꝫtum ad hoc ꝙ subiectum potest esse per se causa predicati: vel sequitur oppositum cōclusionis. Tria enim sunt in maiore scilicet principium productiuū plurium eiusdem rationis secūdum eandem formalitatē ꝫ nullum istorum est causa predicati puta indeterminationis productorum secūdum multitudinē. Qz nō primū patet: qz pater in diuinis est principium productiuum/⁊ tamē non nisi duozum ꝓductorum determinate. Qz non tertium patet/qz sol per vnicam virtutem suam formaliter facit in medio lucem/ et per calorem ⁊ per alias species in materia secūdus determinatam multitudinem: qz species a sole producibiles nō procedūt in infinitū. Relinquas ergo ꝙ secundum sit causa scilicet istorū ꝓductorū plurium eiusdem rationis/ sicut etiam probatur in diuendo. Cum igitur causa ideterminatiōis ad certam multitudinem productionum vel ꝓductorum sit pluralitas ꝓductionum eiusdē rationis/vel cōtrarietas productorum plurīū rōnis: ideo vna formalitas ex parte producentis ex certa pluralitate productorūnon determinat inferri pluralitas formalitatum vel rationum in principio productiuo/ sed magis in productis: quia semper maior est vnitas in principijs ꝫ in principiatis: nō enim a multis vnum sed multa ab vno. ¶Dicit ergo iste ꝙ illa ratio nō concludit sed aliunde accipitur certitudo multitudinis suppositozum ꝫ ex pluralitate formalitatum puta ex dualitate ⁊ certa multitudine emanationum que determinate cōueniunt diuine essentie/⁊ quas diuina eētia sibi determinat: ⁊ tantum duas/sicut eadem substātia aīe determinat sibi duas potentias sup oēs/ scilicet intellectum ⁊ voluntatem secūdum ponētes ꝙ potentie aīe differunt ab essentia eius essentialiter ⁊ in ordine quodam: qz primo intellectum secūdo voluntatem: sic essentia diuina hanc ꝓductionem vel emanationē primo ⁊ illam secūdo. Et hee emanationes sunt alterius rationis ⁊ quelibet adequatur ꝙ vnum ꝓductium: ⁊ ita secūdum emanationes accipitur dualitas ꝓductozum/qz ibi non differt productio vel emanatio ⁊ ꝓductum vel emanās. Etiam si dicat ꝙ ab vno nō procedit nisi vnum: dicitur ꝙ verum est immediate: sed bene plura ordine quodam. Ad formam vero rationis dicit ꝙ maior est vera quando principium productiuum plurium eiusdem rationis est ꝓductiuū eozum per productiones eiusdem rationis /sicut est etiam in creaturis ⁊ adducitur in exemplis ad ꝓbādum illā: sed sic nō est in diuinis/⁊ ideo vniuersaliter nō est vera: ⁊ tūc ad minorem in diuinis licet filius ⁊ spūssanctus sint suppositta eiusdem rationis/ non tamē ꝓducūtur ꝓductionibus eiusdem rationis: ideo possunt producere ⁊ ꝓducuntur in multitudine determinata ipsarum productionum que sunt alterius rationis. Aliter dicunt ꝙ potest dici ad minorem ꝙ filius ⁊ spūssanctus sunt eiusdem rationis inꝫtum sunt vni⁹ deus ⁊ inꝫtum ens/nō tamen inꝫtum ꝓduci sicut nec inꝫtum persoue/ꝫ vt sic alterius ⁊ alterius rationis: quia ꝓductum nō est formaliter productum nec constitutum esse per productionem passiuam q̄ est ipa sua relatio/⁊ est alterius rationis a relatione ⁊ ꝓductione alterius. Jdeo non est vera minor sicut posuit/⁊ dato ꝙ sit vera adhuc ratio nō concludit sed est periculosa ⁊ potest verti ꝓra fidem.

Alia solutio ꝓcedentiū instantiarū

Resolutio ꝓcedentiū solutiōis

Aduerte instātias ꝑ 4. rōnem.

Solu⁹ 1.

Solu. 2.

Obie. circa predicta.

¶Contra ista dico primo ꝙ prima instantia ꝓtra rationem est nulla/nō enim oportz ꝙ ratio arguat distinctionem formalē principiorum in essentia ꝙ propter hoc ꝓducta sint alterius ⁊ alterius rōnis/

Addēs de 4. rōne ⁊ istātijs ꝑ ipsam.

etiam in diuinis si manēt eiusdem essentie ⁊ eiusdē rationis sicut dictum est supra/ sunt enim vniuoce ꝓducta .Quādo dicis ꝙ in creaturis illa que ꝓducuntur per diuersa principia formalia sunt alterius ⁊ alterius rationis. Dico ꝙ nō est verum vniuersaliter/sicut patet de calore producto a sole ⁊ a calore/⁊ de mure generato per putrefactionem ⁊ ꝓpagationem. Unde sicut dixi supra eadem natura vel suppositā eiusdem nature possunt habere diuersa principia productiua / ita ꝙ vnius nature possunt haberi plures modi cōmunicandi ⁊ plura principia distincta secūdum speciem/ nō solū quorum quodlibet agat per modum nature sicut in exēplis adductis/ ⁊ quorum vnum sit voluntas ⁊ aliud sit natura vt de homine asino :generato homo cum homine asinus cū asino. Et licet productiones distinguantur ⁊ sint alterius rationis/tamē producta possunt esse eiusdem rōnis/ precipue in natura diuina illimitata sicut dictum est. Unde dico ꝙ licet dictum Cōmentatoris octauo phisicorum ꝙ vnius nature nō est vnus modus cōmunicandi/nō sit verum:sed sunt distincta principia sicut est in ꝓposito secūdum me/in diuinis tamē suū dictum est verum si nō ponuntur principia alterius rationis:sed tantum vnius rationis .Ita ꝙ vnū principiū eiusdem rationis nunq̄ cōmunicat naturam vnam nisi vno modo/⁊ secūdum ꝓductionē vnius rōnis ego retorqueo argumētum ꝓ ⁊ contra te ꝙ si principiū vtriusq̄ productionis diuine est eiusdem rationis/⁊ per consequēs ꝙ ꝓducta/ quod tamen negas de ꝓductionibus/⁊ concedis de productis. Ego autē qui pono distinctionem in principio possum ponere productiones alterius rationis/⁊ cū hoc ꝓducta eiusdem rationis:qz habent eandem naturam ⁊ eiusdē rationis/⁊ suppositā eiusdem nature.

Cōtra secūdam instātiam

¶ Contra secūdam instātiam dico ꝙ ipa est nulla quia si negatur argumētum illud quod adducitur contra fidem sicut dicit instātia. ℣Probo tibi de argumento vno de quo negari non potest quin sit bonum apud fideles/⁊ ꝙ ipm sit ꝓtra fidem: imo breuiter de omnibus argumentis in quibus accipiuntur alique premisse de fide:accipiam⁹ istud in quacunq̄ natura sunt tres persone realiter distincte ꝓ relatiōes/in ea sunt tres relatiōes realiter distincte: qz distincta nō plus distinguunt q̄ distinctiua:sed ī natura diuia sunt tres persone realiter distincte ꝓ relationes accipiatur ista ex fide/ ergo sequitur ꝙ in diuinis sunt relationes realiter distincte:quia distincta nō plus distinguntur. Istud est argumētum ligans obiectiue fidelem quia statim negaret personam quin concederet minorem/licet non valeret Accipio oppositum cōclusionis scilicet illud in diuina natura nō sunt tres relationes realiter distincte que magis est apparens vel ex apparētibus q̄ sibi opposita : quia philosophi qui secuti sunt apparentiam secūdum te prius cōcessissent eam q̄ cōclusionem oppositam vt ptz intuēti:cōclusio autez non est ex apparentibus/sed bene ex fide. Tū iungatur ista cum altera premissarum/puta cū illa maiore que est manifesta ⁊ quā nullus pōt negare rōnabiliter:sequitur oppositum minoris cōtra fidem: arguēdo sic ī quarto secūde in omni natura in qua sunt tria suppositā distincta realiter per relatiōes sunt tres relationes realiter. Sed in natura diuia non sunt tres relationes realiter distincte / ergo in natura diuina non sunt tres persone realiter ꝓ relationes distincte.q.ꝫ.t. Similiter de multis alijs synonimis/quos dimitto grutia breuitatis. ¶ Et ideo dico ad formam istantie quādo accipis oppositum conclusionis si ista essentia diuina ꝓ eandem formalitatem est productiua personarum diuinarū ⁊ dicis ꝙ ipa est ex apparentibus vtrum veris vel falsis/vel nō ex apparentibus veris declaratuz est supra per Cōmentatorem/⁊ si ex falsis nichil valz Quero a te de quibus apparentibus loqueris/aut de apparentibus per rationē naturalem ⁊ isto modo nō est illa apparens : quia tunc ꝓductio diuina intrinseca haberetur per rationem naturalē:aut ex apparentibus per theologiam ⁊ de apparentibus theologorum ⁊ fidelium/⁊ sic dico ꝙ illa nō est apparens nec ex apparentibus sicut nec est vera:imo est falsa:quia tibi apparet ⁊ illis quos tu sequeris sicut ⁊ multa alia falsa videren̄ ⁊ apparerent esse vera/⁊ non sunt/⁊ tūc dico ꝙ ille syllogismus quē tu facis nichil valet/qz peccat in materia nec habz minorem ex apparentibus sicut tu dicis:stat prim⁹ syllogismus bonus ꝓ fide ⁊ veritate. ¶ Contra tertiaz instantiā tertiam instantiam dico ꝙ totum subiectum per se est causa predicati in maiore illius s/nō alterum tm̄ nec secūdum nec tertium sicut tu inducis ⁊ frustra. Et dico ꝙ hoc totum si principium productiuū secundum eandem rōnem formalem plurium eiusdē rationis/hoc totum subiectum est causa indeterminationis talis ꝓncipij vel ratio argutitia sufficiēs illius predicati quod est indeterminatio eius talis principij secūdum se ad certam multitudinez ꝓductorum. Et dico ꝙ semper vbicūq̄ inueneris tale subiectum inuenies tale predicatum sine aliqua instantia/⁊ ideo nichil valet inductio tua personarum diuisim in partibus subiecti/ sicut nec sic inducens in partibus hominis integrabilibus vicendo pes non est risibilis / caput non est risibile / ⁊ sic de alijs:ergo homo nō est risibilis. Et est fallacia manifesta. Similiter nichil valet Anima nō est risibilis/corpus nō est risibile:ergo nō totus homo: licz enim secūdum te totus homo nō dicat nisi corpus ⁊ animā simul. Quādo ergo dicis vltra ꝙ determinatio certe multitudinis vel principij ad certā multitudinem ꝓductorum debet reduci ad emanationes. Dico ꝙ hoc est falsuz qz nec ex productionib⁹ actuis nec ex passuis potest accipi determinatio ista sicut ꝓbatum est. ¶ Contra primam respōsionem ad hanc principalem rationem. Quādo dicis ad formam articuli ꝙ maior ꝓpositio non est vera nisi quādo productiones sunt eiusdem rationis ab eodem principio productiuo. Dico ꝙ siue ꝓductiones sint eiusdem rationis siue nō:nō tñ principium est eiusdem rōnis/⁊ etiam ꝓducta. Maior est vera Secūdo dico ꝙ si principia sint eiusdem rationis/ ⁊ ꝓducta sunt eiudem rationis sicut ptz inducēdo in omnibus productiōibus de mundo. ita ꝙ tu qñ dicis ꝙ principium est eiusdem rationis ⁊ etiā producta/⁊ cum hoc dicis ꝙ ꝓductiones sunt alterius ⁊ alterius implicans cōtradictionem/qz dicis etiā ex alio latere ꝙ productones saltē passiue sunt idē cum ꝓductis/ ⁊ etiam productiones nō distinguūtur nisi ex principijs/terminis/vel modi principiandi/vbi aūt vnum principium ibi tantum vnus modus principiandi/⁊ ideo nō valet Quādo dicis vltra ad minorem ꝙ filius ⁊ spirituſsanctus nō sunt eiusdem rationis est falsum:qz sunt suppositā eiusdem nature/⁊ secūdum te saltem terminus formalis vtriusq̄ productionis a quo debet accipi scōm te alibi vnitas vel distinctio ratiōis ⁊ secūdum rei veritatem/si hoc accipiatur a termio terminus est eiusdem rationis puta essentia ⁊ manent producta eiusdem rationis : a terminis em̄ talibus vtpote a personis nō potest supponi distinctio ꝓductionuz passiuarum originaliter:qz ipe includūtur intrinsece in ipsis personis:sicut etiam nec a principio tali ꝓductiuo potest sumi distinctio paternitatis vel generationis actiue a qua cūq̄ alia:qz ⁊ ipa includitur in ipso pertinēs intrinsece ad ipm. Oportet igitur ꝙ aliunde sicut dicek in presenti questione. Quādo dicek ꝙ verum est in q̄tum entia ⁊ habentia naturā diuinā nō autem in q̄tum producti qz sic cōcludit productiones que sunt alterius rōnis. Dico ꝙ nō valet. Nam cū iste ꝓductiones passiue non sint nisi relationes cōstitutiue personarum ꝓductarum/⁊ sint conditiones suppositorum etiam secūdum te/nunq̄ tollit ab eis ꝙ nō sint (simpliciter loquēdo) suppositā eiusdem rationis :sicut nec differentie indiuiduales tollunt ab indiuinis quin sint eiusdem rationis / ⁊ producta eiusdem rationis quando ꝓducuntur in creaturis sub eadem specie q̄tucunq̄ differentie indiuiduales sint alterius ⁊ alterius rationis/⁊ ideo dico ꝙ stat illa ratio in rohore suo/nec in aliquo ꝓditur per ꝓdicta:sed ista nullum principium ꝓductiuum eiusdem rationis existens eiusdez rōnis est determinatū ex se ad certam multitudinem productorum. Sed essentia diuina(secūdum alios)est principium ꝓductiuū plurium suppositorum eiusdem rōnis/ ergo nō est determinata ad dualitatem illorum/vel ipa determinatur per aliquid a se/quod est falsum sicut ꝓbatū est supra/vel scōm aliam ⁊ aliam rōnem formalem est productiua ꝓpozum/quod est verum. ¶ Scōo arguo sic ad cōclusionem suprādictā. Idem principium eiusdem ratiōis existēs non habet simul duo principiata sibi adequata simpliciter in perfectione/de eadem substantia. ℣Patet in omnibus principijs ⁊ principiatis siue vniuocis siue equiuocis. Etiam in sole de quo arguerūt alij Et ꝓbat per rationes quia principiū tale producit principiatū sibi simpliciter adequatū ex tota virtute principij/ ⁊ secūdum omnem rōnem ⁊ gradum actiuitatis in ipso/⁊ ideo nō remanet in ipo actiuitas ad aliquid aliud producendum vt videtur : qz adequaē sibi in eadem substantia. Alias etiam videtur ꝙ possent esse plures filij in diuinis/quia filius nō generaretur per ꝓductionē adequatam simpliciter ꝓncipio productiuo/saltem extensiue. ℣Patet hoc etiā quia sicut diuina potentia eadem vt est potētia operatiua/puta intellectiua vel volitiua/non potest habere duo obiecta prima sibi simpliciter adequata infra naturam diuinā siue in vna persona siue in duabus. Ita videtur ꝙ nec in q̄tum productiua puta dicitiua vel spiratiua nō possit habere duo producta sibi simpliciter adequata: sz filius ⁊ spūſsanct⁹ sunt duo producta quoz̄ qlibz adequatur simpliciter suo principio ꝓductiuo:alias alterum eēt imperfectum vel principium scilicet principiatum qđ est falsum:ergo impossibile est ꝙ ambo sint formaliter vnū principium productiuum. ¶ Ultimo sic. Impossibile est ꝙ illa ꝓducta quoz̄ qlibet adequat suum principium ꝓductiuū ⁊ intensiue ⁊ extensiue sint ab eodem principio formaliter: hoc patet de se:sed filius ⁊ spiritusſanctus sunt huiusmodi vt ptz. Qz intensiue patet ideo ꝓbo ꝙ extensiue/ ita ꝙ principium filij nō potest se extendere ad aliquē amplius producēdum in diuinis. Qz em̄ multiplicantur principiata ab eodem principio in creaturis/vel hoc est quia principiata sunt alterius rōnis/vel quia si sint eiusdem rōnis / quodlibet tamē nō habet totam naturam secūdum quam sunt eiusdem rōnis. ℣Primum habet locum in productionibus equiuocis. Secūdum habet locuz in vniuocis Sed planum est ex suprādictis ꝙ filius ⁊ spūſsanctus sunt ꝓducta eiusdem rationis ⁊ quodlibz habet totam naturam illam ⁊ quasi sunt eiusdem rōnis.ergo ⁊c. Unde sicut calor ꝓductus haberet in se totam naturam caloris possibilem extra calorez producentem nunq̄ calor posset alium producere. Ita in ꝓposito dico ꝙ si tota natura diuina perfecte est in quolibet producto diuino/impossibile est ꝙ multiplicentur nisi a principijs alteri⁹ ⁊ alteri⁹ rationis nō a principio eiusdem rationis :ergo cōcludo ꝙ volūtas ⁊ intellectus in diuinis distingūtur formaliter ex natura rei/sicut dictum est supra. Et similiter de alijs attributis ⁊ nō solum a seinuicem:sed ab essentia. Ad idem potest adduci de ītellectu illa ratio que adducta fuit in precedenti questione contra modum cōmunem seu opinionem/qz intellectus non causat primam sui distinctionem a quocūq̄ alio ergo oportet ꝙ distinguantur primo a q̄cūq̄ alio ex natura rei. Aug. 5. de trin. ¶ Ad hoc adducuntur auctoritates. ℣Prima est Augustini quinto de trinitate. Ubi dicit q⁹ filius nō est spūſsanc⁹? nec ecō uerso quia filius precedeti qūo natus:spūſsanctus qūo datus:⁊ intentio sua est per totuz libz̄ q̄ fili⁹ procedit per modum nature ⁊ vt verbū:spirit⁹ aūt sanctus vt donum ⁊ vt amor a voluntate/ sed si intellectus ⁊ voluntas non essent distincta principia ex natura rei:ita bene spiritusſanctus procederet ꝓ modum intellectus sicut filius/⁊ ita esset verbū:et filius ita procederet a voluntate sicut spiritusſanctus:⁊ esset donum q̄tum esset ex natura rei ⁊ in re ad quod nichil valet illa cōparatio ad extra quam adducunt alij ad hoc soluendum/que nō est nisi aliquid rationis/que sunt falsa ⁊ cōtra Augustinum. Alius dicit ꝙ hoc nō valet:sed ꝙ verbum ⁊ filius dicant eandem relationem puta generationē passiuam vel filiationem ⁊ donū ⁊ spūſsanctus eandez/ puta processionē passionem que sunt oīno alterius rationis:⁊ possibiles eidem conuenire ideo filius est verbum/⁊ spūſsanctus est donuz. Fundanṫ aūt iste relationes super essentiam vnam ⁊ eandem formaliter in re:tamen prima magis fundatur sup eā vt est intellectus/⁊ alia super eā vt est voluntas:nō quia voluntas ⁊ ītellectus sint distincta principia ex natura rei:sed quia (vt subdit postea) entia vt fundatvel principiat primā dicitur a nobis intellectus/vt aūt alia dicitur volūtas. Et quādo arguitur cōtra.eos/ꝙ quādo aliqua sunt totaliter idem quicquid cōuenit vni ⁊ alteri ex natura rei: dicunt ꝙ verum est quicquid absolutū:sed non oportet ꝙ relatiuum: qz vnum simplex habet multas relationes/⁊ tunc diuersimode cōcipitur sm̄ ꝙ ad diuersa comparatur:modo ꝓducere filium ⁊ spiritum sanctum nō sunt absoluta sed respectiua. ideo ⁊c. ℣ ꝓducta.

Scōm argumētuz de precedē cōclusiōe

Ultimū.

¶ Ista dicta nichil valēt. Primo quia sunt falsa. Secūdo quia destruunt seipsa. Unde quādo dicis q filiatio vel generatio passiua ⁊ spiratio sunt diuerse pcessiones: dico q falsus est supposito q sint ab eodez principio sicut tu dicis/nisi forte secundū rationem/⁊ caput tuū: hoc pbatum est supra/ ideo accipitur falsum: ita q sint relationes alterius rationis necessario oportet eas reducere in principia alterius rationis suppositis predictis. ¶ Secūdo dico q destruūt seipa ⁊ implicāt cōtradictionem. Dicunt enim q prima relatio magis fundat supra essentiam vt est intellectus ⁊ secūda vt est volūtas ⁊ postea dicūt q intellectus ⁊ voluntas non distinguntur ex natura rei: aut ibi fundatur relatio pria supra essentiam vt res est/ vel aliquid ex natura rei aut vt dicitur aliquid tale ⁊ est ens rationis. Non secūdo quia realis relatio nunq̄ habet fundamentum ens rationis: ergo primo modo. Cum ergo prima fundetur supra essentiam vt intellectus: ⁊ secūda vt voluntas inter intellectum ⁊ voluntatem est aliqua distinctio ex natura rei/quod cōtradicit pn cipali suo dicto ⁊ cōclusioni principali. ¶ Tertio quādo dicūt q quādocunq̄ aliqua sunt idem totaliter ex natura rei nō quicquid cōuenit vni ⁊ ex natura rei cōuenit alteri/loquēdo de relatiuis. Contra quero a te cui alterū cōuenit quod dicis nō puenire illi/vel illis que sunt totaliter idem/aut nichilo. aut alicui alteri: non nichilo / ergo alicui alteri ex natura rei/qz non pōt cōuenire enti rōnis: ergo est ibi alterū ex natura rei/ quod tu negas. Preterea hoc plane est manifestum: quia certū est q relationes diuine eidem essentie ⁊ fundamento ueniunt Si ergo intellectus ⁊ voluntas ita sunt principiū ex natura rei sicut essentia est idem fundamentum/ quecunq̄ relatio vel productio ueniunt vni ita ⁊ alteri. Et patet per dictum suum sequens q id em simplex potest habere diuersas relationes ad multa ⁊ comparationes q̄ omnes idem simplici cōueniunt.

Aduerte ¶ Nota hic q maximum incōueniens est/nec pōt homo ad mai⁹ deduci q̄ dicere q aliqua sint totaliter idē in re causata vnitate qua idē sibiſpi/⁊ q aliquid in re cōueniat vni quod nō alteri: qz est affirmare ⁊ negare eidem de eodem: ⁊ est ponere cōtradictoria manifeste/⁊ hoc siue in finitis ⁊ limitatis/siue in ifinitis ⁊ illimitatz/ siue ī absolutis/siue in respectiuis: ⁊ melius esset ponere digitus super os sicut faciebat Eraclitus: nec esset cum talibus hominibus disputandum. Si dicas q deus ⁊ deitas sunt penitus idem in re/ ⁊ tamen vni conuenit generare ⁊ alteri non. Unde ista est vera deus generat vel generatur/nō autem ista diuinitas generat vel generatur. Similiter etiā volitio diuīa simplex ⁊ volitio efficax sunt penitus idē actus/ ⁊ tamen multa vult deus prima volitione que nō vult secunda. Similiter noticia visionis ⁊ noticia simplex quorum prima non se extendit ad aliqua ad q̄ se extendit secūda. Similiter ens ⁊ entitas/⁊ tamē ens de aliquo dicitur de quo nō est entitas. Similiter de multis alijs vt de homine ⁊ ente sunt penit⁹ idem(nō ponendo vnivocationē entis) ⁊ tamē ens predicatur de asino/⁊ cōuenit sibi: nō aūt hō: quare ⁊c. ¶ Dico ad omnia ista ⁊ cōsimilia q ego prius concederē oīa talia nō esse idez penitus/q̄ ego pcederē ꝺictoria scilicet q aliquid ueniat in re alicui ⁊ nō cōueniat alicui quod est penitus idem illi: ⁊ per consequens nō conueniat sibi ⁊ conuenīat. Unde dico q nunq̄ verificatur talis cōtradictio in aliquo predictorum: sed si sunt idem penitus et totaliter idem in re nullo modū penitus distincta/ oportet necessario q quicqd cōuenit vni illorum in re cōueniat alteri: licz forte impediatur predicatio talis propter diuersum modū significandi idē penitus in re: vel ꝓpter ꝓnotatū ab intellectu qd̄ pōt esse aliud ⁊ circa idem aliud vel respectu eius/⁊ cō notatur per intellectum sed cum modus significandi vel ꝓnotatio(cū nichil ponat in re/nec nichil tollat a re/nec variet rem) non potest facere quin in re quicqd cōuenit vni cōueniat alteri/quod est sibi totaliter idem) Cōueniat dico in re quicqd de modo significandi vel cōnotatione vel preostērātione intellect⁹ que nō potest variare. Quādo dicūt vltra q illa ꝓpositio vera est in absolutis ex se/sequitur de relatiuis quia relatiua vel potius relationes fūdantur in absolutis. Preterea etiam ex hoc sequitur q si intellectus ⁊ voluntas sunt totaliter idem sicut dicis q velle vt est aliquid absolutū ita bñ cōuenit intellectui sicut voluntati/⁊ itelligere ita bene voluntati sicut intellectui. Patet igitur q ista dicta sunt nulla. quare ⁊c. ¶ Secūda auctoritas ē Augustini cōtra Maximinū libro. 1. c. 9. vbi facit hoc argumentum. Si deus pater potest esse sapiēs iustus: bonus/⁊ sic de alijs sine ꝓpositione/(sicut cōcedebat Maximinus) q̄to magis dicit vnus deus simplex potest esse trinitas/qđ negat Maximinus Hoc aūt argumētum nullum est/si ille perfectiōes tm̄ distinguerentur secundum rationem videlicet. Vult ergo habere Augustinus q iste perfectiōes ⁊ trinitas sunt in deo ex natura rei/nec aliqđ istoꝝ facit cōpositiooem. Non em̄ perfectiones attributales que sunt in eodem supposito scām Maximinum/ergo nec persone multo min⁹ licet plus distinguantur: qz nō stant in vno supposito. Hec videtur mens Augustini. Ex quo patz q cōcludit auctoritas q attributa distinguanf aliter sicut ꝓsone trinitatis. ¶ Ad hoc ē auctoritas Damascēni libro primo capitulo octauo. Ubi dicit q generatio est opus nature/creatio vero est opus volūtatis. Modo quero cuius nature ⁊ volūtatis: aut que sunt in deo ex natura rei/aut per opus rōnis ⁊entia rationis: nō secūdo qz de⁹ nō generat nec creat per ens rationis sicut per principium agēdi quo/ergo prio modo: ergo de intentione Damasceni est q ⁊ter natura m ⁊ voluntatem est aliqua distinctio ex natura rei/alias si sunt totaliter idem nō distingunt generationem a creatione sicut intēdit q principia. Sz creatio ita bene est opus nature sicut generatio /et ita creatura producitur naturaliter sicut filius/ qđ est absurdum. ¶ Quarta est auctoritas Damascēni primo libro capitulo septimo/q̄ dicit q inter oīa nomina de deo qui est est nomē magis ꝓprium /qz esse diuinū ē pelagus substātie infinitū. Si igit eē non distinguitur oīno sed est omnino idē cū sapiētia quare est magis ꝓprium nomen q̄ sapientia. Est igitur proprium nomē per modū perfectiōis diuine non sicut totum est pars(ꝓprie loquēdo de parte ⁊ toto sicut dictum est supra) sed sicut perfectum suas perfectiones formales. Ad hoc idez est auctoritas allegata ad propositū in pncipio qōnis ⁊ hec sufficiant ad presens quia multe sunt alie.

Augus Maxi.

Damasc.

Idē.li.1.

Rosolu⁹ ¶ Dico igit q valde ꝓbabiliter loquēdo in multo ꝓbabilius q̄ alij pōt dici q perfectiones attributales distinguntur in deo ⁊ ab inuicem ⁊ ab essentia ex natura rei/eo modo quo dictum est supra. Hec de secundo articulo principali.

Nō sequntia ꝓ solutiōe rōnum aliorum.

¶ Quantum ad tertium ar/

ticulum premitto vnum ad solutionem rationum. q scilicet quecunq̄ distinguntur realiter distingūtur etiam formaliter ex natura rei realiter accipiēdo distinguere vel formaliter sicut est superius declaratum. Quecunq̄ em̄ realiter differūt/sicut realitas ⁊ res/realitas vel res ⁊ res quarum vna non transit ydēptice cū alia ex infinitate ambozum vel alterius/necessario sic se habent vt sint q vnum nō est de cōceptu quidditatiuo alterius per se primo ⁊ methaphisice loquēdo: nō aūt oportet q ecōuerso quecunq̄ distinguntur formaliter distinguantur etiam realiter/sicut realitas ⁊ realitas vel res ⁊ res ⁊c. Nam differre realiter vel distingui/addit super distingui formaliter vnam conditionem/scilicet q neutrum eorum que dicūtur differre sic actu immē sum ⁊ infinitum compossibile sibi in eodem supposito: quia si alterum ex sua ratione formali sit immē sum ⁊ infinitum necessario comprehendit realitatem alterius/ita q ambozum est realiter eadez rea litas / non tertia ab ambobus sicut dicetur infra / sed idem cum ambobus ⁊ idem q ipa. Si aūt neutrum sit infinitum similiter ⁊ imensuz/etiam ex sua formali ratione dico q sic distinguntur formaliter q etiam realiter distinguntur. ¶ Ex quo patet q inferre inter aliqua duo differentiam realez ex differentia vel distinctione fōrali ex natura rei est fallacia manifesta consequentis ab insufficiente. Similiter dico q est fallacia ſm qđ ad simpliciter inferendo distinctionē simpliciter ex distinctione ſm quid. ¶ Scōo apparet ex hoc q in creaturis quecunq̄ distinguūtur formaliter ex natura rei. distinguntur etiam realiter vel sicut realitas a ralitate/ vel sicut res a re non transeunte in aliam/qz in creaturis nichil est simpliciter infinitum ⁊ immensum. Unde ⁊ in creaturis dico q nulla est predicatio ꝓ idemptitatē vera: sed solum in deo sicut dictum est supra. Q autem infinitum vel immensum includit necessario realitatem alicui⁹ sibi cōpossibilis sic tamen q quidditatiue nō sunt idem sicut dictū est supra. qz infinitas talis necessario excludit oīm imperfectionem ab eo cui cōuenit. Non aūt perfectionē/ vel quod non est imperfectionis. Distinctio autē realis inter cōpossibilia in eodem supposito ab inuicem a quolibet illius suppositi necessario includit vel arguit imperfectionē/quia vel compositionē vel aggregationem: sed formalis distinctio predicta nullam imperfectionem includit/nec per consequēs per infinitatem excluditur. ideo ⁊c.

Ad rōes aliorū de pria opi.

¶ Hoc premisso respondeo ad rationes aliorum. Quādo dicis quecūq̄ distingunf ex natura rei realiter distingūtur. Quero quid intelligis per realiter distingui/vel intelligis distingui extra intellectum ⁊ extra animam ⁊ nō per intellectum. Et isto modo probatur maior ⁊ est vera/ quia talem distinctionem nō facit intellectus: sed inuenit in re ⁊ est in re ex natura rei/⁊ nichil sequitur contra me: vel intelligis in maiori realiter distingui sicut rem aliquam / vel realitatem a realia / vel a realitate non transeunte in ipam. Et tunc dico q maior est falsa sicut dictum est supra. Hec probatio est ad ꝓpositum vt patet de ente in anima ⁊extra animā. Hec isto modo attributa distingūtur ex natura rei. Et ideo nichil habes. ¶ Ad secūdus dico q multiplicato iferiori multiplicatur superius eo modo quo ⁊ inferius ad formalitatē: de hoc est dubium apud illos qui dicūt q ens non ꝑdicatur de entibus q̄ditatiue: sed magis denominatiue. Et isti negant minorem ⁊ dicunt q sola prima perfectio in diuinis est formalitas que est essentie entitas debet dici ⁊ dicitur formaliter/nō aūt aliqd aliud ī diuinis nisi per idēptitatē/nec aliqua alia fōrmalitas: ⁊ iō nō est nichil/nec ipa multiplicata multiplicatur entitas vel realitas: tamen nō curo: concedatur minor cum sano intellectu/quod sequitur. Planum est q non sequit nisi q multiplicatur vel distinguit realitas seu entitas formaliter sicut ⁊ formalitas/non autem realiter vel essentialiter sicut nec formalitas hoc concedo. ¶ Ad tetium dico q vnitas realis omniū compossibilium in eodem supposito vel ad inuicem vel saltem ad id quod est perfectiōis in eo arguit perfectionē in ente: qz arguit tale suppositū simpliciter perfectū ⁊ actu infinitum ⁊ imensuz: et talis vnitas est in diuinis ponēdēda/⁊ ipam pono ibi. Sed dico q vnitas formalis in perfectionibus simpliciter/nō est perfectionis simpliciter/nec arguit aliquam perfectionē: imo nec est possibilis in aliquo, sed est includens cōtradictionem necessario: qz includit q sint perfectionis simpliciter/ ⁊ q non sint in aliquo prefecte ⁊ distincte secūdum propios conceptus quidditatiuos secūdum quos dicunt perfectionem simpliciter. Et ideo dico q impossibile est q pertinētia ad inuicē perfectiones sīt summe vnum formaliter: sed necessario distinguūtur formaliter: licet inter se ordinem habeāt ⁊ iter ipa sit vna perfectio prima simpliciter/ sicut perfectio essentie: qz in diuinis nō est abire in ifinitum. ¶ Ad quartum dico q attributa nō distinguūtur diffinitione vel diffinitionibus ꝓprie acceptis: qz diffinitiones nō habent/sicut nec deus nec aliquid deo intrinsecū est in genere/nec diffinibile proprie Sed dico q quidditatiue distinguūtur/ pro tanto q suis ꝓprijs ꝓceptibus methaphisicis cōuenientibus sibi per se primo modo distinguntur nō autē diffinitionibus proprie accipiēdo diffinitiones tūc eſſ realiter distinguerentur. ¶ Ad quintū dico q si essentia diuina vel attributū non esset formaliter immēsum ⁊ infinitum nulla esset idem alteri attributo: qz infinitas excludit ipfectionē/ ⁊ per ꝓns distinctionem realē a quolibet sibi cōpossibili. Nō autem excludit id qđ est ꝓfectionis vel arguit perfectionem puta distinctionē formalē cuiuslibet sue perfectionis. Et ideo nō oportet dato q attributum vel essentia sint formaliter infinita q eadā formaliter attributo nec attributū attributo. ¶ Ad sextū dico q intellectus diuinus ⁊ voluntas diuīa non habent nisi vnum primū obiectū quod est cēntia ſm rationez eēntie: que quasi mottua est intellectus vel volūtatis ad intellectionē vel volitionem omnium aliorum atributorum qñcunq̄ formaliter infinitorum ⁊ relationum: ⁊ hoc est rōnabile: qz est eadem simpliciter ⁊ realiter cōditionibus ipsis: et ideo nō manent actus intelligendi nec volendi/nec per consequēs verba vel filij vel spūsancti: qz stat vnitas primi obiecti formaliter qđ est essentia que

est prima perfectio inter omnes. ⁊c̄. Nec habet intellectus diuinus vel volūtas duo vel plura obiecta ima sibi adequata/ sicut dictū est supra de quacunq; potentia in diuinis vt operatiua est. ¶ Ad septimum dico q; eodem formaliter essentia diuina est eadem realiter cum attributo ⁊ attributū cū attributo/ ⁊ distinguitur ab eodē formaliter nō autē realiter. Hoc aūt nō est impossibile quia idēptitas realis ⁊ distinctio formalis non opponūtur/ licȝ sit impossibile q; eadem formaliter sint aliquid idē alteri formaliter/ qz idemptitas formalis ⁊ distictio formalis opponūtur. ¶ Ad octauū dico q; plura realiter vel secūdum rē eodē modo quo sunt plura nō sunt nec possunt esse vnum secūdum rem: ſꝫ dico q; bene aliter sunt vnuȝ nō solum secundū rōnē sed etiam secūduȝ essentiā: qz sicut dixi supra. Ista duo stant simul / q; scilicet aliqua sint distincta secundum rem/ vel sicut realitas ⁊ realitas: ⁊ tamē q; sint vna et eadem essentia/ sicut scōm me gen⁹ ⁊ differentia realiter distinguūtur in natura quacūq; specifica/ ⁊ tamen sunt idē essentialiter ⁊ eadē essentia. Nec valet q; dicitur ab aliquibus q; nō distinguñ nisi secūdum rationem sicut ipsi declarant in albedine/ dicunt enim q; eadem simplex forma cuiusmodi est albedo per eandem realitatem ⁊ indistinctam totaliter ex natura rei cōuenit formaliter cū nigredine inq̄tum color/ ⁊ nō distinguitur a nigredine formaliter inq̄tum talis color/ sed hoc est per cōparationem ad diuersa/ qz inq̄tum cōparatur ad nigredinem distinguiť ab ipa /sicut extremus color ab extremo/ ⁊ sunt cōtrarij colores maxime distantes. Et dicunt q; cōparata nullo modo ꝓueniunt. Sed Sed si albedo ⁊ nigredo cōparantur ad visum (cuius sunt motiue) ⁊ ad subiectum receptiuū ipsaruȝ sic cōueniūt adinuicem/ quia eadem est potētia cognitiua siue receptiua amboꝝ/ ⁊ ita non distinguitur in albedine ratio generis a ratione differentie realiter sed tantum scōm rationem ⁊ opus ratiōis in albedine. Ista dicta sunt nulla breuiter. Primo quia sicut probatum est supra distictiōe octaua genus ⁊ differentia in quacūq; natura specifica realiter distinguūtur. Secūdo patet impossibile est simpliciter q; eidem formaliter aliquid ꝓueniat ex natura rei formaliter cū aliquo ⁊ distinguatur formaliter ab eodem: quia alias dici posset q; oīa essent idem preter opus rationis / non enim est possibile immo impossibile q; aliquid eidem formaliter cōueniat formaliter ⁊ ex natura rei/ ⁊ distinguañ formaliter ex natura rei ab eodem/ ita q; per idem aliquid sit idem vel cōueniat essentialiter cum alio/ ⁊ distinguatur essentialiter ab eo ⁊ similiter etiaȝ de cōuenientia ⁊ differentia reali. Si autē detur illꝫ potest dici q; omnia sunt idem realiter ⁊ essentialiter/ sed differunt secundum rōnem ⁊ fantassam tuā: sed species colorꝫ puta albedo cōuenit ex natura rei ⁊ formaliter cum alia specie puta cū nigredine. Alias non plus cōueniēt in re q̄ diuersa predicamenta/ vel deus ⁊ creatura ⁊ distinguñ ex natura rei per suas differentias ⁊ formaliter ergo impossibile est q; per idem formaliter ⁊ ex natura rei. Similiter si teneať istud dictuȝ nulla appareret ratio quare ens nō sit ita vniuocū entibus sicut genꝰ speciebus: vnde dicis q; nō sed per cōparationē ad aliqua extrinseca. Dico q; nichil valet aut si est per cōparationem ad extrinseca in aliquo ex parte sui cō

uenirit ⁊ sm aliquo distinguūtur ⁊ sic habeo ꝓpositū aut in nullo ex parte sui nō conueniunt: vnde dico q; solum in extrinseco quod est idem respectu ābo rum/ puta potentia cognitiua vel subiectum/ ⁊ tale omnia accidētia que habebūt ita ideꝫ subiectū vel eandem potentiam cognitiuā ita cōuenienter sicut albedo ⁊ nigredo / ⁊ cum ita sit de scientia geometrie ⁊ de theologia/ vel de grāmatica/ vel quacunq; alia/ ⁊ de opinione quacūq; ⁊ de fide/ ⁊ de omnib⁹ formis substātialibus que secūdum te īmediate respiciunt materiam primam vt subiectum vel quasi subiectum/ ⁊ respiciunt eandem potentiā cognitiuam puta intellectum/ sequiť q; oīa ista sint vnum in genere ꝓximo ⁊ īmediato/ sicut albedo ⁊ nigredo. quare ⁊c̄. Preterea ipossibile est q; aliquid cōueniat in genere absoluto ⁊ distinguañ per differētiam absolutam soluȝ per cōparationē ad extra: qz ⁊ ipa cōparatio ad extra ⁊ quicqd sequiť ipam est ens rōnis ⁊ respectus rationis: sed albedo ⁊ nigredo conuenīūt in genere absoluto coloris / quod est genus subalternum qualitatis ⁊ p differentias absolutas eiusdem generis vt patet/ ergo nō solum p cōparationeȝ ad extra. Sed q̄ro a te q̄re magis albedo ⁊ nigredo sunt per se motiue ⁊ obiecta eiusdē potentie ⁊ receptibiles in eodē subiecto q̄ albedo ⁊ grāmatica: nō potes dicere nisi qz plus cōueniūt q̄ albedo ⁊ grāmatica. Aut ergo illa cōueniētia ē preter intellectuȝ ⁊ scōm aliquid ex natura rei: aut tantum rōnis: ſꝫ si secūdum aliqd ex natura rei habeo ꝓpositum q; albedo ⁊ nigredo in aliquo cōueniunt ex natura rei: in quo nō cōueniunt albedo et grammatica. Si ꝓpter cōueniētiā rōnis hoc est falsum/ qz nec ens rōnis nec aliquid per ens rationis mouet sensum/ ita q; si albedo ⁊ nigredo nō cōuenirent ex natura rei in aliquo nūq̄ essent motiua eiusdem potentie sensitiue pluſq̄ albedo ⁊ grāmatica. Aliter etiam potest argui de subiecto. Sm̄ dico q; dicta illa sunt friuola/ nec valēt aliquid.

Preterea albedo ⁊ nigredo differūt sicut cōtraria sed cōtraria sunt que sub eodem genere distant vt dicit decimo methaphisice. Sed illa que sub eodē genere distant nō conuenīūt nisi solum scōm fantassiam ⁊ intellectum tuū. Alias nescio quare nō possent omnia poni sub eodem genere per opus intellectus/ loquēdo de genere methaphisico quare ⁊c̄. Breuiter inconueniētia ⁊ absurda sequunť ad istū dictum q; omnino dimittendū est sicut absurdum. Patet etiam secūdum illos qui distinguunt potentias ex obiectis q; ops dicere velint nolint q; albedo ⁊ nigredo cōueniant in colore ex natura rei nō solum per opus rōnis/ quia potētia realis nō agit suam entitateȝ per vnitatē ab ente ratiōis: nec ab vnitate eiꝰ. Preterea qūo due species puta homo ⁊ asinus sunt eiusdem generis: nō propter idē subiectum ipsarum qz nō sunt in subiecto/ nec propter eandē materiā qz tūc omnia habētia materiā eēnt in eodem genere ꝓximo/ nec propter eandē potentiam cognitiuam puta intellectū/ qz tunc oīa entia essent eiusdem generis. Ad maiorem dico ⁊ dicendum est q; ipa est falsa. Persone eēm diuine distinguntur realiter ⁊ etiā relationes/ ⁊ tamē sunt vnū/ ⁊ vnus est deus essentialiter extra intellectum non per opus rationis patꝫ manifeste: ita dico q; licet attributa sint vnum secūdum rem possunt tamē distingui form aliter ex natura rei nō solum per opꝰ

rationis sicut predictum est. Preterea dico q; attributa quia sunt vnum secundum rem/ non distinguuntur secundum rem sicut nec alia que sunt idē realiter ⁊ secundum rem/ ⁊ ideo nichil valet.

¶ Ad nonum dico q; maior falsa est: nō enim oportet q; licet sit eadem forma et sit idem alteri realiter q; sit sibi idem formaliter/ sicut dictum est supra. Unde argumētum currit super falsam ⁊ equiuocā imaginationē de esse idem formaliter/ vel sicut forma formē/ vel sicut formalis conceptus methaphisicus alteri. Unde est enim q; forma si est realiter idem alteri est sibi idem formaliter pro tanto qz nō materialiter vel sicut materialiter/ sicut etiam accipitur de materia / sed nō oportet q; formaliter vel per se primo modo. ¶ Ad decimum dico q; posse in plura per vnam formalitatem quādo neutra formalitas dicit perfectionē simpliciter etiā per vnaȝ formam melius est q̄ per plures sicut exemplificatur de sole. Tamen in exemplis sunt aliqua dubia de speciebus vel scientia angelorum supertorum/ de quo nō curo modo vsq; ad secūdum. Sed dico q; formalitates iste vel cōceptus methaphisici formales ⁊ per se primo modo dicūt perfectiones simpliciter. Similiter etiam dicūt perfectiones secūdum quarum quālibet natum est haberi productū simpliciter adequatum ⁊ intensiue ⁊ extensiue principio productiuo in diuinis. Et ideo impossibile est hoc q; vnq̄ aliquod suppositum possit in plura talia producta secūdum eandem formalitatē vel rationem formalem principij. Sic autem non est de sole qui nec secūdum aliquod productum secūdum aliquam perfectionem simpliciter vel saltem nullū sibi simpliciter adequatū intensiue ⁊ extensiue nec de eadem materia vel substantia sicut est in diuinis.

¶ Ad vndecimum dico quādo dicitur q; attributum inq̄tum attributū distinguitur ab eo. ⁊c̄. Dico q; ista reduplicatio inq̄tū/ ⁊ sic de aliȝ dupliciter accipitur. Aliquādo enim notat rationem accipiendi illud quod importatur per ipam ita q; significat rationem aliquam vel cōditionem eiꝰ cui additur. Aliquando autem nō solum importat hoc: sed cum hoc denotat q; illa ratio vel cōditio ē causa ⁊ ratio precisa inherentie predicati ad subiectū/ ⁊ secūdum hoc tenetur dupliciter. Uno modo specificatiue/ alio modo reduplicatiue. Primo modo est exemplum sicut dicimus motus est actus entis in potentia secundum q; huiusmodi ly secundum q; importat rationem secūdum quā motus est actꝰ mobilis vel mobile potius subiectum motus quia cum in mobili nō sint nisi due rationes actus scilicet ⁊ potentie. Motus est actus eius secūdum rationem sue possibilitatis ⁊ potentie/ sic autem non accipitur vt ratio inherentie predicati ad subiectū sed magis cum dicitur album secūdum q; albū vel inq̄tum album disgregat notatur / q; ratio quare hoc principium disgregare inheret ⁊ conuenit albo est ipsa albedo ⁊ tunc accipitur reduplicatiue ⁊ infert vniuersalem ex primo prioriȝ/ sicut hic etiā homo in eo q; homo est risibilis: ergo omnis homo est risibilis. Ad propositum in argumento ly inq̄tum potest notare rationem vel conditionem subiecti vel accipiendi subiectum. Et sic dico q; attributū inq̄tum distinguitur ab attributo est res vera/ ⁊ aliquid: sed nō alia res nec aliquid aliud realiter ab alio attributo: sed eadem res ⁊ idem aliquid realiter. Secūdo modo accipiendo hic inq̄tum/ dico q; attributum licet sit aliquid ⁊ res/ nō tamē inquātum distinguitur ab attributo: quia tunc notatur q; distinctiō sit causa istius inherentie vel cōuenientie predicati ad subiectum/ ⁊ tūc est sensus q; attributa sunt res distincte realiter: quod est falsum qz distinctio nō est causa q; sint res sic distincte/ ideo nō valet. ¶ Ad duodecimū dico q; illa ratio nichil valet qz si esset bona dico q; sequerek q; due relationes in eodem supposito nō distinguerentur realiter nec ex natura rei. Probatio. Aut eēm sunt diuise ⁊ manent ⁊ sic suppositum non est vnum/ qz ratio vnius est ratio indiuisionis sicut tu dicis/ aut sunt coniuncte ⁊ sic suppositum non est simplex: sed compositum sicut dicis/ ergo eadem ratio que inouet de absolutis tenet de relatiuis quia nō minus sunt relatiōes in eodē supposito q̄ absoluta vt patet quādo dicis de puncto. Dico q; si punctū est aliquid positiuū ⁊ habet relatiōes reales ad oīa necessario est cōponibile cum ipsis/ sicut subiectū in accidente: vel saltem sicut cū alia realitate quēadmodum est in omnibus creaturis/ ⁊ ita nō est oīno simplex sicut dicis. Et etiaȝ componibile alicui sicut accidens subiecto: qz si est aliquid positiuū necessario est accidēs. Et tunc dico vltra q; necessario est cōpositum ex genere ⁊ differentia/ qz si est accidēs necessario est in aliqua specie accidentis/ ⁊ ita si est aliquid positiuum/ exemplum est contra te: si nō est aliquid positiuum tunc non est pro te qz ad nichil habet relationem reales. Et ideo dico q; ratio illa nulla est/ ⁊ maior simpliciter est falsa. Ita bene eēm aliqua absoluta possunt distingui ab aliquo ex natura rei modo p̄dicto sicut relatiōes/ ⁊ p ꝓsequēs qui pōt intelligere vnū ⁊ pōt intelligere aliud ita bene.

¶ Ad primā auctoritatem Augustini. Dico sicut dixi prius/ q; non eodem formaliter deus est deus quo sapiens/ sed concomitatiue ⁊ cōuertibiliter / nō sic autem eo deus quo pater/ vel eo pater quo deꝰ / qz non adequate nec cōuertibiliter nec secūdum perfectionem/ qz diuinitas dicit perfectionem simpliciter nō aūt relatio: qz licet deitas predicet de oībus in diuinis/ non tamen paternitas puta de filiatione: nec scōm mutuitatē/ qz licet deitas includat realitateȝ paternitatis nō tñ ecōuerso / qz q; paternitas sit eadem realiter essentie hoc non ꝓuenit ex parte eius sed ex parte essentie. Attributa aūt sunt ideꝫ essentie/ licet nō formaliter: tñ realiter/ ⁊ adequate ⁊ scōm predicationem: qz de quibuscūq; p̄dicatur attributum ⁊ essentia ⁊ aliud attributum ⁊ecōuerso: ⁊ secūdum perfectioneȝ quia sicut essentia dicit perfectionem simpliciter formaliter infinitā ita et quodlibet attributū/ ⁊ mutuo etiā qz sicut ex parte essentie ꝓuenit q; sit realiter eadē cū attributo ita ex parte ⁊ infinitate attributi q; sit. ¶ Ad scōam auctoritatem dico q; illa p̄dicatio qñ dicit Augustinus sapientia tua vult ⁊ est incōmutabiliter vera. Sed ꝓpter duo. Primo ꝓpter idēptitatem realem sapientie cum voluntate/ ⁊ essentialitatem vel cōmunitatem actus essendi ⁊ volēdi/ qui etiā ꝓuenirent essentie si p impossibile esset separata ab omni supposito / ⁊ est sensus q; voluntas tua que est eadem realiter sapientie tue vult ⁊ est. Ex quo patet q; non potest dici q; ita diceret vel posset concedi q; essentia generet propter idētitatem realē patris

Nota.

10. meth.

Ad auctoritates augustini ⁊ aliorum.

ad essentiam: quia actus generādi non est actus nisi suppositi non autem essentialis. Si autem contēdas omnino q Augustinus voluit habere predicationem formalem/ tunc potest exponi q sapientia tua vult aliquid quod est sapientia tua vult et hoc est voluntas vult. Et ita inuenitur de multis locutionibus concessis a sanctis aliquādo q oportet eas exponere sicut dictum est supra de ista. Solus pater est deus. ¶ Ad tertiam auctoritatem. Dico q omnia alia predicamenta transeunt / vel etiam attributa in ipam substantiam: non quia sint idem formaliter essentie/ sed quia omnia sunt principaliter ad se ꝛ absolute et habent modum predicandi similem substantie quantus ad hoc. Relatio autem non/ sed ad aliquid. ¶ Ad Anselmum dico sicut dictum est supra q sunt ibi omnia essentialia secundo modo et vna consideratione / vel quia sunt idem realiter non sicut in creaturis : vel quia secundum modum predicandi generalem omnia sunt absoluta ꝛ ad se essentialia. dico non relativa ꝛ essentialia simul. ¶ Ad vltimam dico q omnia sunt idem realiter in diuinis preter generationem ꝛ cetera. Non oportet autem q formaliter. Consimiliter potest dici ad illud Boetij q essentia cōtinet vnitatem ꝛ relatio multiplicat vnitatem.

Ad argumēta qōnis pncipalis.

¶ Ad primuz principale dico q sapientia ꝛ iustitia sunt idem realiter in diuinis et ideo vnum predicatur de alio etiam in abstracto per identitatem ꝛ non in primo modo dicendi per se. Unde dico q non omnis predicatio vera in abstractis est vera per se primo modo. ꝛ cetera.

¶ Ad secundum dico q quodlibet attributum se totum formaliter distinguitur ab alio : et est idem realiter cum alio / nec est inconueniens aliquod vt dictum est supra. ¶ Ad tertium dico q non oportet q sicut distincta secundum rationem sunt distincta ꝛ diuersa entia rationis/ q quecūq distincta ex natura rei sint distincta entia realia seu res alie vel diuerse/ ꝛ hoc prouenit ex ampliori perfectione rei vel entis realis super ens rationis. Illud enim secundius est ꝛ perfectius/ et ideo se compatitur multorum distinctionum manente sua reali vnitate: ens autem rationis: quia non est nisi ratio non compatitur se cum hoc: ꝛ ideo quecunq distinguitur secundum rationem sunt distincta entia rationis. Aliter potest dici q idem realiter distinguitur a seipso secundum rationem/ ita q nō oportet aliquid distinctum secundum rationem eē plura entia rationis/ sicut nec esse ens rationis: sed idē ens reale a seipso distinguitur secundum rationē. Sic etiam diceretur in proposito q non oportet q cunq distincta ex natura rei distingui realiter / sicut rem ꝛ rem diuersam: sed idem realiter in seipso recipit distinctionem formalem. ¶ Ad quartum dico q formalitas rei alicuius est sua realitas ꝛ econuerso/ nec distinguuntur in aliquo ex natura rei: et ideo dico consequenter q sicut vnum multiplicatur vel manet vnum/ ita ꝛ reliquum. Et ideo dico q vtraq manet vnum realiter ꝛ distinctum formaliter ab aliquo/ sicut dictum est supra. Nota hic q formalitas ꝛ realitas sapientie idem sunt penitus extra intellectum nullo modo distincta ex natura rei. Similiter realitas ꝛ formalitas iustitie/ similiter ꝛ essentie/ similiter ꝛ relationes/ quia formalitas aliculus dicatur illud cui correspondet prius per se conceptus eius quidditatiuus ex parte obiecti/ ꝛ hoc sit etiam sua realitas ꝛ entitas vel quidditas sicut patet manifeste q humanitas que est hominis formalitas est hominis quidditas entitas ꝛ realitas: quia alias esset processus in infinitum / quia si non sunt idem penitus realitas ꝛ formalitas : sequitur q habent distinctos vel diuersos conceptus cum ambo dicant aliquid positiuū ꝛ sic realitas habet proprium formalem ꝛ quidditatiuum conceptum ꝛ part ratione distinguitur a realitate conceptus sicut prima formalitas/ ꝛ sic in infinitum. Et ideo dico q sicut formalitas essentie ꝛ sapientie sunt idem realiter : quia vnum ratione infinitatis transit in idētitatem cum alio / sic q est predicabile de alio in abstracto / ita ꝛ realitas sapientie et realitas essentie sunt idem realiter per eandem rationem / ꝛ sicut ille distinguuntur formaliter/ ita ꝛ iste quia nō sunt eedem per se primo modo / ꝛ ita stant simul ista q sint distincte realitates aliquorum / et tamen non distinguantur realiter/ si sint idez realiter/ quia nec ille realitates distinguūtur realiter / sed formaliter modo predicto / sic ad istam questionem.

¶ Distinctionis. xxiij.
Questio Unica.

Circa distinctiōez

vigesimātertiam. Quero qd hoc nomē persona significet vel substantiam / vel relationem : et an sit nomen absolutum vel respectiuum.

¶ Videtur q significet substantiam/ ꝛ sit nomen absolutum : quia quod non dicitur relatiue in diuinis: secundum substantiam ꝛ absolute dicitur quinto de trinitate : sed persona non dicitur relatiue/ quia nullum correlatiuum sibi habet in diuinis vt patet. ergo ꝛ cetera. 5. de trī.

¶ Secundo sic. Persona secūdum Boetium de duabus naturis ꝛ vna persona xpi/ est nature rationalis individua substantia : sed substantia individua vel individuum substantie non dicunt relationem sed substantiam. ergo ꝛ cetera.

¶ Tertio sic. Ens absolutum est nobilius relatiuo: ergo similiter persona absoluta q̄ relatiua / sed persona diuina est nobilissima. ergo ē absoluta.

¶ Quarto sic Persona dicit conditionem vel proprietatem ad dignitatem pertinentē. Unde ꝛ habentes dignitates communiter vocamus personas. Sed relatio ad diuinam perfectionem non pertinet (sicut probatum est supra) ergo persona non distinguit relationem sed substantiam.

¶ **Contra** Illud quod dicitur secundum substantiam in diuinis nō pluraugustinum quinto de trinificatur secundum Augustinum quinto de trinitate. Sed persona multiplicatur ꝛ plurificatur in diuinis/ quia alia est persona patris/ alia filij / alia spiritussancti. ergo ꝛ cetera. Aug. 5. de trini.

¶ **In ista questione sic pceda**

¶ Primo ostendam ꝛ ponam descriptionem persone. ¶ Secundo inquiram vtrum significet substantiam/ aut relationem. ¶ Tertio declarabo quo modo in diuinis est persona,

¶ Et vltimo ad rationes.

Persōa qd scdm Boetiū. Ricardi diffinitio

¶ Quātum ad primum dico

q Boetius de duabus naturis ꝛ vna persona xpi/ describit personam/ q persona est nature rationalis individua substātia. Sz Richardus quarto de trinitate corrigit istam descriptionē dicēs q persona est nature intellectualis existentia incōmunicabilis.

Aduerte

¶ Ad cuius euidentiam notandum q pprie loquendo ꝛ stricte rationalitas non conuenit nisi nature humane/ ad quam pertinet ratiocinari/ ꝛ ideo prima diffinitio vel descriptio pprie loquēdo non erat cōmunis omni persone: sed tantum cōueniebat proprie persone in natura humana. Similiter etiam in natura diuina non potest proprie inueniri individuum q ibi non est natura diuisibilis ꝛ partibilis in suppositis sicut in creaturis. Et ideo adhuc illa descriptio non erat cōueniens persone diuinis. Similiter etiam substantia nō conuenit proprie deo quia substantie est substare accidentibus: in deo autem non est accidens. ideo illaz descriptione corrigit quasi exponēdo Richard⁹ q persona est nature intellectualis incōicabilis existētia: ponendo pro rationali intellectualis/ pro individua incōmunicabilis/ pro substantia existentia.

Duobus modis aliqd dr cōicabilis.

¶ Ad cuius descriptionis euidentiam. Notandū q aliquid est cōmunicabile duobus modis. Uno modo vt quod/ ꝛ sic vniuersale cōmunicatur singulari/ ꝛ superius inferiori vt et quod est ipsum in re/ ꝛ isto modo licet non omnino natura diuina communicatur cuilibet diuino supposito/ quia quodlibet suppositum realiter est ipsa / et ipsa est realiter quodlibet diuinum suppositum. Alio modo est aliquid cōmunicabile vt quo alicui/ ꝛ sic forma cōmunicatur materie ꝛ pars toti. Persona autem duplicem incommunicabilitatem habet oppositam duplici cōmunicabilitati. Nec em̄ est cōmunicabile vt quod alicui/ nec vt quo/ ꝛ ita nec vniuersale: nec essentia diuina vel deus potest dici vel esse persona formaliter/ nec anima nec forma, nata inherere/ nec pars aliqua alicuius totius per se vnius. Unde de anima separata patet q non est persona/ nec natura humana in Christo/ quia sunt communicabiles vt quo/ nec relatio per idem. Et istam duplicem negationem cōmunicabilitatis importat principaliter nomen persone/ ꝛ de formali significato: que qdem non est priuatio sed negatio in subiecto non apto ad illam duplicem cōmunicabilitatem in diuinis precipue: secūdario importat positiuum illd super quod fundatur ꝛ quod consequitur talis negatio duplex. ¶ Secundo est aduertendum q bene dicitur intellectualis in descriptione ad differētiam suppositi. Suppositum enim ꝛ persona distinguuntur sicut magis commune ꝛ minus commune. Nam suppositum inuenitur tam in natura intellectuali q̄ in non intellectuali. Persona vero solum in natura intellectuali. Dico igitur q in diffinitione Richardi/ vel descriptiōe persone aliquid ponitur vt genus vel quid generis quia non est proprie genus/ ꝛ illud est existentia vel subsistētia/ quequidem accipitur pro ente subsistente. Ex quo patet q nullum accidens est persona. Secundo aliquid loco differentie non tamen specifice vel vltime/ pta incommunicabilis quia etiam hoc conuenit supposito. Tertio aliquid loco vltimate differētie/ qz nature intellectualis/ ꝛ isto modo etiam potest exponi illa Boetij descriptio acciptendo verba magis propria Richardi pro minus propriis Boetij: non est magna vis. Hec de primo articulo.

¶ Quantum ad secūdum ar

Persōa significat cet subāz ꝛ relatiōē ꝛ qlio opt. mgri Augst.

ticulum videtur fuisse opinio Magistri ꝛ aliquorum q persona in singulari significat substantiam sed in plurali relationem. Ideo primo modo secundum Augustinum dicit aliquid ad se / nec pluraliscatur. Septimo de trinitate qui dicit q nichil est aliud dicere personam patris ꝛ substātiam patris. Sed in plurali dicit relationem / et sic pluralis-catur/ quia est alia persona patris: alia filij: alia spiritussancti: ita q sunt plures persone in diuinis.

Ꝛ ꝓdicta

¶ Sed contra quia singulare ꝛ plurale idem significant/ ꝛ eandem naturam significatiuam habent/ ꝛ non differunt nisi in modo significandi/ ergo impossibile est / q persona in singulari significet substantiam/ ꝛ in plurali relationem. ¶ Secundo sic. quia plurale nichil aliud est q̄ singulare geminatum / sicut homo ꝛ homo nichil aliud est q̄ homines / et econuerso: ergo sicut singulare significat substantiam ita plurale. Et sicut plurale relationem/ ita econuerso. quare ꝛc.

¶ Alij dicunt q

Persona secundum se significat substantiam de principali significato/ sed ex adiuncto trahitur ad significandum relationem. vt cum persona filij/ et sic etiam dicitur alia ē psona patris/ alia filij/ alia spiritussancti. ꝛ cetera. Sed quando per se ꝛ sine adiuncto ponit tunc significat substantiā.

scda opi.

¶ Sed contra quia nunq̄ vox ex adiuncto cadit a suo principali significato: licet possit cadere a cōnotato : sed illud significat principaliter quod absolute ꝛ secundum seipsam significat / ergo nunq̄ ex adiuncto significat relationem: ex quo secundū se significat relationem.

ꝟ. 2. opi.

¶ Secundo sic. quod significat secundum se relationem nunq̄ ex adiuncto trahitur ad significandum substantiam. Patet de paternitate: ergo similiter illud quod secundum se ꝛ principaliter significat substantiam nunq̄ ex adiuncto trahitur ad significandum relationem/ ꝛ per cōsequens nec persona.

¶ Alij dicunt q

Persona significat relationem / sed non secundum rationem generis vel communis: sz magis secundum rationem speciei vel quasi speciei/ sicut econuerso grammatica est ad aliqd non secundum rationem speciei: sed magis ēm rōnem sui generis puta scientie vt habetur septimo Methaphi sice. Licet talem modum relationum vel relatiorum secundum rationem speciei non autem generis non posuerit Aristoteles : ꝛ sic saluant omnia que dicuntur de personis et persona in singulari ꝛ in plurali.

3ª. opi.

¶ Contra / quia licet species includat genus ꝛ ideo per suum genus posset dici ad aliqd non tamen econuerso genus includit speciem / et ideo per suam speciem non potest dici ad aliquid nisi forte per accidens / sicut et species de genere

ꝟ. 3. opi.

predicatur/licz enim homo per animal dicatur sensibilis/non tamē animal dicitur per hominem sensibile nisi per accidens / sicut per accidens animal est homo. ¶Similiter etiam hoc non posuit Aristoteles:licet istud non sit efficax argumētum:quia Aristoteles nō posuit omnia que sunt vera/ immo negauit multa vera/z posuit multa falsa.

¶Tertio sic. Quodcūcz dicitur infernus z superius relatiue/licet non primo. Unde sicut ad dimidium dicitur duplum ita (licet non primo) ad dimidium dicitur multiplex/ et sic non potest inferri multiplex/ergo dimidium: ergo non primo refertur ad ipsum/licet forte etiam ad dimidium secundum alios sequatur de multiplici quod continetur in dimidio/quia non distinguitur essentialiter a dimidio:ergo quicquid relatiue dicitur secūdum inferius z secundum speciem. Dicitur etiam relatiue:z relationem significat secundū superius quod includitur in specie. Sed persona secundus genus non significat ad aliquid / ergo nec secundum speciem/z ſ secundum speciem z secūdum genus.

Q autem persona secundum genus nō dicatur ad aliquid. Pater quia sicut pater dicitur pater filij/ ita diceretur persona filij/quēadmodum etiam duplum non solum dicitur duplum dimidij: sed etiaz dicitur multiplex dimidij.

4.opt. ¶Alij dicunt q persona significat substantiam non primam sed secundam nature perfecte / puta intellectualis/ et hoc indifferenter et in communi z absolute /nō determinando ad substantiam primam includentem relationem/vel non includentem ipsam / et ideo q substantia prima in natura intellectuali sit relatiua sicut est in diuinis/vel q sit absoluta sicut est in creaturis hoc accidit:sed hoc est per se q suum significatum sit aliquid subsistens vel substantia prima in natura intellectuali z perfecta

5.4. opinionem, ¶Contra/ quia persona principaliter significat incōmunicabilitatem vltra naturam intellectualem z per hoc distinguitur ab alijs que sunt communicabilia:sed prima substantia est individuum substātie vel substantia individua in creaturis / cui non repugnat cōmunicari vt patet de hac natura humana assumpta a verbo/ergo z cetera. Nisi forte accipias primam substantiam non solum pro individuo substātie/vel pro substantia singulari: sed etiam pro suppposito quod addit duplicem incōmunicabilitatem vltra individuum.

Opi.vltima vs doctoris. ¶Dico ergo vltimo q persona de principali significato prout est in vsu modo significat duplicem incōmunicabilitatem in natura intellectuali. Secūdo cōnotat z distinguit aliquid positiuū (quicquid sit illud) quod consequitur talis duplex incōmunicabilitas. Tertio autem z vltimo naturam ipsam intellectualez: z hoc dico de nomine persone absolute z in cōmuni:verum est autem q illud positiuum connotatuz in diuinis est proprietas relatiua / z non absoluta sicut est in creaturis. Similiter etiam natura connotata diuina est/ita q persona in diuinis vel diuina distinguit existentiam incommunicabilem in natura diuina que est/summe intellectualis. Dico tamen q secūdum vsum Augustini Persona magis significat substantiam vel essentiā. Unde ipse dicit septimo de trinitate/q persona ad se dicitur

August.

z eo persona quo deus. Et similiter secūdum ipm persona patris nichil aliud est q substantia patris/sed vsus aliter inoleuit. Hec de secundo articulo.

Nomen alicui prīe que nire dicitur dupliciter.

¶Quantum ad tertium articulum dico q nomen cōuenire alicui prīe potest intelligi dupliciter. Uno modo prout prīe opponitur z quod est trāsumptiue: sicut Christus dicitur leo/petra/lapis angularis/z cetera huiusmodi: sicut etiam dicitur prātum ridere transumptiue. Sed isto modo conuenit deo vel alicui in diuinis nomen persone/puta cuilibet diuino supposito et summe / quodlibet ipsorum est in existentia quedam incommunicabilis summe nature intellectualis. ¶Alio modo dicitur conuenire prīe alicui eo modo quo prīm distinguitur contra commune/sicut dicimus q illud cōuenit alicui prīe quod conuenit omni solo z semper/sicut risibile homini/z nulli alij ab homine/z sic dico q persona non conuenit prīe deo vel est in diuinis: sed alijs a deo/puta homini vel angelo / quia non solū in natura diuina inuenitur personalitas/sed etiam in natura angelica vel humana. Hec de tertio articulo principali.

Ad rōes pncipales.

¶Ad primum principale Dico q absolute accipiendo personam ad diuinā vel creatam non significat relationem plusq substantiam vel econuerso/ sed substrahendo vel quasi.

Preterea etiam dato q significaret relationem/ non oporteret q haberet correlatiuū/quia significat eam in communi non in speciali/sicut nec relatiuum in cōmuni habet correlatiuum/vel etiam relatio:quia tunc essent duo generalissima relationis.

¶Ad secundum principale dico q substantia vel natura rationalis seu intellectualis non est principale significatū per se/sed cōnotatum: ideo ex hoc non potest argui q quasi significet personam.

¶Ad tertium dico q non oportet personam absolutam esse nobilius vel nobilior persona relatiua:imo oportet necessario secūdum quod tenemus q non sit nobilior simpliciter. Tu dicis esse absolutum est nobilius respectiuo. Dico q verum est prō aliquo ente absoluto / accipiendo vtrūq precise. Et tunc dico etiam q persona relatiua diuina aliquod includit absolutum etiam quod est tota perfectio sua/ratione cuiꝰ est simpliciter nobilior omni extrinseca. Preterea enim vnde persona z quātum ad id quod distinguit vltra naturam intellectualem in qua reperit nō dicit aliquā perfectionē

¶Ad quartā apparet per predicta. Dices q imo perso in diuinis dicit substantiam vel quidditatē: quia per personam respondetur cōuenienter hereticis querentibus ad questionem factam per quid. Querendo enim de diuinis suppōsitis quid tres. Responsum est eis/q tres persone. Dico adhoc q per quid aliquādo queritur de significato quid est quod significatur per nomen. Aliquando de quidditate quid est res diffinitiue. Aliquando de suppposito quidditate. Et isto modo ad questionez per quid. Responsum est quid tres. Responsum est q tres persone. Non autem ad questionem factam per quid querendo de quidditate: quia tunc persona significaret quidditatem.

¶Ad illud in oppositum q persona in diuinis cō notat relationez/z ideo non est mere essentiale/sed bene plurificatur.

¶Distinctionis.xxiiij.
Questio Unica.

¶Circa distinctiōez vigesimaquartā querovtrū scilicet vnitas z termini nūerales dicāt aliquid positiuuz in deo. ¶Videtur q vnitas non dicat ibi positiuū qz vnitas que ponit aliquid vel dicit accidēs/est de genere q̄ntitatis vt videtur:sed in deo nō est accidens:nec per cōsequens quātitas: est enim sine quātitate magn⁹.ergo z c. ¶Secūdo sic. vnuz opponitur multitudini sicut quatio habitui (vt dicitur decimo methaphisice) sed priuatio non dicit aliquid positiuum.ergo z c. ¶Tertio sic. De termino numerali/quia numerus vel multitudo nō est nisi plures vnitates:sic enī se habēt vnum z multa sicut album z alba quarto methaphisice. ſ vnitas non dicit aliquid positiuum ergo nec terminus numeralis in diuinis. ¶Quarto sic quod non est in diuinis non dicit ibi aliquid positiuum: sed numerus non est ibi:quia numerus est quantitas discreta. ergo z cetera.

10.meth. 4.meth.

¶Contra 4.meth. Numerus est multitudo mensurata vno/vt patet quarto methaphisice. Sz in diuinis est talis multitudo. Hā in diuinis est trinitas/que secūdum Isydorum septimo Ethimologiorum est trina volūtas:cū ergo mensura z mensuratum vtrūq dicat aliquid positiuum. Videtur q tam vnitas q̄ termini nūerales dicant aliquid positiuum in diuinis.

Isidorus

¶In ista questione sic procedā

¶Primo ad euidentiam questionis inquirā vtrū voluntas transcēdens vel vnum addat aliquid positiuum super ens cuius est/z cum quo psequenter. ¶Secūdo vtrum vnū vel vnitas dicat in deo aliquid positiuum. ¶Tertio de numero vel termino numerali inquiram vtrum numerus de genere quātitatis posset inueniri in diuinis / et in separatis a quāto. ¶Et vltimo quo modo se habēt termini numerales in diuinis.

Volūtas trāscendens vel vnum/an addat aliqd positiū super ens cuiꝰ ē.z.opt. Auicēne

¶Quantum ad primum articulum fuit opinio Auicēne q vnitas transcēdēs vel vnum quod conuertitur cum ente predicamētali esset accidens/z res addita enti cuius est / z esset principiuz numeri quod est discreta quātitas. Tū quia talevnum est denominatiuū ergo est accidēs. Tum quia est principiuz numeri quod est accidēs Tum quia si nichil adderet positiuum reale/eēt negatio dicendo ens vnum / quia repetitur idem. ergo z cetera.

scūa opt.

¶Alij dicunt q licet vnum nō dicat aliquid positiuum cum ente essentialiter distinctum sicut accidens a subiecto. Tamē secūdum rationem suam formalē que distinguit ab ente.dicit aliquid positiuum z nō merā negationē. Hoc probant primo. Tum quia vnum tinquātum secūdus q vnum est principium numeri z precedit multitudinem que est aliquid positiuuz ergo similiter deuno qđ cōuertitur cum ente qđ est principium numeri transcendentis. Tum quia est mensura vt patet quarto methaphisice. Tum quia vnitas dicit perfectionem simpliciter: quāto enim aliquid est perfectius / tanto magis est vnū vt patet. Tum quia vnum secūdum suam formalem rationem est passio entis scibilis de ente / et pertinet ad methaphisicum / ergo dicit aliquid positiuum/ quia de non ente non est scientia. Dicunt tamen isti q vnum significat principium priuationis vel negationis/licet sit z dicat aliquid positiuum.

Cōmen. ? Auicē.

¶Contra ista primo cōtra Auicēnam arguit Cōmentator quarto Methaphisice per auctoritatē Aristotelis ibidem ex intentione ibi q ad methaphisicum pertinet considerare de vno sicut z de ente / quia vnum z ens realiter non distinguūtur. Unde idem est dicere homo et vnus/sicut etiam probat ibi/quia eadem generatione generātur/ z eadem corruptione corrumpuntur/ergo z c. ¶Secūdo arguit Commentator contra Auicēnam ratione sic. Unum secundum te dicit dispositionem accidētalem additā enti. ergo de illa dispositione aut est vna / aut non vna. Non potest dicere quin sit vna. Tum quero q quid aut per seipsam/aut per aliquid additum. Si per seipsam/eadem ratione z ens est vnum nō per aliquid additum. Si per aliquid additum: tunc est processus in infinitum / z habemus in eodem vno significato infinitas deputationes in actu. Istam rationem aliqui impediunt q non valet dicentes vel illa dispositio non est dicenda vna: sed magis vnitas ipsa/vel si est dicenda vna hoc est seipa/nec standuz fuit in ente pari ratione:ponunt exemplū corpus est album albedine /albedo autem vel non est alba/ vel si aliquo modo est alba seipsa est alba/ nec propter hoc sequitur q corpus seipso sit albū. Dico q istud impedimentum nō valet ad propositum. Unitas enim transcendens est z potest verificari de quolibet ente per se non autem albedo :sed est quedam perfectio z est possibile q aliquid sit album per dispositionem additam nec sit processus in infinitum:sed cum vnitas sit passio transcendēs z equaliter per se respiciat quodlibet ens cadez ratione qua aliquod ens est vnum per seipsum z aliud ens/z qua ratione aliquod est vnuz per aliquid additum / eadem ratione z quodlibet/z ideo dico q ratio Commentatoris tenet contra Auicennā.

Obiectō

Solutio

¶Tamen aliter arguo contra ipsum. Omne prius essentialiter distinctum a suo posteriori et absolutum potest esse sine illo sicut pluries dictum est supra. Si ergo ens est prius vno/sicut prius est subiectum accidente/z per consequens essentialiter distinctum:sequitur q ens posset esse in re et in effectu sine vnitate/ita q erit ens z non erit vnuz hoc est falsum. Confirmatur per Aristotelem septimo Methaphisice quia dicit q substantia prior est accidente non solum natura sed tempore: quia ḡtum est ex se potest esse sine accidente. Et similiter etiam quātum est ex parte accidentis/quia accidens est quod adest vel abest. z cetera. Et quod cōtingit eidem in esse z non inesse primo thopicorū.

Doctor ? Auicē.

7. meth.

¶Secundo sic. quia Auicenna ponit q vnum est accidens quia est principiū numeri qđ est accidēs.

Boetius

Contra impossibile est idem esse per se ⁊ per essentiam in diuersis predicamentis secundum Boetiū capitulo de qualitate: licet idem subiectum posset esse in pluribus predicamentis. Hoc patet etiā q̄ diuersoꝝ generū ⁊ nō subalternatim positoꝝ diuersi se sunt species ⁊ differētie/ vt patet in p̄dicamētis.

1. Poste.

Similiter etiam essentie p̄dicamētorum sunt impermixte vt ꝓbat primo posteriorum: sed vnum quod cōuertitur cū ente inuenitur in quolibet genere sicut ens/ ergo impossibile est q̄ sit determinati generis: alias necessario idem esset in pluribus generibus/ ⁊ per cōsequēs tale vnum nō est principium numeri: ⁊ istud etiam cōcludit de ente quod nō dicit aliquid vnum in se positiuum vt videtur.

¶ Vltimo sic quia relatio per se est ens/ ⁊ per consequens subiectum vnitatis sue: sed relatio non est subiectum quātitatis sicut nec respectus absoluti/ ergo sua vnitas nō est quātitas. quare ⁊c̄.

2. opi.

¶ Contra alios qui dicūt q̄ vnum secūdū suam formalem rationem q̄ distinguitur ab ente dicit aliquid positiuū/ licet non essentialiter distinctum ab ente. Arguo sic. sicut arguit Cōmētator/ q̄ illud positiuū formale est vnū seipso/ ⁊ pari rōne ens/ aut aliquo alio formali positiuo/ ⁊ sic est processus in infinitum. ¶ Secūdo sic Ens secūdum suam rationem formalem positiuaꝝ qua distinguitur ab vno aut est vnum/ aut nō. Nō potest dici quin sit vnum/ q̄ tūc nō distingueretur ab aliquo vel nō esset in se indistinctum/ aut igitur seipso ⁊ ꝓprio positiuo aut addito: si seipso habeo ꝓpositum: si aliquo alio positiuo sic est ꝓcessus in infinitum. ¶ Tertio sic. Cuius ratio est indiuisio sicut patet quinto ⁊ quarto methaphisice. ergo ⁊c̄. ¶ Quarto. Quecūq̄ in creaturis formaliter ex natura rei distinguūtur: realiter etiam distinguuntur sicut dictum est supra/ sicut ergo ens ⁊ vnuꝝ forma liter vt positiua distinguūtur realiter distinguunt quod est falsum. quare ⁊c̄.

Resoluo doctoris circa pñs tem arti.

¶ Dico igitur q̄ vnum trāscendens in quocūq̄ ente nullo modo dicit aliquid positiuum vltra illud ens cui? dicitur passio. Sed dico q̄ vnū formaliter ⁊ de p̄ncipali significato dicit duplicez negationē in ente. Prima negatio est indiuisio suiipsius a seipso/ ⁊ est negatio diuersitatis a seipso vel in seipso ⁊ distinctionis Vnde ⁊ vnū dicitur ⁊ est in se indistinctū. Secunda negatio est idētitatis cum alio/ ⁊ est diuisio ad vno quocūq̄ alio/ quod nō est ipm. Vnde ⁊ ens secūdum vnitatem dicit ab alio distinctum: ⁊ sunt iste negationes in ente reali ex natura rei preter intellectū/ ⁊ secūda presupponit primam / q̄ ipm est ipm: ⁊ nō in se diuisum nec distinctum / ideo nō est aliud sed ab alio distinctum.

Ad rōes Auicēne

¶ Ad primum Auicēne Dico q̄ negationes in ente bene denominant ipm / ⁊ isto modo vnitas denominat ens/ sicut etiam cecitas denominat oculum/ licet nō dicat formaliter aliquid positiuum: q̄ etiam secūduꝝ ipm Auicēnam deus dicitur vnus nō per aliquod accidens additum/ sed modo negatiuo: sufficit esse ad hoc q̄ aliquid denominet alterū q̄ sit extra conceptum eius quidditatiuum. ¶ Ad secūdum dico q̄ vnum q̄ est transcendēs. nō est principiū numeri sicut dictum est supra ¶ Ad tertiuꝝ dico q̄ nō est negatio distinguendo ens vnum/ quia est alia entitas entis ⁊ vnius licet non distinguantur essentialiter nec realiter: quia ens dicit rationem positiuā/ vnum vero rationem negatiuā in genere/ vnde sua ratio est ratio indiuisionis.

Ad rōes sēde opi.

¶ Ad p̄mū alterius opinionis dico sicut dicetur infra/ in numero est aliquid positiuum ⁊ aliquid negatiuum. Cum enim numerus vel multitudo nō sit nisi plura vna secūdum Aristotelem/ sicut vnuꝝ dicit negationem ⁊ cōnotando dicit positiuum vel naturam substractam/ ita ⁊ numerus / ergo vnum ꝑtum ad suum positiuum connotatum est pars numeri vel principium: sed quantum ad illud non distinguitur ab ente/ ⁊ ideo non valet proportionali ter potest dici de negationibus. ¶ Ad secundum dico q̄ philosophus quarto Methaphisice dicit/ q̄ vni formaliter accepto non cōuenit ratio mensure: sed magis ei cui conuenit esse vnum/ scilicet enti positiuo substracto. ¶ Ad tertium dico q̄ vnuꝝ formaliter acceptum non dicit perfectionem / sed tantum fundamentum vnius/ ⁊ illud positiuum qđ est ens substractum aliquando dicit perfectionem simpliciter. ¶ Ad quartum dico q̄ vnitas non est passio positiua entis / sed negatiua/ licet ex natura rei. ⁊ ideo pertinet ad methaphisicum. Cum dicis de non ente non est scientia. Dico q̄ verum est de non ente extra genus / ⁊ quod est impossibile: sed de non ente in ente, quod etiam dicitur ens/ ⁊ est aliquo modo in genere est bñ scientia/ quare ⁊ cetera. Vel etiam potest dici q̄ de non ente est scientia per rationem alterius scilicet entis. ¶ Aduertendum est circa predicta quia licet ens ⁊ vnum realiter nō distinguantur nec essentialiter/ sicut probatum est supra/ ⁊ hoc sufficit Aristoteli ⁊ Commentatori/ tamen ens ⁊ vnum non sunt realiter idem. quia affirmatio ⁊ negatio nunq̄ sunt realiter idem. Tūc enim idem re affirmatiuū vel positiuum ⁊ priuatiuum esset/ et tunc negatio per se esset res / quod est falsum. Nec sunt etiam realiter diuersa sicut probatum est supra: ⁊ probat philosophus: sed sunt nō idem formaliter vel etiam realiter/ quia vnum non est de ꝓceptu quidditatiuo alterius: sed extra sicut negatio est extra conceptum affirmatiōis/ nec vnū transit in aliud/ ⁊ ita nec sunt idem realiter/ nec sūt idem formaliter. Si dicatur contra ista q̄ numer? quantitatis vltra continua vel quantitates dicit aliquid positiuum / quia dicit distinctam speciem quantitatis a continuo: ⁊ ratio eius per se est obiectiua ⁊ prima respectu scientie realis: scilicet arithmetice que est distincta a geometria que est de ꝑtitate cōtinua: ergo similiter vnitas dicit aliquid positiuum super ens vel continuum: quia ex vnitatib? intrinsece constituitur numerus.

Obiectō

Solutio

Respondeo breuiter q̄ numerus non est vera species quantitatis alia a contiuo/ sicut nec vnitas dicit aliquid positiuum vltra cōtinuum. Vnde sicut vnum continuuꝝ non constituit plures species quantitatis/ ita nec plura. Sic enim se habent vnum quātum ⁊ multa sicut album ⁊ alba: que non variant nec multiplicant species. Aristoteles videtur ponere oppositū vel quia famosum erat tempore suo sicut ⁊ animo: vel quia fuit illius opinionis falsę: vel q̄ vnum et multa circa quātum dicunt modos varios vel plures: et numerus videtur dicere aliam speciem a cōtinuo/ licet hō sit secūdum rei veritatē sicut est etiā de quarta specie quātitatis vt ptz quia nō dicit aliquid absolutum/ vñ ⁊ angelus posset illam causare licet nullam formā absolutā possit cāre in materia vel corpe. Simlr etiā nō pōt itelligi qđo in distinctis actu ⁊ distictis ⁊ loco ⁊ subiecto possit eē vna forma accidētalis numero ⁊ specie/ sicut oportz de forma numeri ⁊ hoc naturaliter vel per naturam/ ⁊ quomodo de nouo aduenīret vel corrūperet apposita vel substracta vnitate. Et similiter habetur de nouo per diuisionē cōtinui/ ⁊ si tota forma esset esset in omni parte numeri tota: vel pars in parte ⁊ infinite quasi difficultates numerus ergo nō dicit nisi multas bonitates ⁊ vnitates que nō dicunt nisi priuationes vltra cōtinua subiecta. quare ⁊c̄. Vnde mchil positiuuꝝ absolutū acquiritur in partibus cōtinui quando diuiditur. Similiter angel? diuidēdo cōtinuum pōt causare numerū/ nō tamē formam realem absolutam secūdum Augustinum tertio de trinitate: ergo ⁊c̄. ¶ Ad illd de subiecto scientie arithmetice cui etiam cōuenit passio ꝓpria realis positiua par vel impar. Et fundatur proportio relatio super ipsum: ⁊ posset hoc confirmari q̄ propter hoc bis tria nō sunt sex: sed semel quod nō esset verum si numerus nō diceret aliquid positiuū per se vnum/ ⁊ non esset nisi vnitates sicut dictum est supra.

Vnū vel vnitas non dicat aliqđ positiuū in deo ⁊c.

¶ Quantum ad secūdum arti culum dico breuiter q̄ vnitas transcendēs est in deo quātum ad duo que dicit/ quoꝝ vnū dicit p̄ncipaliter ⁊ de formali significato/ scilicet indistinctionem entis in se ⁊ a se/ ⁊ distinctionē ab alio vel potius nō idēptitatem cū vno: secūdum vero connotando quod est ipm ens substractum ⁊ fundamētale. Ex quo patet qđo dicit ibi aliquid positiuum ⁊ aliquid negatiuum. Vnde cū dicitur deus vnus notatur diuina essentia: sed significat indistinctio vel indiuisio eius in seipsa/ ⁊ non idemptitas cū oī alia/ ⁊ negatur pluralitas deorum. Similiter cum dicitur vnus pater ⁊c̄. suo modo. Et hoc dicit magister in litera q̄ vsus istoꝝ nominū magis est in diuinis ad remouendū vel negandum q̄ ad ponendum vel affirmādū q̄ de p̄incipali significato dicunt negationes/ licet etiam cōnotando dicant aliquid positiuū: nec hoc negat magister. ¶ Secūdo dico q̄ vnitas que ponitur in deo nō potest ꝓpe dici vnitas numeralis/ q̄ vnitas numeralis (ꝓprie accipiendo numerum) siue sit transcēdens siue de genere quātitatis quātuꝝ ad ens cuius est/ imo potius ipm ens cuius est/ illa vnitas necessario saltē habet duas cōditiones. Prima est q̄ distinguitur essentialiter ab alia vnitate numerali. Secunda q̄ vnitas ⁊ vnitas semp faciunt aliquid maius ⁊ perfectius q̄ vnitas tm̄. Ex quo patet q̄ vnitas numeralis semper habet rationem partis. Propter defectum prime ꝑditionis ⁊ etiā secūde dico q̄ nulla est vnitas numeralis in diuinis inter se: q̄ omnia sunt essentialiter idem/ nec est idem aliquid maius nec aliqua pars. Propter defectum secūde conditionis. Dico q̄ deus nō potest cōnumerari creature/ sicut vnitas numeralis cū vnitate/ quia deus ⁊ creatura non sunt aliquid maius q̄ deus tantum/ nec deus aliquo modo habet rationem p[artis]. Hec de secundo articulo in quo patet q̄ [vnitas] q̄ ponitur in diuinis dicit aliquid positiuum vel ne-

gatiuum/ vel quomodo nō potest dici ꝓprie numeralis nisi extendendo naturā ad quācūq̄ pluralitatem distinctorum. Sed debet dici vnitas simpliciter transcendens.

An nūerus sit de genere q̄ti. possit inueniri in diuis/ ⁊ i sepatis a q̄to ⁊c. ꝓma opi.

¶ Quantum ad tertium dicunt aliqui/ q̄ in separatis a q̄to ⁊ breuiter in omnibus creatis inuenitur ⁊ est numerus de genere quātitatis quod probant. Tuꝝ quia omni tali numero conuenit par ⁊ impar: patet in omnibus creatis. Par autem ⁊ impar sunt passiones distincte quātitatis. Tum quia oīs talis multitudo creatorum est multitudo mensurabilis vere ⁊ mensurata Numerus aūt quantitas nichil aliud est q̄ multitudo profusa vno vt patet quinto Metaphisice ⁊ quarto. Et per Boetium primo arithmetice. Tum q̄ sicut punctus ad lineam sic vnitas ad numerū: ergo sicut punctus semper ad genus quātitatis pertinet ⁊ econuerso/ sic vnitas in creatis ad genꝰ quātitatis vel numeri ⁊ econuerso. Tum q̄ arithmetica est certior geometria/ quia est ex paucioribus primo posteriorum/ q̄ r numerus abstrahit a quāto ⁊ a situ/ sicut vnitas: nō autem punctus sicut dicitur ibi Sed si numerus ⁊ quātitas de qua arithmetica cōsiderat nō esset ex vnitatibus aliorum creatoruꝝ a quātis/ nō abstraheret a cōtinuo ⁊ situ. ergo ⁊c̄.

2. opi.

¶ Vltimo addunt aliqui ⁊ variantur a primis q̄ oportet q̄ vnitates omnis numeri sint homogenee ⁊ eiusdem rationis ⁊ sint nate facere vnum alioꝝ non cōstituunt numerum de genere quātitatis vt dicunt. Sed in aliis a quātitate est dare tales partes homogeneas: vt i aqua vel igne: ⁊ plurib? aliis substantriis. Et ideo dicūt q̄ tales partes substantiarum si sunt distincte faciunt numerum de genere quātitatis alium etiam a numero ex vnitatibus quātitatiuis ipsorum constitutis.

ꝓcedē. opi.

¶ Contra vtrāq̄ opinionē arguo q̄ null? numerus est de genere quātitatis nisi solum numerus cōtinuoꝝ ⁊ vt cōtinua sūt Et primo cōtra primos: qđ est in quolibet genere non est in determinato genere: sed numerus trāscēdens naturam vel suppositorum est in quolibet genere/ sicut ⁊ vnitas ibi correspōdens. ergo ⁊c̄.

¶ Secundo sic (⁊ est contra secūdos) in eodem genere est vnitas substantie homogenee ⁊ numerus talium substantiarum/ ⁊ similiter de aliis. Probatio quia vnum ⁊ multa non distinguntur nisi sicut alba ⁊ alba/ sed vnitas substātie homogenee secūdum q̄ huiusmodi est in predicamento substantie vel pertinet ad ipsum/ quia nichil positiuum addit super substantiam talem vt dictum est supra. ergo ⁊ cetera. ¶ Tertio sic. sexto Methaphisice ponit Aristoteles differētiam inter methaphisicam physicam ⁊ mathematicam/ ⁊ dicit q̄ forma vt concernit materiam sensibilem secundum diffinitionem pertinet ad mathematicam/ ⁊ vocat ibi materiam intelligibilem quātum/ vt autem abstrahit a materia vtrāq̄/ ergo non spectat ad mathematicam ꝙ consequens non est de genere quantitatis.

6. methꝫ.

Resoluo doctoris

¶ Dico igitur q̄ solus numerus quantitatis est in genere quātitatis: nec per consequēs numerus aliquis aliorum entium ad genus quātitatis pertinet: sed ad genus ipsorum. Patz etiam quia nūerus quātitatis est per se sensibilis saltez secūdum Aristotelem / saltem est [per]ceptibilis aliquo

modo/non tamē ꝓmo sed secūdo. Ex quo patz ꝙ in separatis a materia/ ⁊ in nō ℣tis non pōt inueniri. Et de isto loquitur Aristoteles tertio phisicorum ꝙ numerus causatur ex diuisione cōtinui.

Ad rōes ꝓce.opi.

¶ Ad ꝓmum dico ꝙ par ⁊ impar non solum cōueniunt nūero que est quātitas/ſz numero trāscēdēti. ¶ Ad secūdum dico ꝙ illa descriptio est cōmunis omni nūero/⁊ ideo non est propria numero quantitatis.

¶ Ad tertium dico ꝙ similitudo tenet de vnitate tantum que est principiū numeri quātitatis/ nō autem de omni vnitate ⁊ numero. ¶ Ad quartū dico ꝙ situs accipitur vno mō pro quodā predicamēto quod aliter dicitur positio. Alio modo pro differentia quātitatis / sicut etiā ⁊ positio eo mō quo dicitur aliqua quātitas habere positionē in partibus/⁊ talis quātitas habet terminū cōmunē suarū partium ad quē copulatur. ¶ Dico igitur ꝙ nūerus de quo est arithmetica non abstrahit a situ seu positione partium que sunt nate facere vnum ℣tū sed a totali copula ad terminum cōmunem/quē nō habet in partibus/⁊ ita est ex pauciozib⁹ arithmetica ℣ geometria/qz partes cōtinui de quibus est geometria cū hoc ꝙ habent situm/habent etiā copulam ad terminum cōmunem/nō autē partes numeri/quia sunt actu distincte ⁊ diuise/⁊ ita nō sequitur ꝙ numerus quātitas sit in nō quātis. Hec de tertio articulo.

Termini nūerales quo se habent i diuinis ⁊c.

¶ Quantum ad quartū articulum dico primo ꝙ numerus ꝓprie nō est in deo sicut nec vnitas numeralis. Qz aūt ibi nō sit nūer⁹ quātitas patet quia ibi nullū est accidens. Qz non numerus transcendēs patet/quia ibi non est totus/ nec aliquid maius/sicut nec sunt ibi virtutes essentialiter distincte. ¶ Secūdo dico ꝙ extendēdo numerum ⁊ quācunq; multitudinē vel pluralitatē est numerus/qz pluralitas personarū ⁊ attributorum vel perfectionū simpliciter sicut dictum est supra. vna tamē earum est realis ⁊ alia formalis. ¶ Tertio dico ꝙ termini numerales eodē modo dicūt aliquid positiuum ⁊ aliqd negatiuū sicut vnitates vel vnitas/⁊ hoc declaratū est supra ꝙ nūerus non est nisi plures vnitates. ¶ Quarto dico ꝙ termini numerales in personis diuinis ponūtur ad excludendum cōfusionem personarū contra sabellium/ad excludendum solitudinē contra foxtunium/⁊ ponit aliquid personas distinctas. ¶ Ultimo dico ꝙ termini numerales cū sint adiectiua dicūt rem suam circa substantiuū. Et ideo dico ꝙ si addantur substātiuis essentialibus faciunt ꝓpōem falsam/sicut dicendo tres dij/vel tres sapientie. Si autē addātur personis vt indeterminate significātur per hoc nomen persona/sic est locutio vera qz tūc significant distinctionem ꝓsonarum ꝙ modū qui cōuenit puta per relationē/⁊ ideo in diuinis significant vel dicunt vel saltē ꝓnotāt relationē indeterminate/sicut etiā relatio vel ꝓsona. Sed nunc̄ substantiā Dico ꝙ non cōnotant secūdam substantiam sed primā/q̄ est persona/indeterminate tamē sicut ypostasis.

¶ Ad ꝓmuz ꝓncipale cōcedo ꝙ in diuinis non est numerus quātitas/quia ibi non est accidens nec vnitas que est principiū nūeri illius primo nec alicuius numeri ꝓprie accipiendo numerum: vel etiā dici potest ꝙ nō omnis vnitas que est principium cuiuscūq; numeri nō oportet ꝙ sit accidens puta numeri trāscendentis/sicut dictum est supra. ¶ Ad secūdum dico ꝙ nō opponitur multis/sicut vna negatio multis/vel vnū pluribus. Et dico ꝙ principaliter importat negationem/⁊ non aliquid positiuū/vt dictum est supra.

¶ Ad tertiuz de numero dico ꝙ numerus in diuinis vel termini numerales(accipiendo numerū large)principaliter ſignificant negationes sicut ⁊ vnitas/sed tamen cōnotant positiua. ¶ Ad quartum concedo ꝙ in diuinis numerus nō dicit aliquid positiuum sicut mēsura ⁊ mēsuratum. ꝓpter quōvni conuenit ratio mensure quātum ad suum positiuū/ ⁊ similiter numerus. Et ideo dico ꝙ ⁊ si concedat mensura ⁊ mēsuratum in vnitate ⁊ multitudīe vel pluralitate que est in diuinis ad modū vnitatis et numeri/non tamen sequitur ꝙ aliquod ip̄orum dicat aliquid positiuum formaliter sed tantū fundamentaliter ⁊ cōnotando. Sic ad istud.

¶ Distinctionis.xxv.
Questio Vnica.

¶ Circa distinctiōez vigesimāquintā quero vtruz persona sit nomē prime intentionis vel scde. ¶ Videtur ꝙ secūde intentionis: qz illud ē secunde intētionis in deo qđ habet tantuz vnitatē noīs in ipso/sed persona est hmōi. ergo ⁊c. ꝓbatur mino: qz persone secūdum ꝙ huiusmodi nō cōueniūt in aliquo extra intellectum nisi secūdum rationem vt videtur/qz plura secūdum rōnem nō sunt vnum nisi secūdum rationem. ¶ Secūdo sic. ꝓparticulare est nomen secūde intētionis sicut ⁊ vniuersale cui opponitur: ergo similiter persona vt videtur. ¶ Tertio sic. Nomen quod nō dicit ex principali significato aliquid reale vel aliquid positiuum est nomen non prime impositionis sed secunde intētionis/ vt videtur: sed persona est huiusmodi vt dictuz est supra qz in principali significato nō dicit nec importat nisi negationem que est incōmunicabilitas: ergo ⁊c. ¶ Quarto sic. Nullū abstractū a singularibus ⁊ a rebus est nomē prime intentiōis: quia prie intentiones sunt in rebus nec significata talū sunt entia nisi rationis/sicut nec aliquid est abstractum a rebus secūdum rem/sed tātum rationem: sed persona est hmōi qz abstrahit a patre ⁊ filio ⁊ spiritu sancto ⁊ nō est aliquid cōmune in re. ergo ⁊c.

¶ Contra illud quod dicitur ad se non est nomen secunde intentionis: quia intellectus non facit per suum intelligere precise nisi respectum rationis: ſz persona dicitur ad se septimo de trinitate. g ⁊c.

¶ In ista questione sic ꝓceda ¶ Primo inquiram vtrum persona sit nomen secunde intentionis vel prime. ¶ Secundo dato ꝙ sit nomen prime/vtrum sit nomen vniuocum ad ꝓsonam creatam increataz. ¶ Tertio vtrū sit vniuocum ad tres ꝓsonas increatas. ¶ Ultro ad rōnes.

¶ Istam opiniones non possum tenere/nec ipsi etiã si tenerẽt bene p̃incipis sua. Et ideo arguo p̃imo sic cõtra eã. Relationes dei ad creaturã quãtum spectat ad p̃opositũ sunt similes relationibus mẽsure ꝛ mẽsurati: sed secũdũ

5. metha. Aristotelem. v. metaphisice. Mensura refertur ad mẽsuratũ: quia mẽsuratũ ad mẽsurã non ecõuerso: ergo similiter deus ad creaturã: ergo relatio creature est p̃ior. ¶ Secũdo sic. quãdo aliquid nõ est in alio nisi scõm rationẽ in habitudie ad sibi correspondẽs scõm rem p̃ius est sibi correspondẽs secũdũ rem q̃ illud scõm rationẽ. Patet p̃ius est de extrũ in animali q̃ in colũna vel etiã sinistrũ: sed sic est in p̃oposito. ¶ Tertio sic. Si in deo essent p̃ia res qꝛ sunt sub aliter idem qõ de⁹: sequerẽ q̃ eẽnt relationes reales: sed hoc est falsum: g̃ ꝛc. Probatio cõsequẽtie qõ est relatio et substãtialiter idem cũ aliqua re necessario est relatio realis. ¶ Quarto dico q̃ hec opinio est cõtra Augustinũ quinto de trinitate ca. vltimo: vbi dicit q̃ deus dicit tẽporaliter dns qꝛ creatura serua: vbi patet clare q̃ ipe ponit relationẽ seruitutis p̃iorem. ¶ Dico igitur q̃ quicquid est pfectionis ꝛ ex natura rei in deo est

Augu. 5. de tri. p̃ius omni eo qõ est in creatura. Sed dico q̃ tales respectus rationis sunt posteriores scõm rationẽ in ipso. Unde dico q̃ ipse p̃ius cõcipit relationes reales creaturarũ ad ipsum q̃ rationis sue ad creaturam. Unde ꝛ deus relative dicit creator ꝛ dns ꝛ huiusmodi: quia creatura refertur ad ipm̃ et creat vel subijcitur vel est serua.

Ad motiua. 1. opi: ¶ Ad p̃imũ eorũ dico q̃ actio de genere actionis que est respect⁹ realis ꝛ causalis passionis est p̃ior passione: sed nõ sic de creatione: quia illa nõ est respectus talis realis: nec actio de genere actionis sicut visum est supra. ¶ Ad scõm maior est falsa: possunt esse fundamenta esse aliquãdo sicut p̃ius ꝛ posteri⁹ natura: ꝛ tamen relationes sunt simul natura: vt patet de relationibus cause ꝛ causati: ꝛ ideo licet fundamẽtum istarũ relationũ in deo sit p̃ius nõ oportet de relationibus. ¶ Ad tertiũ maior est falsa sicut statim dictũ est: dato esse q̃ causa sit p̃ior non oportet tm̃ q̃ relatio ei⁹ sit p̃ior relatione: sed põt esse posterior si sit relatio rationis ꝛ relatio effectus sit relatio realis. ¶ Ad quartũ minor est falsa vt patet ex predictis: nunq̃ esset ens rationis est substãtialiter idem cũ ente reali. Et hec de tertio articulo p̃incipali.

Ad argumẽta p̃incipalia. ¶ Ad p̃imum p̃incipale dico q̃ nõ est seruus in effectu qui non habet dñm in effectu nec econuerso. Sed dico q̃ alicui põt cõuenire relatio rationis dñi ab eterno respectu alicui⁹ qõ nõ est eternũ in effectu ꝛ in re/tm̃ est eternũ in esse intellecto vel cognito eo modo quo dictũ est supra/ꝛ scõm hoc nõ est incõueniens deũ fuisse ꝛ dici dñm ab eterno in esse intellecto ꝛ creaturã seruã. Vel dic q̃ relatio dñij nõ est omnino terminata duplici termino suo p̃imo ꝛ per se scz: ꝛ etiã termino per accidẽs q̃ est creatura in effectu donec creatura sit creata siue p̃ducta ꝛ ideo de⁹ de nouo dicit dns. ¶ Ad scõm dico q̃ difficile est michi videre q̃ relatio rationis ꝛ realis sint formaliter oppposite oppositiõe relatiua. Et videt michi q̃ nõ sint oppposite: qꝛ non simul natura. Et ideo dico q̃ relatio dei ad creaturas nõ opponit formaliter relatiõi creature realit ad deũ. Nec oportet arguere ex hoc simultatẽ ipsarum. Aliter potest dici q̃ licet creatura ꝛ sua relatio realis ad deũ sit noua in re ꝛ in effectu est tamẽ antiqua in esse intellecto ꝛc. ¶ Ad tertiũ qũ dicit q̃ nũmus sine mutatione sit p̃cius dico q̃ verum est per voluntatẽ mutabilẽ instituẽtis: dico q̃ de⁹ habet bene aliquos respect⁹ rationis nouos p̃ actũ intellectus causati mutabilis: sed nõ p̃ actus intellectus sui: qꝛ esse in suo actu mutaret necessario: sicut etiã nummus mutaret si per aliquẽ actũ suum fieret p̃ciũ de nouo. ¶ Ad quartũ dico q̃ respectus rationis p̃cise acceptus conueniens alicui de nouo nõ ponit mutationẽ realem in eo: sed necessario arguit mutationẽ in aliquo siue sit in illo cui cõuenit formaliter siue nõ: ꝛ ideo dico q̃ si respectus rationis ponat cõuenire deo p̃ actũ intellect⁹ causati mutatio nõ fit i ipso: sz tm̃ arguit necessario mutationẽ in intellectu creato. Sitr si de nouo cõueniret sibi p̃ actũ p̃riũ necessario mutaret quare ꝛc.

¶ Distinctionis. xxxi.
Questio Prima.

Circa distinctionẽ

Trigesimã primã. Quero vtr idẽtitas/equalitas/ꝛ similitudo in diuinis p̃sonis sint relationes reales. ¶ Videt q̃ sic qꝛ relatio que habet extrema realiter distincta ꝛ fundamẽtũ reale est realis: sed iste sunt huiusmodi: g̃ ꝛc. ¶ Scõo sic. Illa equalitas est realis scõm quã aliqua realiter sunt equalia. Sic de similitudine: sed persone diuine realiter sunt equales: g̃ ꝛc. ¶ Tertio sic. Illud qõ est adoradũ in diuinis est reale: qꝛ nullũ ens est adorandũ nisi ens reale: sed equalitas est huiusmodi: g̃ ꝛc. Minor patet per Gregoriũ in p̃fatione de trinitate vbi dicit. Qꝛ in p̃sonis diuinis adoretꝛ equalitas: g̃ ꝛc. ¶ Quarto sic. Arrianus dãnatur ꝛ reputatur hereticꝰ: qꝛ negauit equalitatẽ patris ꝛ filij. Sed nõ eẽt reputãdus ex hoc nisi equalitas diceret aliquid reale: g̃ ꝛc. ¶ Contra qꝛ dicit in diuinis scõm substantiã nõ dicit relationẽ nec per cõsequẽs relationẽ realẽ. viij. de trinitate. Sed equalitas est huiusmodi: ergo ꝛc. Minor patet q̃ Magistrum in litera.

Gregor.

Arriani error.

8. de tri.

¶ In ista q̃stione sic procedã.

¶ Primo p̃mittã aliqua ad intellectũ questionis ¶ Secõ ponã vnã opinionẽ subtilẽ cũ suis motiuis: q̃ relatiões cões inter distinctas p̃sonas sint reales: ꝛ declarabo eã quãtũ ad modum ponendi. ¶ Tertio adducã aliqua q̃ ab aliquib⁹ adducũt p̃ eã: ꝛ ostendã q̃ nõ cõcluditur cõtra eã. ¶ Quarto ostendã q̃ tales relatiões nõ sunt reales in diuinis sed rationis tm̃: ꝛ respondebo ad motiua p̃ime opinionis. ¶ Ultimo ad rationes p̃incipales.

Sillitudo equalitas ꝛc. q̃d dicantur in deo ꝛc.

¶ Quantũ ad p̃imũ p̃emitto primo q̃ ẽtum apparet ex intentione magistri sicut sibi imponunt aliqui: videtur posuisse q̃ idẽtitas et similitudo et equalitas et huiusmodi relationes: nõ dicanꝫ in deo vl de deo positiue sz tm̃ negatiue ad remouendũ dissimilitudinẽ vel inequalitatẽ. Ut̃ ꝛ consequẽter videt posuisse q̃ dicantur secũdum substantiam ꝛ nõ secũdum relationem in termino secũdum appellationẽ. Sz istud non tenetur/imo dicitur q̃ idẽtitas similitudo equalitas dicunt relationes positiue/quia ista noia ip̃osita sunt ad significandum p̃incipaliter ꝛ formaliter relationem positiue/ quod patet simile enim ad se non dicitur/sed dicitur positiue alicui simile. Similiter etiam equale ꝛ idem etiam. Et ideo dico sicut cõmuniter dicit q̃ similitudo ꝛ hmõi dicũtur in deo relationes positiue. Et hoc etiam dicit magister intẽdens q̃ sunt relationes rationis que fundamentaliter dicuntur secũdum substãtiam/nõ ponentes relationes reales ꝛ excludentes diuersitatẽ ꝛ dissimilitudinem inter personas. ¶ Secũdo p̃mitto q̃ ista tria/similitudo/ equalitas/ꝛ identitas. Uno modo dicũtur secũdum substantiã ꝛ secũdum aliquid ad se. Alio modo fm̃ relationem. Scõm substantiam dicũtur (sl̃y fm̃ reduplicet rõnem fundamentalem ip̃sorum) eo mõ quo dicimus q̃ aliquid dicitur alicui simile scõm albedinem ꝛ isto mõ non dicuntur fm̃ substantiam per se in p̃imo mõ dicẽdi per se. Alio modo dicũtur fm̃ relatiões(sl̃y fm̃ reduplicet rationẽ formalẽ ꝛ quidditatiuam) q̃ se p̃imo mõ qꝛ sunt per se p̃imo mõ relationes/licet fundentur in substãtia ꝛ in aliquo ad se. ¶ Tertio p̃mitto q̃ idẽtitas ĩ diuinis dupliciter accipi potest. Uno modo p̃o habitudine eiusdem totaliter indistincti ex natura rei ad seip̃m. Et isto mõ identitas est respectus rationis secũdum oẽs/ꝛ denoiat vnum fundamẽtuꝫ eo modo quo dicimus q̃ pater est idem sibi/ipsi/vel filius/vel huiusmodi/vel etiã essentiam vel relationem: essentia esset eadẽ est sibi ipsi/ꝛ p̃nitas eadẽ sibi/ipsi. Alio modo accipit p̃o habitudine alicuius distincti ex natura rei ad alio que tamen conueniunt in substãtia vel natura diuina existẽti vna numero in ambobus intrinsece. Et isto modo nõ denoiat nisi suppositũ /nõ in habitudine ad seip̃m/sed ad aliud suppositũ: isto modo dicitur pater idẽ in substãtia cũ filio. Et ecõuerso/ꝛ similiter de spũsancto. ¶ Ex quo patet q̃ differẽter dicit idẽtitas in diuinis ꝛ similitudo vel equalitas: qꝛ licet vnicũ suppositum ꝛ essentia dicat idẽ vel eadem sibi/ipsi/non tamen equale vel simile seu equalis vel similis vno mõ. sed accipiunt ista tantum sicut idẽtitas secũdo mõ dicta videlicꝫ suppositi ad suppositũ realiter distinctũ: quare autẽ hoc sit nescio nisi quia sunt tales relatiões. ¶ Ad p̃positum autem in ista questione intendo loqui de idẽtitate secũdo modo accepta/scz suppositi ad distinctum suppositum penes naturã vel essentiam diuinam vt essentia est ꝛ natura vel substantia: qꝛ illa q̃ est eiusdem suppositi ad seip̃m patet q̃ non est realis. ¶ Quarto p̃mitto quantum ad fundamenta istarum relationum scz idẽtitatis equalitatis ꝛ similitudinis q̃ secũdum philosophũ. 5. methaphisice. Unum in substãtia facit idem: vnũ in quãtitate facit equale: vnum vero in qualitate facit simile: ꝛ ita q̃ in creaturis substantia vna fundat idẽtitatẽ quãtitas vna fundat equalitatẽ / sed qualitas vna fundat similitudinẽ. Applicãdo ad diuina dico q̃ aliquid in diuinis se habet vtvnũ quod est substantia vel essentia seu natura dans esse p̃imũ substantiale diuinũ/ꝛ illud est essentia vel substãtia diuina. Aliquid vero est ibi sicut qualitas dans esse quale aliquo mõ formaliter denoiando / cuiusmodi sunt sapientia/iustitia/ꝛ sic de talibus/intelligere velle ꝛ hmõi/ꝛ oia ista sunt cõmunicabilia: super p̃imũ fundatur p̃opꝛie idẽtitas inter personas diuinas super alia similitudo. Sed sup̃ quid fundat equalitas vt dictum est supra distinctione. xix. q̃ fundat supra magnitudinem perfectionis vel virtutis: sz quia ista magnitudo in diuinis non distinguit positiue ex natura rei a pfectione cui⁹ est puta ab eẽntia vel qualibet pfectione. Ideo dictũ est supra q̃ fundamentum equalitatis in diuinis nõ distinguitur ex natura rei per aliquid positiuũ a fundamentis identitatis ꝛ similitudinis. Magnitudo eẽt vel infinitas diuine essentie nõ distinguitur ex natura rei positiue ab essentia: nec magnitudo sapientie a sapientia/etiã secũdum istos vel saltim aliquos eorum qui ponũt istas relationes esse reales. Dicunt eẽt q̃ imensitas eternitas ꝛ potentia ad extra sup̃ que fundat equalitas in diuinis/(secũdum Augustinus de fide ad petrũ) nõ distinguũtur ex natura rei penes aliquid positiuum ab illis quoꝫ sunt. Uñ immensitas essentie vel sapiẽtie/ vel eternitas non dicũt sup̃ essentiã vel sapientiã ex natura rei nisi negatiões quasdã/quarum p̃ima negatio termini limitantis in cẽndo ꝛ secũda negatio finis vel p̃cipiũ in durando/potentia: etiã vt dicit respectum ad extra vel magnitudo eius nõ distinguitur a voluntate diuina nisi secũdum rõnem. ¶ Ex quibus concludo vnum q̃ videtur michi certũ q̃ ex distinctiõe fundamẽtoꝝ idẽtitatis ꝛ equalitatis ex vna parte/vel equalitatis ꝛ similitudinis ex alia nõ potest concludi q̃ identitas ꝛ equalitas sint distincte relationes reales: nec etiaꝫ equalitas ꝛ similitudo sicut bene dicebatur supra distinctione. 19. Utruꝫ autem sint reales dicetur infra. Hec sunt que ego p̃emisi ad intellectũ qõnis. Hec de p̃mo articulo.

Cozrela.

Aduerte

4m p̃mis sum notãdum.

5. metha.

Equalitas idẽtitas ꝛ similitudo an sint relatiões reales in diuinis. p̃ima opi.

¶ Quantũ ad scõm articulũ

est vna opinio subtilis que ponit eẽ reales relationes in diuinis. Ad hoc adducũtur plures ratiões. Prima est ista arguẽdo de vna/puta de equalitate vt in pluribus oĩs relatio habens fundamẽtũ reale ꝛ terminũ vel extrema realiter distincta/ꝛ cõsurgens ex natura rei inter extrema est realis. Patet ex supradictis. Notãt eẽm isti q̃ ad hoc q̃ relatio sit realis requiritur q̃ fundamẽtuꝫ sit reale/ ꝛ ideo entis ad non ens vel ecõuerso nõ est relatio realis. Secũdo q̃ extrema sint realiter distincta/ꝛ iõ eiusdem ad seipsum nõ est relatio realis. Tertio q̃ cõsurgat ex natura rei inter extrema/ꝛ iõ relatio dei ad creaturam nõ est realis: quãdo aũt p̃currũt ista tria necessario relatio est realis: sed relatio equalitatis persone diuine ad p̃sonã est huiusmodi. Patet eẽm tum qꝛ habet fundamẽtum reale qꝛ magnitudo perfectionis diuie vel vnitas magnitudinis est in deo realiter ꝛ ex natura rei vt patet. Tum qꝛ ibi est infinitas ex natura rei: qꝛ alias obiectũ diuinum quietare ꝛ beatificare nõ posset fm̃ noticiam intuitiuam que sola est beatifica / michil est nisi alicuius ex natura rei ꝛ p̃sentis/qꝛ michil finitũ põt beatificare nec quietare. Tum qꝛ si nõ eẽt ex natura rei in deo in nullo ente esset/ cũ tamen non repugnet enti: similiter p̃ty q̃ habet extrema distincta/ quia necessario p̃supponit relatiões originis distinctiuas personarum. Tertio patet q̃ ex natura

illam magnitudinem terminēt istas relationes vt
pēr terminū quo: nec requirit q talis termin⁹ plu-
rificetur sed de terminātibus quorum qlibet ter-
minat vt quod/requiritur ꝛ hoc in istis relationib⁹
hoc patet etiam de istis relationibus paternitas ꝛ
filiatio/que secūdum ipos hūt eundē terminū quo
puta essentiam: licet habeāt duos terminos qō sci-
licet patrem ꝛ filium ꝛ hoc est mēs Augustini nec
est in aliquo contra hoc vt videtur. ¶ Ad quintū
dico q maior est simpliciter falsa. Nam eiusdē ca-
lefacientis vnicam ēm eundē calorem vel idē fun-
damentum ad idem calefactum est duplex relatio
alterius rationis realis puta similitudo de primo
modo/ꝛ relatio de secūdo modo. Sic in ꝓposito/et
multo fortius diceret. ¶ Ad sextū dico q per idez
probaret paternitatē ꝛ filiationē nō esse reales/qz
nec ēm ipas refertur eēntia diuina ad seipam /nec
relatio ad relationē/sed magis suppositū cōstitutū
ex essentia ꝛ relatione: ꝛ tunc diceretur similiter q
per relationē equalitatis/nec refertur eēntia ad se
nec relatio ad relationē/sedvnū suppositū ad alid.
¶ Ad septimū dicerēt alij q ille relatiōes nō sunt
similes propie qz similitudo realis in diuinis non
fundatur nisi supra aliquā perfectionem. Relatio
autē quecūqz in diuinis nullam perfectionē dicit.
Et ex hoc patet q non est simile de personis vel si
forte sint similes ille non sunt similitudines reales
sed rationis super relationes autez reales possunt
fundari relationes rationis quicquid sit de realib⁹
quia de hoc est dubium cum dicatur quinto Eucl
euclides 5. elemen torum. dis q ꝓportionabilitas est habitudo duarum ꝓpor
tionum/ꝛ planum est q oīa illa dicūt relationē: sed
de relationibus rationis certū est: qz ītellectus po
test quodcūqz ens ad aliquē cōparare/ ꝛ p ꝑns fun
dare sup ipm aliquē respectū rōnis. igitur ꝛc.
¶ Ad octauum dico quicqd sit de cōsequēte q an
tecedēs est falsum/equalitas ēm in creaturis est re
latio realis necessario/ꝛ dicere oppositū est destrue
re primum modū relationū/ vel est dicere in predi
camēto reali ꝛ ad aliqd sue relatiōis faciat primū
modum respectus rationis: qz non minus videt q
equalitas ꝛ similitudo sint rea les relationes ꝝ in-
equalitas ꝛ dissimilitudo.

Ad motiua prime opi. ¶ Ad primum motiuum ipoz dico q licz equalitas habeat an
nexam negatiōem magni ꝛ parui/ꝛ hoc sufficit ad
intentionem philosophi/tamē formaliter dicit ali-
quid positiuum ꝛ relationem realem in creaturis.
¶ Ad secūdum dico q in diuinis planū est q fun-
damētum equalitatis est realiter vnum. In creatu
ris dico q due ꝓtitates vnū scz in substātia ꝛ vnū
numero in quātitate super que fundātur due equa
litates habent suas vnitates vel potius entitates
numerales reales/super quarum vnaz fundat vna
equalitas/ꝛ super aliā alia sane intelligendo eodē
modo quo vnitas pertinet ad fundamētum/si autē
vadas ad vnitatem istorum speciuocā dico adhuc
sicut in scdo apparebit q illa est realis ꝛ ex natura
rei aliquo modo/ꝛ ita nichil valet. ¶ Ad tertium
dico q identitas eiusdē ad seipm nō est relatio rea
lis/nec pertinet veraciter ad predicamentuz reale
relationis/sed identitas aliquorum duorū suppos
torum creatorum in natura substātiali speciuoca.
Dico q est realis ꝛ pertinet veraciter ad primum
modum relatiuorum. ¶ Ad quartum de coexigen
tia. dico q si argumētum est bonum sequitur q re-
lationes de secundo modo vt paternitas ꝛ filiatio
in creaturis nō sunt reales/qz pater secūduz id qō
est absolutum in ipo nō coexigit filium necessario
vt patet/qz manet corrupto filio ōtuz ad illud ab
solutum/ ꝛ similiter filius mortuo patre. Similit
dico q manet scientia destructo ꝛ corrupto scibili/
quia de aliquo nō existente in actu in seipo ꝛ in re
est sciētia/vt de rosa nulla rosa existēte. Similiter
etiam manet accidēs sine subiecto. Preterea etiā
quero a te de ista coexigentia vel est ad aliquid ab
solutum vel respectus: nō potest dici absolutū quia
est ad aliud/ergo respectus ꝛ nō rationis/ergo rea
lis/ergo exigit vnam aliam exigēttiam ante se/ꝛ est
relatio realis ante relationem in infinitum. ꝛc.
Unde dico q illud dictum de coexigentia tali est
nullum ꝛ fictum: ꝛ per cōsequēs nullum est dictuz
aliquorum qui dicūt q dei ad creaturam nō est re-
latio realis/qz nō exigit necessario creaturam: co-
exigentia ēm relatiuorum per se nō est nisi secūdū
relationes ꝛ est ipa relatio ipozum. Quando dicis
q plus coexigit relatiuum reale alterū ꝙ relatiuū
rationis. Dico q verū est pro tāto qz coexigit ipm
in esse reali primo nō sicut tu dicis: relatiuum vero
rationis nō coexigit simpliciter relatiuū nisi in eē
rationis per se dico / puta quādo idem referrek ad
seipm vel coexigeret seipm/ vel qūo vnum album
coexigit secūdum id quod est/alterum album. Di-
co q nichil valet illud argumentum. Apponitur
vna ratio quia equalitas cōuenret diuinis perso-
nis dato q per impossibile nō eēnt in re/nichil mi-
nus enim intelligerētur equales ꝙ modo/ꝙ equa-
litas nō est relatio realis. Diceret q ita concludē-
dum de paternitate ꝛ filiatione ꝛ spiratione est: nō
non valet sicut ēm sequitur in re diuinas personas
positas in re/si ponatur relatio realis) ita sequitur
in intellectu si ponatur intellectus sicut patet de ri
sibili ꝛ homine: ita q si per impossibile vel possibi-
le non esset homo in re si in intellectu/adhuc ipsuz
sequeretur ꝛ sibi conuenret risibile in intellectu.
Hoc tamen non obstāte dicim⁹ q risibile est passio
realis hominis. Sic diceretur q nisi alis obstaret
equalitas vel similitudo esset relatio realis. igitur
ꝛc. Hec de tertio articulo.

¶ Quantū ad quartū articulum

Opi. doctoris. dico primo q idētitas similitudo ꝛ equalitas
non sunt relationes reales in diuinis sed poti⁹ ra-
tionis. Secūdo dico q presupponūt necessario re
lationes originis distinctiuas personarū. Ultimo
q multiplicātur iste tres disparate/ꝛ sunt alterius
ꝛ alterius rationis: ꝛ tandem q equalitas ꝛ simili-
ter alie quelibet istarū multiplicat in eodē suppo-
sito ad alia duo supposita secūdum quodlibet suuz
fundamentum. ¶ Primū probo sic. Omnis enti-
tas realis in deo vnius rationis secūdum speciem
vel quasi secūdum speciē specialissimam est ex se et
vna numero/ꝛ per ꝑns plurificari non potest quic-
quid est in deo realiter est purus actus: quod autē
non est realiter ꝛ formaliter de se hoc nō est purus
actus probo/qz ex se est in potētia ad hoc. ꝛ hec ad
multa: sic ēm sibi cōuenit esse hoc q ꝓtum est ex se
indifferens est ad multa ꝛ ita in potentia ꝛ non est
purus actus sed equalitas q̄ est relatio realis non
est de se hec ꝛ immultiplicabilis. Sed est necessa-

q equalitas sicut dicit ꝛ idem nō sunt relationes realis ꝙ rōnis.

rio multiplicabilis eiusdē rōnis specialissime exi-
stens. Probatur qz oīs relatio equiparātie in vno
extremo habet aliam relationē eiusdē rationis sibi
correspondētē in alio extremo. Nā si esset eadē am
borum idem secundum illam realiter referretur ad
seipm/qz sicut illa terminaretur ad aliud/ ꝛ ita ad
seipam ꝛ vt ad quod haberet ipam. Hoc patet etiā
quia impossibile est q relatiōes oppositе sint in eo-
dem relatiuo ꝛ patet hoc qz relatiua multiplicātur
ꝛ si non necessario semper penes fundamēta saltim
penes relatiōes: vnde sic est relatio nō solum ad ali
quid sed ad aliud. Unde patz falsum simpliciter q
aliqui ponunt equalitatem esse eandem relationez
numero in ꝑsonis diuinis: ꝛ est simpliciter fictū di-
ctum: simpliciter ēm sequeretur q pater seu aliqua
persona realiter referrek ad seipaz/qz in ipa est for
maliter illa relatio qua alia refertur ad ipm vel ad
ipam nisi diceretur q equalitas illa eēt formaliter
in vna persona tm̄ ꝛ nō in alia nisi denominatiue: qō
est nichil dictu: patet qz sicut relatiōes oppositе al
terius rōnis non possunt esse eiusdez speciei vel ra
tionis/ita nec oppositа eiusdē ratiōis pōt esse vna
relatio numero. Sic aūt se habz equalitas vt equa
litas similiter patet de respectib⁹ rōnis oppositis
vel quasi: q nō possunt esse idē respectus: ꝛ q multa
potest hoc probari. Unde ꝛ hec est intētio Aristo-
telis ꝛ Auicēne q oportet relatiua realia necessa-
rio saltim in ꝓtum relatiua distingui. Sūt ergo di
uerse equalitates ꝛ eiusdem rōnis/qz sunt relatio-
nes equiparantie qz eiusdē rōnis ꝛ nois in vtroq
extremo. ergo ꝛc. Respondetur ad istā questionez
q omne qō est eiusdez rōnis specialissime vel quasi
in diuinis est ex se hoc/nisi supponat aliqua alteri⁹
ꝛ alteri⁹ rōnis per que determinatur ad certā mul
titudinem plurium eiusdem rōnis/sicut est in ꝓpo
sito de istis relationibus que presupponūt relatio
nes originis alterius ꝛ alterius rationis. Ista re-
sponsio nichil valet ad ꝓpositum/ qz si iste relatio-
nes presupponāt illas si tamē sunt reales planū
est q equalitas ex se nō est premultiplicabilis nec
hec tollit ab eo relatio aliqua quā ꝑ supponat sicut
nec tollit ab ea habere relationem mutuā eiusdem
rationis/nichil enim est ex se hoc p aliquid alteri⁹
rationis ꝛ extrinsecuz sibi sue presupponatur sive
non/ꝛ ita patet q nō tollit rationem quin sit ꝓtuz
est ex se in potentia ad esse hoc ꝛ multa: preterea etiā
dico q si equalitas eēt relatio realis in deo cum ex
se non esset hec eiusdem rōnis existēs esset tm̄ in nō
repugnātia ad multa/vel in potentia/ꝛ pari ratio-
ne ad infinita ꝓtum est ex se: ꝛ cū ipa sit necesse eē
necessario esset actu infinite multitudinis. Nec va
let dicere q determinetur per relationes originis
precedentes vel priores/qz oē qō ꝓtum est ex se nō
repugnat necesse esse intra ꝛ realiter vel secūdum
esse reali cōuenit sibi in actu: nec potest determina
ri ad oppositū per quodcūqz aliud: ꝛ ideo dicere si-
cut dicūt isti q eiusdem rationis existēs est indeter
minatum ex se ad multa: ꝛ per cōsequēs ad infinita
ꝓtum est ex se ꝛ est necesse esse/ ꝛ cum hoc deter
minetur p aliquid extrinsecum a se sic q nō possūt
esse talia infinita est implicatio; contradictionis.
¶ Secūda ratio est ista id qō ponit cōpositionem
necessario non est ponēdum in deo. Patet ex disti
ctione octaua. sed equalitas realis relatio necessa-
rio ponit cōpositionē ꝛ est composita: qz illud quod

non est de se hoc est in potētia ad illud per qō fora
liter est ꝛ per ꝑns cōponibilis sibi: equalitas autē
non est de se hec vt probatum est. ergo ꝛ cetera.
¶ Tertia ratio. Illud qō habet ꝓprie rationem vni
versalis vel particularis nō est ponendum in deo.
Patet ex supradictis q omne vniuersale est cōtra
hibile ꝛ determinabile ꝛ potētiabile: sed equalitas
realis habet rationē vniuersalis ꝛ particularis qz
omnis entitas realis q̄ de se nō est hec habet ratio-
nem vniuersalis/ꝛ vt patuit per illud p qō est hec
habet rationem particularis. ꝛc. ¶ Quarta ratio
est ista vbicūqz est dare quidditatem que de se non
est hec est dare materiā aliquo modo puta illo mo-
do quo dicit philosophus primo de celo. Qz qui di
cit celum dicit formā/cū dico hoc celum dico mate i. celi.
riam: forma ēm hic accipit pro quidditate ꝛ mate-
ria pro differentia individuali contrahēte sicut di
ctum est supra/etiā scōm istos. et isto mō loquitur
philosophus duodecimo methaphi. q prima eius-
dem rationis nō pluralitatur nisi per materiā: non
accipiēdo materiam vt alij accipiūt/ꝛ patet in plu
ribus locis. 7. methaphisi. q ibi accipit philosophus ma
teriam isto modo sed in diuinis nō est materia ullo
modo. ergo ꝛc. Videtur igitur per istas ratiōes q
identitas/similitudo/ equalitas nō sint relatiōes
reales sed sunt relatiōes rōnis vt dicit cōis opinio
Hec vnḡ Bonauētura dicit oppositū/quod tamē
imponūt sibi alij. ¶ Secūdo dico q iste relatiōes q tam si
sicut loquimur de ipsis necessario presupponūt re- cte rela
lationes originis distinctiuas personarū primo qz tiōes pre
secūdum Hylarium. 3. de trinit. Similitudo sibijpsi suppo-
non est/nec per ꝑns equalitas: ergo iste presupponūt rela
distinctas personas. ¶ Secūdo qz dicit Augusti tiōes ori
nus 6. de trinitate. vltimo cap. q in filio est prima ginis di
equalitas terminattiue: hoc aūt nō esset si equalitas stinctas
esset eiusdem ad seipm. Nam in patre esset tūc pri- personarū
ma equalitas. ¶ Tertio qz sicut ꝓmissum est supra ꝛc.
Iste relationes non sunt eiusdē ad seipm sed sup- Hylarius
positi ad aliud suppositū. ¶ Quarto qz vbi tales Augusti.
relationes sunt reales necessario presupponūt dis-
tincta supposita realiter. ergo cū habeant similem
ordinem in diuinis vbi sunt relationes distinctiue
¶ Aliter ꝓbatur hoc ab vno. Primo qz cōicatio Alie cla
magnitudinis ꝑ supponit cōicationē essentie a qua rōnes.
distinguātur essentialiter magnitudo secūdum rō-
nem: qz similem ordinem hūt ac si distinguerentur
scōm rem/sed per cōicationem essentie habetur di-
stinctio suppositoz/super magnitudinē vero cōica
tam fundatur equalitas. ergo ꝛc. ¶ Secundo sic.
Pluralitas aliquorū eiusdem rōnis in alto finita 1ª.
exigit pluralitatem aliquorum eiusdem rationis
secūdum que determinetur /sicut pluries fuit supe
rius declaratū secūdum eos: sed equalitas vel idē-
titas ꝛ similitudo sunt plures eiusdē rōnis: vnūqō
qz in ratione sua/ergo cū sint in diuinis certe ꝛ de-
terminate multitudinis necessario exigunt rela-
tiones originis alterius ꝛ alterius rationis dicūt
q ista ratio cōcludit sive sint relationes reales sive
relationes rōnis. ¶ Sed prima ratio michi cōclu reprobatio rōnū
dere non videtur. Videtur ēm michi q distinctio precedē.
suppositi a supposito nō presupponitur cōicatiōi
magnitudinis/imo illa est prior ꝙ constitutio suppo
sitorum vel saltim nō est posterior/ideo nō cōclu-
dit. ¶ Secūda ratio etiam nō est necessaria/vt pa-
tuit supra dictum est cōtra eam si iste ponātur relatio-

nes reales: si autem rationis tūc determinatio certe multitudinis ipārum nō accipitur solum ex aliquo supposito sed ex intellectu. ¶ Tertio dico q̄ idēritas similitudo ⁊ equalitas in diuinis sunt relationes disparate alterius ⁊ alterius rōnis: de idētitate ⁊ similitudine patet: q̄ habent fundamenta ꝓpria alterius ⁊ alteri⁹ rationis erūā ex natura rei scilicet eēntiā que est fundamētum idētitatis/⁊ iusticiam vel sapientiā que est fundamētum similitudinis/vel aliqua perfectio huiusmodi: sed de equalitate non est ita comparando eā ad identitatē vel similitudinem q̄ ab eis distinguatur: cū fundamētum eius positiue est ex natura rei nō distinguatur a fundamētis earum sicut dictum est supra. Dico tamen q̄ distinguitur ab alijs/⁊ ad hoc sufficit distinctio que potest pon inter essentiā ⁊ suā infinitionem quecūq; sit illa: vel saltem oportet dicere q̄ super idem fundamētum ex natura rei positiue indistinctum possunt fundari relationes ratiōis plures disparate alterius ⁊ alterius rōnis/cuiusmodi sunt iste/multofortius ꝯ super idē fundamētum ⁊ ad eundē terminū possunt fundari plures relationes reales disparate alterius ⁊ alterius rōnis que distinguātur sicut tactū fuit supra distinctiōe. 19. sed nō curo. Si autem nullū istorum sufficiat dicatur q̄ eadē est relatio/idētitas in substātia: ⁊ equalitas in infinitate substātie. Et similiter similitudo in iusticia ⁊ equalitas in infinitate iusticie. ⁊ sic de alijs. Si aūt ponātur relationes disparate alteri⁹ ⁊ alteri⁹ rationis/tūc etiā oportet ponere tot equalitates disparatas alterius rōnis quot sunt perfectiones vel infinitates perfectionū in diuinis/ q̄ quilibet habet suam ꝓpriam immēsitatē alteri⁹ rationis ab imensitate alterius/⁊ sic relatiōes rōnis necessario ex fundamētis distinguātur. ¶ Quarto ⁊ vltimo dico q̄ equalitas similitudo ⁊ idētitas multiplicantur in diuinis suppositis: dico eēm q̄ in patre sunt due relatiōes similitudinis ad alias duas personas/ ⁊ hoc scōm quālibet perfectionē natam fundare similitudinē: ⁊ similiter i filioad alias duas/⁊ similiter in spiritu sancto: cū eēm pater sit similis filio ⁊ ecōuerso impossibile est q̄ hoc sit eadem similitudine/tūc eēm vterq; esset similis sibūpsi q̄ in se haberet relationem similitudinis terminatam ad ipm vt patet/hoc est autē impossibile: ergo hoc est in diuersis relationibus: similiter etiam pater est similis spiritui sancto ⁊ ecōuerso. Sed hoc non potest esse eadē similitudine qua est similis filio ꝓbatur/q̄ tunc etiam relatio similitudinis qua filius est similis patri esset eadem cū relatione qua spiritussanctus est similis patri quod est falsum/ergo alia similitudine/⁊ ita in alijs personis. Itē impossibile est relatiue opposita eē idē siue scōm rem siue secūdum suam rōnem ꝓpriam/ergo cū similitudo patris ad filium ⁊ ecōuerso sint oppositi op⁹ necessario q̄ distinguātur scōm rationes in patre ⁊ filio/⁊ similiter in patre ad spiritū sanctum ⁊ econuerso: ⁊ q̄ iste sint due in patre ad alias duas pat⁹ quia pater ad quālibet personam habet ꝓpriam similitudinem/⁊ sic de alijs. Sic ad istam quōnem.

Ad rōes alterius opi. huic aduerte.

¶ Ad ꝓmum eorum de contraria opinione q̄ iste sint relationes reales cōcedo maiorem illam: tamē dico q̄ nō requiritur necessario ad quācūq; relationē realem distinctio realis extremorū/sicut patet de relatiōe

Qz idēti-tas simi-litudo ⁊ equa-litas sūt rōnes di-spate. ⁊c.

Q̄ equali-tas simi-litu-do ⁊ idē-titas in suppoſi. diuīs mul-tiplicant

movētis ⁊ moti in voluntate/⁊ iō declaratio istius maioris ꝯtum ad hoc nō est vera vniuersaliter: tñ bene dico q̄ habet locum ⁊ est vera in relationib⁹ ꝓmi modi vel similibus in quibus ita est q̄ extrema relata sunt realiter distincta. Similiter etiam in relationibus secūdi modi puta producētis ⁊ ꝓducti vel similibus/⁊ tertij modi vel similibus: sed in actione ⁊ passione non oportet: similiter ꝓ illa maiore sufficeret tertiū mēbrum tñ ⁊ non oporteret alia duo prima. Si eēm relatio est ex natura rei sequitur q̄ sit realis. Ad minorē dico q̄ tales relationes nō sunt in diuinis ex natura rei sed per op⁹ intellectus cōparantis extremū ad extremū/ persona ad personam / licet fundamenta earum sint in diuinis in extrēa rei sicut de dominio patet. Quādo probāt de equalitate per oēs illas auctoritates Dico q̄ nō plus cōcludūt nisi q̄ in personis diuis cuiusmodi est generans ⁊ genita est causa naturæ infinitas ⁊ perfectio ex natura rei ⁊ ita fundamenta istarum relationū sunt ibi ex natura rei ⁊ hoc est perfectionis/nec hoc facit intellectus. ⁊ ex hoc ꝓz q̄ sufficit auctoritatibus: q̄ cū eadem sit natura ⁊ infinitas ⁊ perfectio in personis non pōt argui in eis aliqua imperfectio quāvolebāt habere Arriani in filio/⁊ iudei in ꝓpo alietatē nature a natura diuina negātes ipm habere naturam diuinam nec vnq̄ intellexunt illā relationē equalitatis realem/ impossibile est eēm q̄ illa sit realis in deo ꝓpter summam perfectionē diuinam qua est purus actus ⁊ imperfectionē equalitatis realis/ qua non est pur⁹ actus sicut dictum est supra. Et respondeo ad oēs auctoritates ꝓbantes illas. ¶ Ad secundum q̄ ex perfectione equalitatis nō oportet ponere equalitatem realem in deo / q̄ etiā secūdum ipos relatio realis in diuinis nullam dicit perfectionē. Sz esto q̄ equalitas sit perfectior inequalitate: dico q̄ non est ponēda in summe perfecto/quia vbicūq; est relatio realis ipa necessario includit potentialitatē/ sed ponēda est in alijs. Unde eodē modo quo pfectius potest poni/quibus tñ nō repugnat imperfectio/sine qua non potest pont equalitas esse relatio realis. Aliter dicitur ad Augustinū q̄ ipe preponit equalitatē inequalitati quātum ad fundamenta eorum/⁊ sic equalitas est in deo perfectissime/nō autem ꝯtum ad relationes. Nota hic q̄ Scot⁹ dicit in ea questione sexta de quolibet. Q̄z relatio cause ⁊ causati inter deum ⁊ creaturam formaliter opponūtur/⁊ tamē licet relatio causati sit imperfectior. Patet/q̄ repugnat perfectiori scz deo/ ⁊ sit realis nō tamē oportet ponere relationem cause in deo que sit realis: q̄ dei ad creaturā secūdum ipm non pōt esse relatio realis/ sic etiā suo modo in ꝓposito diceretur. ¶ Ad tertiū dico q̄ si ām arrios filius haberet minorē perfectionē ꝯ pater sequeretur q̄ filius nō esset deus ⁊ per ꝓns q̄ esset creatura/⁊ tunc dico q̄ pater ad filiū nullā haberet relationem realē/sicut nec deus ad creaturā vt ꝓbatum est supra: q̄ oīs relatio est necesse esse ad aliquid nouū: vel possibile nō eē: necessario etiā est accidens eius/q̄ potest ei nō inesse ad desitionem eē illius ad q̄ est illa relatio. In deo autem nullū est accidens cum sit actus purus. ergo ⁊c. Et ideo dico q̄ accipit falsum in illa maiore: licet eēm filius haberet inequalitatem realem ad patrē (q̄z filio nō repugnaret omnis imperfectio) tamē pater ad filius

Aduerte

non haberet aliquam relationē realē/q̄z sibi repugnat oīs imperfectio cū sit deus. A simili dicoq̄ cum patri ⁊ filio repugnet modo oīs imperfectio (quia vterq; est deus ⁊ habēt eandem naturam) q̄ impossibile est ponere in eis equalitatē relationem realē. ¶ Ad quartū dico q̄ maior est vera. Unde dico q̄ si eadem esset albedo in Sorte ⁊ in platone essent vere ⁊ realiter similes: vel si eadem quātitas essent vere equales. Et cōcedo ꝓbationē/⁊ ratio ē q̄z oīs imperfectio nō repugnat creature sicut deo repugnat/⁊ ideo nō est simile de deo ⁊ creatura: q̄z deo repugnat omnis impfectio quā de necessitate includit equalitas que est relatio rationis vt dictū est supra. Additur etiam ab eis vnum exēplum de dextro ⁊ sinistro aīato in quibus est causa aīa/ ⁊ tñ realiter ad inuicem referuntur. Et patet q̄ exēplo concesso nō est ad ꝓsitum de equalitate in diuinis sicut immediate est ꝓmissum.

Ad rōes q̄onis ꝓn cipales.

¶ Ad ꝓmum ꝓncipale dico q̄ maior est insufficiens. Nō eēm sufficiūt ille/ſz cum hoc requiritur q̄ relatio cōsurgat inter extrema ex natura rei vt dictū est supra. ¶ Ad secūdum dico q̄ persone sunt realiter ⁊ perfectissime ⁊ verissime equales/sed nō realitate equalitatis relatiōis sed realitate fundamenti/ ⁊ sicut etiam dictū est supra distinctiōe nona q̄ in diuinis est perfectissima equalitas ⁊ verissime sunt equales. ¶ Ad tertium dico q̄ equalitas nō est adozāda in diuinis ratiōe sui/sed tñ ratione fundamēti vel fundamētū ipm. ¶ Ad quartum dico q̄ Arrian⁹ dānatur sicut hereticus q̄z negauit eādem naturam ⁊ ꝓfectionē in patre ⁊ filio: ⁊ dicit filiū creaturā ⁊ minorem patre nō q̄z negauit equalitatē relationē realem ſz equalitatem simpliciter negauit/⁊ quātum ad fundamētum qđ est causa ꝓfectionis in vtroq;: ⁊ ꝓpter quātum ad respectū/siue ille ītellect⁹ sit rōnis siue realis q̄z de hoc parū curauit Arrius. ¶ Ad illud in oppositū dico q̄ sicut dictuz est supra q̄z equalitas dicitur secundū subiectū nō formaliter sed magis relatiue ⁊ ad aliqđ ſz fundamētal⁹r/eo mō quo ītē sitas cuiuslibet pfectiōis diuine pōt dici ām subiectum ⁊ dr̄/q̄z ad se eo mō quo dirt ām substām dist guīt ꝓtra dici ām relationē vt patz ām August. ſ. de trinitate. Si dicas q̄z ꝑ fnitas eodē mō dr̄ nō dicit ām substantiā. Dico q̄ hoc est q̄z substātia ⁊ pfnitas nō equant. Non eēm cuicūq; p̄sone ꝓuenit substātia cōuenit pfnitas/ sicut cuicūq; ꝓuenit substantia ꝓuenit ⁊ equalitas/⁊ econuerso. Et hec est ratio logica.

¶ Distin. xxxj. Questio Secūda.

Secundo q̄roby cōmunia ⁊ essentialia cōuenienter appropiētur personis diuinis. ¶ Videt q̄ nō quia qđ prestat occasionem errandi in diuinis cōuenienter nec alicubi. Sed appropriare cōmunia psonis prestat occasionē errandi circa personam q̄z appropando sapientiā filio est occasio credendi q̄ solus filius est sapiēs vel q̄ sapientia sit propria filio. ergo ⁊c. ¶ Secūdo sic appropriatum videt posterius eo cui appropriatur. Sz essentia ⁊ cōmunia sunt priora personis ⁊ quibuscunq; ꝓprijs in diuinis: ergo nō appropriāt cōuenienter diuinis psonis vel equalibz per se ꝓprijs. ¶ Tertio sic. In appropriatiōe hilary nō videt q̄ vsus approprietur cōueniēter spiritui sancto/quia fruitio est respectu dei ⁊ spiritussancti/nō aūt vsus vel vtivt patet ex prima distinctione ergo ⁊c. Similiter etiā de eternitate q̄z alie p̄sone sunt eterne sicut ⁊ pater ergo nō plꝰ debet sibi appropari eternitas ꝯ alijs. ¶ In oppositum est magr in litera.

¶ In ista q̄stione sic procedā.

¶ Primo ostendā quid sit appropriatio. ⁊ quo sit in diuinis/⁊ ad quid. ¶ Secūdo declarabo appropriationem Hilarij. ¶ Tertio appropriationem Augustini.

¶ Quātum ad ꝓmum dico

Appropriatio qđ

q̄ appropriatio ē attributio specialis ⁊ signata alicuius cōmunis ad aliquam personā/ vt attributio potentie ipsi patri: attributio sapientie filio. ⁊c.

Attributio seu appropriatio qđ modi ⁊ qualis fit ⁊c.

¶ Et dico secūdo q̄ attributio fit dupliciter vno modo per viam similitudinis/ quādo scz illud commune essentiale aliquo modo puenit cum proprio illius cui attribuitur/sicut declarabitur ſfra in appropriatiōibus Hilarij ⁊ Augustini. Secūdo mō fit per viam dissimilitudinis aliquo modo/sicut patri appropriatur potentia ne tanꝯ senex credatur non potēs/sicut sunt patres in creaturis/⁊ filio appropriatur sapiētia ne tanꝯ iuuenis credaī ignorans/sicut iuuenes in creaturis. Et ſpūsancto appropriaī bonitas et dulcedo/ne tanꝯ spirit⁹ creatus credatur crudelis ⁊ impetuosus/sicut spiritus procellarum/vel nō cōmunicās bona sua cū corporalibus. ¶ Tertio dico q̄ fit ista appropatio a sanctis ⁊ doctoribus ad exclusionē oꝛtozum ⁊ manifestatione fidei ⁊ declarationē. Et ratio est. Propietates eēm personales sunt nobis ignote ⁊ de difficili cognoscibiles. Proprietates vero essentiales sunt nobis magis cognoscibiles ex creaturis/ ⁊ iō ex cōmunibus appropriatis aliquo modo cōsurgimus in fidem ⁊ noticiā ꝓpriorum. Similiter etiaꝫ fit ad ostendendum differentiam ꝓpriorum ⁊ communium in diuinis/q̄z ꝓpria nō sunt appropriabilia/sed communia tantum. Non fit aūt aliqua appropriatio in diuinis ad ostendendū excellentiam illius persone cui appropriatur aliqđ supra alias in diuinis/sicut nomē verbis appropriatur Rome. Et nomen philosophi Aristoteli / et sic de multis alijs/q̄z nulla persona alia superexcellit: sed ꝓpter causas predictas ⁊ modos predictos. Et hec de primo articulo.

ad qđ fit predicta appropatio.

¶ Quantū ad scōm articulū

Assignatio ap.p̄ pationis Hylarij.

Dico q̄ assignatio Hilarij quo appropriamus patri eternitatē: speciem seu pulchritudinē filio: ⁊ vsū spiritui sancto est cōueniēs. Ratio primi est / quia prima persona que est pater nō habet principiū productiuum a quo fit. Sicut nec etiam eternitas habet principium durationis ⁊ ideo appropriaī patri/licet alie persone sint eterne. Ratio secundi est q̄z filius habet rōnem imaginis exīsse a ꝑe. Imagini autem cōueniēter appropriatur pulchritudo/ que est quedā cōuenientia ad illud cuius est ymago. Ratio tertij est q̄z vsus eo modo quo accipitur

hic large(nō vt distinguitur cōtra frui)est assumere aliud in facultatem voluntatis. Hoc aūt fit per amorem z spūssanctus ꝓcedit per modum amoris sicut dictū est supza/ergo z̄. Dicit ergo Hilarius ꝙ eternitas in patre:species in imagine sez in filio vsus vero in numine in spiritu sancto/qui est ꝓprie donum-sicut dictū est supra. Hec de.2. articulo.

Assignatio appropriatiōis Aug.

¶Quantum ad tertium ar/

ticulum dico ꝙ assignatio Augustini est cōuenies et est magis ad ostendendū ordinē personarū. Sz appropriatio Hilarij magis ad ostendendū originem personarum. Et ideo appropatio Augustini in hoc est ꝙ appropriauit vnitatē patri / equalitatem filio/cōcordiā spiritui sancto. Ratio primi est quia primum in quolibet ordine est vnum. Pater autem in ordinem personarū est prima / z ideo sibi appropriatur vnitas que tenet primū locū i discretis. Ratio secūdi est qz occurrente filio vel secūda persona statim occurrit equalitas q̄ nō est eusdē ad seipm sed duoꝝ ad seinuicē/z ideo sibi appropriat equalitas. Ratio tertij qz occurrēte tertia persona vel spiritusancto occurrit quasi q̄dā nexus z amor duarum psonarꝫ eo modo quo dicetur/z tō appropriatur sibi ꝓcordia ab Augustino. Alie appropriationes fiūt a doctoribus sed non curo modo. Hec de tertio articulo.

Ad rōes q̄onis p̄n cipales.

¶Ad primuz principale dico

ꝙ nō est occasio erroris appropriare cōmunia personis:sed manifestatio fidei. Quādo dicis est occasio credēdi ꝙ etiā sint ꝓpria:dico ꝙ falsum est/imo totum oppositum est/eo ꝙ ꝓpria nō appropiantur/eo ꝙ pluribus cōuenire nō pñt. ¶Ad scām dico ꝙ licet cōia scām se sint priora ꝓpriis quib⁹ appropriantur:tñ ꝑm rōnem z inq̄tum appropiañ sunt aliquo modo posteriora / nec est inconueniens.

¶Ad tertium dico ꝙ in appropriatione Hylarij nō accipitur vsus stricte ꝓut distinguit cōtra fruit vt dictum est supra/vel etiā si ꝓ obiecto accipiatur non accipitur ꝓut vtibile distingueret contra fruibile. Sed prout aliqd est acceptabile in facultatem voluntatis. ¶Ad aliud de eternitate patet quia licet nō sit propria patri tamen potest sibi appropriari sicut dictum est supra.

¶Distinctionis.xxxij.
Questio Vnica.



Circa distinctiōez

triceſimāsecūdā quero Vtrū pater z filius diligant se spiritusancto. ¶Et videtur ꝙ non/qz diligere aut accipitur notionaliter /aut eēntialiter: non primo modo/ qz pari rōne spirarent spū sancto. Nec secūdo/ qz tunc essent spūsancto/eodem eñ est ꝓsona z diligit accipiendo essentialiter. ¶Secūdo sic. Si pater diligeret filiū spū sancto/pari rōne z seipm/z cum sit ꝑ filio posset se prius diligere spū sancto/z per ꝑns spiritum sanctum ꝓducere filiū/sed hoc est falsum. ¶Tertio sic. Si diligerēt se spiritusancto pari rōne creaturam:sz hoc est falsum:qz tūc pari necessitate qua spiritussanctus est amor ꝓductus/ imo eadē necessitate diligerent se z creaturā z spūsanct⁹ est amor creature quod est falsum. ¶Quarto sic. Ista non est vera Pater dicit verbo: qz nec accipiēdo dicere essentialiter ꝓ intelligere. Patet/qz tūc pater saperet z intelligeret sapiētia genita cōtra Augustinū. Nec notionaliter. Patet/nō em ꝓducit verbum verbo qz tunc esset verbū verbi in infinitum/ ergo similiter ista nō est vera. Pater z filius diligunt se spūsancto. ¶Contra magister in litera z Augustin⁹ sexto de trinitate. c. octauo. Spiritussanctus est quo genit⁹ a generante diligit genitorem ꝙ suum diligit. Augus.

¶In ista questione sic ꝓceda

¶Primo inquiram vtrū pater sit sapiēs sapiētia genita. ¶Secūdo vtrū pater dicat verbo. ¶Tertio vtrū pater z filius diligant se spiritu sancto.

¶Quantum ad primum di/

co ꝓmo ꝙ pater nō est sapiēs sapiētia genita sicut dicunt Magister z Augustinus septimo de trinitate. Ratio huius est duplex. Prima illud quo aliquid dicitur z est formaliter tale est in eo formaliter vt lux in lucēte. Unde aliquid nō dicit lucere formaliter nisi luce formaliter in eo existente. Sed sapientia genita scilicet filius vel verbū nō est in patre formaliter/quia tunc ꝓfunderentur ꝓsone:tunc eēt filius esset pater z ecōuerso. ergo z̄. ¶Secūdo sic. Illud quo aliquid dicitur formaliter est sibi cōicabile saltem vt quo:sed suppositū nō est alicui cōicabile nec vt quo necvt quod. Et sic etiam probari potest ꝙ verbū non est in patre formaliter.

¶Tertia ratio est grāmaticalis secūdum aliquos illa que signāt rem in alio/nō denominat aliud nisi per id quod formaliter est in eo: sed sapiēs dicit rē suam in alio/ergo nō denominat patrē per verbus quod nō est formaliter in ipo. ¶Secundo dico ꝙ filius vno modo est sapiēs sapiētia ingenita:valio modo nō. Circa quod notandū q̄ablatiuus potest aliquādo cōstrui cū aliquo ex vi habitudinis ꝓncipij ꝓductiui. Et tunc tenet ꝓncipiative. Alio modo ex vi habitudinis principij formaliter z tenetur formaliter. Alio modo ex vi idētitatis. Primo modo dicit ꝙ ignis calefacit calore. Secundo ꝙ calet vel est calidus:vel calet calore. Tertio modo ꝙ suppositum seipo agit nōvt principio quo/sz quia est idem sbjpsi agentivt principio quod.

Pater est sapiēs sapiētia genita z̄.

Nō ḡtō filij est sapiēs sapientia ḡita z q̄ nō non.

¶Secūdo nota ꝙ ingenitum pōt capi ꝓ notione. Et sic cōuenit soli patri vt dictū est supra. Secundo modo potest capi large/z sic aliquo mō conuenit essentie z etiā intellectioni. ¶Ad ꝓpositum ergo dico ꝙ quādo dicitur filius est sapiens sapiētia ingenita. Si accipiatur ingenitū ꝓ notione/ z sic sapientia ingenita ꝓ patre potest cōcedi ꝓncipiative loquendo de principio quod/ qz producitur z principiatur a patre /nō aūt de principio formali: qz sicut pater nō est sapiens formaliter filio/ ita nec ecōuerso filius patre:nec potest etiam cōcedi idētice. Patet. Si autē ingenitū capiatur secūdo modo vt cōuenit essentie vel intellectioni cōmunivel sapientie. Tunc quādo dicitur ꝙ filius est sapiens sapiētia ingenita. Si iste ablatiuus tenetur in ratione principij vel ꝓducttui vel producentis est falsa. z neganda/qz sapiētia cōmunis nec est ꝓncipium ꝓductiuū quod/nec quo ipsius filij: sz magis pater est principium quod z memoria ꝓncipiū quo/sicut dictū est supra. Si aūt ablatiuus tenetur formaliter in ratiōe principij formalis sic est vera z concedenda. Patet qz per intellectum eēntialem vel cōmunem vel sapientiam quelibet persona formaliter sapit vel intelligit. Si aūt capiat idētice sicut cū dicitur aliqd esse seipo. Adhuc ꝺ pliciter potest intelligi vel idētice eēntialiter z realiter / z sic est vera: qz sapiētia cōmunis igenita est essentialiter eadē z realiter filio z cuilibet suppolito. vel idētice suppositiue z sic nō est ꝓpria / qz non est suppositi ad seipm vel de seipo:licet etiam ab ipo non distinguatur sapiētia suppositiue. Ūñ non sic ꝓprie dici potest ꝙ filius sit sapiēs sapientia suppositiue ingenita sicut seipo/ qz sapiētia nō habet rationem suppositi sicut ipe. hoc est secundū dictum. ¶Tertio dico ad istum primum articulū ꝙ genitum in diuinis semper est nomē notionis et conuenit soli filio. Quando dicitur filiꝰ est sapiēs sapientia genita. Si ablatiuus cōstruatur in rōne principij ꝓductiui vel in ratione forme nō est cōcedenda/planum est: qz nec est principium ꝓductuum sut/nec sapiens seipso vt quo:si autē construatur idētice vel per idētitatem sic est vera/sed nō est bene propria/z est sensus ꝙ filius est sapiētia genita/z est sapiens sapientia genita/quia seipo nouit quo sed sicut ipsum est ipm z est seipo. Et hoc dicunt aliqui sub alijs verbis ꝙ act⁹ potest attribui alicui tripliciter vel tanq̄ principio originati/z sic filius est sapiens sapientia ingenita que est pater: aut tanq̄ forme que est ratio essendi z agēdi in supposito cui attribuitur actus/z sic filius est sapiens sapientia ingenita que est essentialis:vel tanq̄ supposito agenti/z sic filius est sapiens sapientia genita que est ipemet/nō aūt pater est sapiens sapiētia genita. Dices ꝙ imo qz gignēs noticiam creatam est intelligēs ipa formaliter/ergo similiter pater intelligit verbo z sapit sapiētia genita. Dico ꝙ nō est simile/qz noticia genita formaliter ḣeret intellectui gignēti/nō aūt verbū in diuinis/qz est noticia subsistens eo modo quo dictū est supra.

ḡnitū in diuis ē nomē notionis /et ꝑuenit soli filio.

¶Quantū ad scām articulū

¶ Ex hijs ad propositum dicunt alii qui primo ꝙ intentiones secunde/et forme artificiales non habent proprias ydeas/ quia sunt quidam respectus. Respectus autem non addit aliquam rem super fundamentum/ꝛ ita dicunt de omni respectu quantumcunq; reali cuiuscunq; generis/ nec est alia ydea ipsorum respectuum/nisi solum ydea fundamenti vel rei naturalis circa quas sunt/ꝛ in quibus fundantur. ¶ Secũdo dicũt ꝙ essentie specifice habẽt distinctas ydeas in deo/sed genus ꝛ differentia non habẽt proprias ydeas ꝛ distinctas. ¶ Tertio ꝙ indiuiduum nõ habet aliquam ydeaꝫ speciei/siue sit simplex non compositus ex materia ꝛ forma/vt in angelis:siue compositum ex materia ꝛ forma/ vt in subiectis materialibus. Et addunt ꝙ sunt quedam indiuidua que nata sunt fieri vnuꝫ secundum numerum / sicut est in indiuiduis continui/ꝛ cuiuslibet homogenij. Quedam vero que nõ sunt nata fieri vnum numero in forma vel materia cuius sunt indiuidua/ vt patet de indiuiduis nature humane. Ex quo cõcludunt ꝙ quia non est alia ratio forme continui simpliciter ꝛ partium contentarum in ipo:partium talium ꝛ totius continui nõ est alia ꝛ alia ydea : ꝛ per hunc modum numeri de predicamẽto quãtitatis nõ habẽt proprias ydeas/ sed illam solã que est forme cõtinuitatis/neq; vniunt numerum que aliquãdo fuerũt continuate vel possunt esse ꝙtum est ex natura forme continuitatis. ¶ Quarto dicunt ꝙ sicut esse compositi nõ est principaliter nisi a forma/nec est aliud esse compositi ꝛ forme : sed idem ꝛ principaliter sit compositi: sic illa ydea que est forme principaliter est compositi:forme autem non principaliter/sed vt habet eẽ in composito. Aliter etiam est ydea forme existentis in composito ꝛ aliter materie / ipsius enim forme est non solum vt est compositi / sed etiam vt est aliquod essentialiter distinctuꝫ a materia /materie autem solum est ydea inquãtum est compositi /ꝛ p quanto esse forme communicatur materie vt est in proposito. Sic ergo patet quomodo alia a deo distincte cognita habent ydeas / ꝛ quomodo non secundum istum modum.

2.opi.

¶ Alius est modus dicendi ꝙ ydea ꝑium factiuum rei ydeate potest dici exemplar / et pertinet ad intellectum practicum:respectu autem illius quod est principium cognituum dicitur ratio/ꝛ pertinet ad intellectum speculatiuum vel noticiam speculatiuam:secũdum ergo quod est exemplar se habet ad omnia que fiunt a deo in tempore vel secundum tempus:secũdum vero quod est principium cognoscitiuum se habet ad omnia q̃ cognoscuntur a deo. ¶ Et isti dicũt primo quantum ad propositum ꝙ materia non habet propriam ydeaꝫ Quod probatur primo /quia materia nõ est per se intelligibilis nisi per analogiam ad formaꝫ primo

1.phisico,

Secõ dicũt vltra ꝙ genꝰ ꝛ differẽtia non hñt proprias ydeas distinctas ab illis/cum illa fiunt simul cum subiecto necessario/ꝛ non possunt fieri vel esse separatim:sed accidẽtia superuenientia subiectis ꝛ separabiles ab ipsis habent ipsas ydeas. Et ponitur exemplum. Artifex enim per vnam ydeã vel formam domus facit omnia quecũq; inseparabiliter concomitantur domum/vt figuram/ꝛ huiusmodi:sed alia separabilia a domo q̃ superueniunt ipi/ vt picturaꝛ huiusmodi fiunt ab aliquo per aliam formam:nec est ipsorum eadem cum domo. Tertio dicunt ꝙ indiuidua nõ habent proprias ydeas:primo quia secũdus Platonẽ a quo habemus ydeas omnium indiuiduorum eiusdem speciei non est nisi vna ydea. Secũdo quia indiuiduum nõ addit super speciem nisi materiam per quam indiuiduatur Tertio quia indiuidua per se non sunt de intentione nature sed species tantum/nec producit indiuidua nisi vt species saluentur / ꝛ ideo per accidens intendit ea. Iste est secundus modus dicendi de ista questione.

¶ Contra primum modum dicendi possunt multa argui. Et contra distinctiones quas premittit quantum ad illud quod dicit animal : vel rationale vel primas intentiones : et differentie rerum absolutarũ non esse per se/ꝛ eẽntialiter absoluta: hoc est falsum. Unumquodq; enim vel est eẽntialiter /ꝛ quidditatiue absolutum vel respectiuum : sed ista non sunt essentialiter respectiua:ergo absoluta. Preterea ex genere ꝛ differentia per se cõstituitur species que est per se absoluta secundum eos / ergo ista sunt per se absoluta. Preterea intellectus considerans ista esse in natura vel abstrahens ea a natura non sunt circa ipsa nisi respectus rationis/ergo non facit ea absoluta. Preterea quarto de indiuiduis arguo/nõ minus prima substantia est absoluta ꝙm secunda. Sed indiuiduum substantie est prima substantia . ergo ꝛ cetera. ¶ Quantum ad conclusiones propositas videtur michi ꝙ prima conclusio sit falsa. Primo de artificialibus si forme earum sint respectus reales/et de relatione predicamenti/et de alijs sex generibus respectiuis. Arguo per oppositum rationis eorum/q̃ habent distinctas ydeas a rebus vel fundamentis circa que sunt vel in quibus. Omnis res essentialiter et specifice distincta ab alia habet distinctam ydeam secundum eos. Sed forma artificialis distinguitur essentialiter a re naturali /circa quam est ꝛ relatio que est accidens de quarto genere a suo fundamento / et similiter respectus extrinsect : de alijs generibus probatur / quia tamen res ipse naturales quasi fundamenta istorum possunt esse et existere in re / et in effectu sine istis / vt patet inducendo per singula / et patet ꝙ non sunt eiusdem speciei ergo ꝛ cetera. Qz autem forme artificiales sint respectus reales hoc ponit iste doctor: de intentionibus secundis De respectibus ꝛ entibus rationis concedo ꝙ non habent proprias ydeas / sicut etiam dictum est supra in descriptione ydee / quia non sunt aliqua producibilia in esse reali. Secundo de genere et differentia ꝙ non habeant proprias alias ab ydea speciei. Patetq; ratio eorum non valet / scilicet ꝙ sunt accidentaliter ad se: hoc est enim immediate improbatum Tertio de indiuiduis patet per idem quia ratio ipsorum non valet / non enim indiuiduum substantie

Reprobatio cõclusionis dicte.1. opi.ꝑce.

est accidentaliter adise vt dictum est supra: puto tamen bene (sicut dicam infra) q genus z differentia z individuū non hñt distincta ydeam secūdum q hmōi/licet scōm principia istorum aliquibus veris coassumptis ops forte ponere q habent distinctas ydeas put ydea dicit distinctam rōnē cognoscendi sed nō curo de hoc. Dicam tamen aliqd de hoc. Nam scōm istos oportet necessario q que hñt distinctam rationē cognoscibilitatis habeāt distinctas ydeas. Propter hoc essñ ponūt q oportet respectus ydeales distingui in ēntia diuina ad hoc vt per ipam talia distincte cognoscantur. Sz gen⁹ z differentia z individua ab inuicem sunt distincte cognoscibilia/qz vnū est extra cōceptū quidditatinum alterius/genus extra cōceptum differentie z ecōuerso/z individuū extra cōceptum individui. Preterea etiā ratio speciei nūq̄ sufficit ad cognoscendum distincte aliqd individuum/qz est indeterminata ad ipm/z ideo fm eos saltē oportet q alia sit ydea individui ab ydea speciei: z pari rōne speciei ab ydea generis/qd est cōtra ipos: vel oportet necessario q quelibet ydea primo sit ipius individui includentis oīa ista. Ultimo de partibus totiꝰ continui qz si nō habent/prias ydeas nunq̄ distincte cognoscentur: sz tm confuse per rōnem vel ydeā totius/saltē si oportet ponere distinctionē in ydeas secūdum distinctionem cognitiōis ydearū secūdum istos. ¶ Et iō dimitto istum movū z patet ex previctis q motiua ipsiꝰ nō cōcludūt. Cōtra illud quod dicit de forma q ipius est forma que tamen est principaliter ipsius compositi. Contra qz tunc forma vt ala separata a composito nō habet ydeā/z tunc non cognoscitur distincte. Preterea forma non est totum esse cōpositi/ergo ydea forme nō est ydea cōpositi plusq̄ ydea materie. Preterea qd dicis de materia q secūdum se nō hēt ydeam vt distincta est a forma. Cōtra qz secūdum istum doctorem deus potest facere materiam sine omni forma/sed hoc non potest esse nisi scōm aliquā ydeā sibi p priam vt distinguitur a forma z a cōposito. q z t.

3.2.opi. ¶ Contra scōm modum arguo primo contra illa que dicūtur in distinctō ne/dicitur q ydea distinguitur in exemplar z rationem/z q pertinet ad scientiam practicā vel speculatiuam p fiendum z non fiendum: ista essñ distinctio nō est per se ipsiꝰ ydee. Prīo qz q̄cquid ptinet ad rationē ydee per se vel ad ydeaz est pus oī actu volūtatis circa ydeatū: sz ydeatū nō est fiendū vel nō fiēdū nec est aliqd de practico i diuinis añ actū voluntatis: si tm ibi sit aliq̄ noticia practica/de quo dictum est supra in plogo huiꝰ primi: q z t. Alias essñ ante actū voluntatis distingueret ydea p fiendum vel nō fiendū: z tūc an volūtas possit illud fiēdum nō eligere vel nō velle facere/vel aut necessario velit illud facere. Si necessario velit: nō est libera: vel saltē necessario creat z pducit: z si possit nō velle pōt nō esse recta/qz iudicatū est illud a ratione fiendū. Scdo sic practicū z speculatiuū non distinguūtur ex obiectis (vt dictū est in plogo) sz fiēdum z nō fiendū dicūt obiecta. q z t. Quarto ydeꝫ ante actū volūtatis nō est postea fiendū. ¶ Ideo dico q distinctio ydee per practicū z speculatiuuꝫ est nulla qz oēs in deo pertinēt ad intellectū speculatiuum/z distinctio nō habet locum in diuinis/sicut nec noticia pactica vt dictum est supra: z ideo dico q omnis ydea diuina ad intellectum speculatiuum pertinet/nec dictat aliquid fiendum/sed tm representat primo simplicem quidditatē vel terminum nō aliquam cōplexionē. ¶ Tertio cōtra illud quod dicūt de materia q nō habet ppriam ydeam quia est pura potentia/istud est falsum accipindo potentiam obiectiuā que est differentia entis. Tū quia materia est quedā essentia distincta a forma z alterius rationis ab ipa que est/z potest esse terminus per se alicuius creationis/z per consequēs habet aliquam actualitatem sibi ppriam z intrinsecā z propriam ydeam secūdum quā creabilis est. Tū quia fundamentum relationis realis actualis habet aliquam actualitatē: materia est huiusmodi qz habet relationem actualem creature ad deum. Tū quia cum actus z potētia sint differentie entis materia post creationē nō est in potētia ad suam entitatem sicut ante/ergo est in actu z non est potentia pura nisi subiectū cui non repugnat actualitas vel esse actu actualitate sibi intrinseca z propria. q z t. Tum quia dato q esset sic pura potentia sicut ymaginantur adhuc adeo possunt distincte intelligi in propria ratione posita qua est aliquod distinctū contra formam/z hoc patet ratione diuine essentie vt primi obiecti qui est purus actꝰ. ¶ Quarto cōtra hod qd dicit de accidētibus insepabilibus z p prijs q nō habent ydeas falsum est/qz omne quod habet essentiam distinctā z alterius rationis a subiecto/z pōt per se fieri z esse sine subiecto habz ppriam ydeā aliam ab ydea subiecti. Sed accidens absolutum naturaliter inseparabile z proprium est huiusmodi. Patet de quātitate in sacramēto altaris licet sit ppium accidēs substātie corporee. Et sic de alijs accidentibus absolutis. q z t. Et qñ dicunt an sua ratione q simul fiunt cū subiecto/dico q verum est cōmuniter/sed nō eadem factione vel creatione/alia nanq̄ est causatio passiua subiecti/z alia accidentis/sicut aliud z aliud esse/licet sit cōmunicabile ergo concomitātur se. Quādo dicis de artifice q p eandem ydeā facit domū z accidentia que necessario consequūtur. Dico q non est verum sed aliam z aliam habet huius vel illius. Vel dic q non est simile de artifice creato qui non habet compositam z perfectam noticiam z distinctam effectꝰ sui/z omnium eorum que consequūtur ipsum/sicut deus habet. igitur z t. ¶ Quinto contra illud de individuis/q non habent propriam ydeam. Prima ratio non valet secundum propriam ipsorum/quia vnum individuum habet essentiam distinctā ab alio/z potest produci z esse sine illo/z est distincte cognoscibile: ergo quodlibet habet propriam ydeam/sed propter ista oportet secundum eos q aliquid habeat distinctam ydeam/et non sufficit ydea illa Platonis vnica. Secunda ratio non valet primo quia individuū non plus individuat per materiam q̄ per formam: vterq̄ enim tam materia q̄ forma per se ingreditur diffinitionem septimo Methaphisice. Munq̄ autem id per quod est individuum. Similiter etiam materia habet propriam ydeam vt dictum est supra. Tertia ratio nichil valet: quia eodem modo natura intendit individua quomodo intenduntur a dirigente ipsam/quia intentio non est nisi ex cognitione vel dirigente secundum cognitionem/sed deus dirigens naturam in intendendo et operando per se intendit indiuidua qz diuina qz diuina ꝓuidētia q se est circa idiuidua vt patz ergo z natura. Preterea mirabile est q natura per accidēs intendat primam substantiā q̄ est maxime et verissime substātia/z per se intendat secundam substātiam vel speciem. Quando dicis q natura non intendit individua nisi ad conseruationem speciei/primo istud est falsum in natura angelica. Secūdo dico q natura intendit magis speciē propter individuum q̄ ecōuerso/qz perfectius est in individuo q̄ in specie: sed bene verū est q generationem individui intendit ꝓpter speciem z conseruationem speciei/nō tamē sine individuo/sed in individuo z vltimate ꝓpter individuum aliqd/ideo z t. Et ex dictis apparet q motiua dicti modi dicendi parum valent. Hec de. 1. arti. principali.

3ª. z satz ingeniosa opinio.

¶ Quantū ad scōm articulū

Dicit vnus q siue ydea accipiatur pro ratiōe cognoscendi/z hoc siue teneat se a parte obiecti primarij siue a parte obiecti sedarij cogniti q̄ omniū realium positiuorum distincte cognitorū a deo sūt ppie z distincte ydee in deo/vel in diuina intelligentia. Hoc patet qz si ydea se tenet ex parte dei/tunc necessario distincte ydee sunt distincti respectus rationis ad distincta cognoscibilia: qz ad distinctos terminos nō est idē respectus sz distincti. Si vero ex parte obiecti cogniti se teneat/planuꝫ est q tūc ydea non est nisi obiectum secundarij cognitus. ergo z t. Si vero ydea accipiatur prout est exemplar proprie/z ratio faciēdi/sic nō omne tale habet ppriam ydeam. Dicit enim iste q genus et differentia/species z individuum non habent nisi vnicam ydeam/que est ipsius speciei specialissime quia ista nō sunt distincte factibilia/nec possibilia esse sine seinuicem patet: nec genus sine differentia nec econuerso: nec ambo sine specie nec econuerso/nec omnia sine individuo nec ecōuerso/hoc est primum. ¶ Secūdo dicit q omnia distincte factibilia sic q vnum potest fieri aliud/z eē aliquid reale positiuuꝫ sine alio: vel ecōuerso hñt distinctas ydeas non solum primo modo vt ydea est ratio cognoscēdi vel obiectum cognitus. Ex quo statim sequitur q accidēs quodcūq̄ habet distinctam ydeā a subiecto z materia z a forma/z pars quātitativa/vel quecūq̄ essentialiter distincta ab alia parte z a toto: z breuiter etiam vnū individuū q̄ tūcunq̄ eiusdem speciei alteri cōparatum/licet nō habeat aliaꝫ ab ydea alterius individui/quia nō potest esse z fieri sine illo vt patet. Preterea etiam due relatiōes oppositē: licet nō possint esse sine seinutem: tamen quia essentialiter distinguūtur vel specifice vt paternitas z filiatio/vel materialiter tm: vt due similitudines habēt ppias ydeas exēplares. Nulla autem priuatio vel negatio vel figmētum vel ens rationis habet ydeam ppriam aliquo modo acceptā sed intelligunt per ydeas aliorum vniquodq̄ suo modo. Hec est positio pulchra z subtilis.

Doctorꝫ opinio.

3. pce. 3. opiniōeꝫ

¶ Contra. Primo videtur q ydea nō distinguatur conuenīter in exēplar z rationē operandi/z in rationem cognoscendi: quia sicut dictum est ista duo eidē cōueniunt/z sunt de ratione ydee cuiuslibet/ita q idem est principium distincte cognoscēdi z operādi ipsi agenti per intellectum/z ita quecūq̄ habent distinctas ydeas que sunt rationes: habent etiā cōsequenter distinctas ydeas que sunt ratiōes distincte opandi scōm q ydea accipitur vt exemplar. ¶ Secūdo qz dictum est supra q ydea est forma exēplaris ad cuius imitationem natum est aliquid fieri ab agente per intellectum/ita q esse rationē cognoscēdi non sufficit ad rationē ydee. Tunc cñ essentia diuina esset ydea respectu oīm intrinsecorum diuinorum/quod est falsum: ergo nō debēt dici habere aliquas distinctas ydeas ex hoc solum q habēt distinctas rationes cognoscendi/sed cū hoc requiritur q habeant distinctas rōnes operādi. ¶ Tertio sic. Isti dicunt q individui ad individuum comparati est distincta ydea ab ydea alterius/nō tamen ab ydea speciei. Contra ista duo nō videntur simul stare/qz planum est ydeam speciei esse eandem oīm individuorum sicut z speciem ipam. Sed secūdum te individuum aliam ydeam non habet ab ydea speciei ergo nec ab ydea individui/qz ydea individui non est nisi ydea speciei/igitur z t.

¶ Dicetur ergo michi aliter dicendus de isto articulo q ydea potest accipi pro eo cui primo z principaliter cōuenit ratio ydee/qd est essentia diuina nō includēdo respectuꝫ nec rei nec rationis vt dictum est supra. Alio modo pro eo cui conuenit secūdario/z hec est quidditas creature in esse cognito. ¶ Secūda distictio est q distincte cognitorū quedā sunt negatiua z ꝓpatiua quedā sunt respectus rōnis vel intētiones scde/quedā entia realia positiua. ¶ Tertia distinctio q entium realium positiuorū quedā sunt ēntialiter distincta ab inuicē/vt materia z forma/vel accidēs z subiectū z/hmōi: z quecūq̄ due species z individua specierū/vel vnius eiusdē speciei. quedā vero non licet realiter aliquo mō: sicut plures dictū est supra. ¶ Quarta est q distinctorum essentialiter quedā sunt eiusdē rōnis/vt duo individua eiusdē speciei. Quedā vero alteri⁹ z alteri⁹ rōnis/vt duo individua diuersarū sperum/vel etiā materia z forma. ¶ Tūc dico primo q accipiēdo ydeā quocūq̄ mō siue primo/siue scdario nullū negatiuū vel ꝓpatiuum vel figmentū vel ens rationis/cuiusmodi est intentio scda) habet per se ydeā/z per ꝑns non habet distinctas ydeas p se/cuiꝰ ratio est qz nullū istorum natū est fieri per se in esse reali ad imitationeꝫ alicuius forme exēplaris: sed eodē mō hñt eandem ydeam vel distinctas per accidēs quo positiua opposita q̄tum ad ꝓpatiōes z negatiōes/ vel opposita negatiōibus inclusis q̄tum ad figmēta vel fundamenta/q̄tum ad intentiones secūdas z respectꝰ rationis habent eandem vel distinctas ydeas z de hoc inferius statim apparebit. ¶ Si autem accipiatur ydea primo modo sic/dico q positiuoꝝ quorūcunq̄ est vnica ydea indistincta/que est ratio distincte z perfectissime cognoscēdi ipsa: z ratio exēplaris producendi ipsa/eo modo quo sunt producibilia: et hec est essentia diuina sicut dictum est supra cui conuenit hoc ex sua infinitate z illimitatione z primitate/non tm supra dicto mō: nec opꝫ aliquomō q̄ distinguaꝫ p illos respectus rōnis sicut superius est ostensum. ¶ Tertio dico q accipiendo ydeam pro eo cui conuenit ydea vel ratio ydee secūdario/q̄ quorūcunq̄ idiuiduoꝝ habentiū eēntiam eiusdē rōnis est vnica ydea/q̄ est essentia specifica vel natura seu quidditas ipsorū in eē ꝓcepto vel intellecto/z oīm inclusoꝝ p se ꝓio mō dicendi

per se predicabilium de talibus indiuiduis/non tamen sicut per se primo ydeatorum sed indiuiduorum/sicut per se primo modo ydeatorum. Hoc pbo quia sequendo platonem planum est q ipse posuit quidditatem specificam esse ydeam z exemplare indiuiduorum participantiū talem quidditatē/ vt p se hoiem posuit oim hoim/p se assinū posuit ydeaz assinorum oim/z sic de alijs. Sed in hoc Augustinus non deuiauit ab ipo vt dictum est supra. Nec posuit Plato aliam ydeam idiuiduorum/ergo videtur q omnium indiuiduorum eiusdem rōnis sit vnica ydea/ratio dicta que est quidditas speciei inesse cognito. Dices quomodo ista vnica ydea est ratio distincte cognoscēdi ipa indiuidua/z distincte producendi cū sit distincta z cōmunis: sicut z natura specifica vel quidditate non cōmunitate virtutis z illuminationis/sed potius in differentia z cōmunitate p̄dicationis z indeterminationis ad hoc vel ad illud. Dico ad hoc q sicut supra dictum est ydea secundario dicta non est proprie ratio cognoscendi nec distincte cognoscēdi: z per consequens nec etiam producēdi: sed pro tanto dicitur ratio cognoscendi quia est obiectum prius cognitū ꝙ indiuiduum/cuius est ydea z ratio exemplaris secūdaria producendi ad quod aspicit secūdario ipsuz agens aliquod suppositum vel indiuiduū eius: ita q licet sicut aliquo improprie z analogice ratio cognoscendi z producēdi indiuiduum quātum ad naturam in effectu quem includit/ nam oportet q distinguatur/quia non est ratio cognoscēdi ipsum distincte vel vt ab alio indiuiduo eiusdem ratiōis distinguitur: sed ipsa essentia diuina que est perfectissima ydea/cui primo conuenit ratio ydee z potissime ipsa est ratio potissime distincte cognoscendi z producendi indiuiduum perfectissime/ nec oportet q distinguatur aliquo modo in rōne ydee vt dictum est supra/quia illimitata est z infinita. ergo zc.

¶ Quarto dico de hoc q ex isto patet q genera z species z differentie vt pertinēt ad idē indiuiduuz non sunt ppie ydeata/licet sint a deo distincte cognita per rationem ydee licet nō sue sed indiuiduorum que est essentiū sua/nec per consequens iparū sunt distincte ydee secūdario dicte/nec sunt ppie ydeata a prima ydea. Quicquid enim habet primam ydeam z secūdariam necessario est proprie secundum seipsum producibile/etiā sine alio si sit absolutum/z non includat illud cuiusmodi non sunt ista sed indiuidua sola. ¶ Quinto dico q indiuidua alterius z alterius speciei necessario habēt distinctas ydeas sicut z distinctas quidditates specificas/vt patet ex predictis. Ex quibus cōcludo q omnes partes homogenee habent eandem ydeam cum suo toto/quia sunt indiuidua eiusdem ratiōis vel esse possunt/z sic etiam de partibus continui. Sed partes eterogenee/ ex quo sunt alterius rationis licet non alterius speciei/ si totum sit per se vnum z seinuicem z a toto z altertus essentie. Dico q habent distinctas ydeas secūdarias z ab inuicem z a toto. ¶ Sexto dico q nō solum indiuidua alterius z alterius speciei habent distinctas ydeas sed etiam indiuidua essentiarum alterius z alteri? rationis vt indiuidua forme z materie z compositi. Unde omnia idiuidua forme substātialis eiusdem rationis sunt vnius ydee/z omnia indiuidua non sunt vni? ydee/tñ indiuiduū forme z indiuiduū materie sunt alterius z alterius ydee/ quia materia z forma sunt essentie distincte alterius ratiōis Et tales q vna potest esse sine alia: quod tamē nō est necessarium ad hoc q habeāt distinctas ydeas/ sed quia sunt absoluta essentialiter distincta.

¶ Ex predictis concludo q accidentis z subiecti vel indiuiduorum ipsorū est alia z alia ydea/ quia sunt distincte essentie alterius rationis. Similiter relationis que est accidens fundamenti z sui fundamenti: nō sic de relatione creature ad deum que est idem realiter sibi. ¶ Secundo concludo q si numeri dicunt species positiuas a cōtinuo distinctas (quod non credo) q numeri alterius z alterius rationis habent distinctas ydeas/si non dicant aliqd positiuum super continuum non habent aliā ydeā ab ydea continui. Similiter de figuris. ¶ Sic igitur pcludendo dico q deus obiectiue habet in sua essentia distinctas ydeas quozūcunq ipse intelligit distincte/que sunt distinctarum essentiarum alterius z alterius rationis / non autem horum que sunt essentie eiusdem. Ex quo patet q quecunq ydee distinguūtur sunt alterius z alterius ratiōis/ z q̄ditates in esse cognito/z non possunt dari due ydee eiusdem rationis. Sic ad istum articulum.

Correla.

2m corr.

Sūmatō p̄dictoꝝ

¶ Quantū ad tertiū articulū

Deus an hēat infinitas ydeas cōis er. 1. opi.

lum dicitur communiter q deus non habet ydeas infinitas. Nam cōmuniter dicunt isti q individua non habent proprias ydeas z distinctas/nec genera vel differentie vel huiusmodi vnde possit accipi infinitas ydearum: sed solum possunt accipi ex infinitate specierum vel quidditatum specificarum/ que sunt ydee singularium / vel quarum sunt ydee primo secundum cōmunem opinionem. ¶ Probant ergo isti q nō sunt infinite ydee per aliquas rationes. Prima est ista. Si essent infinite ydee necessarium esset inter ipsas vnam cē infinitam actu/ quia excedentem in infinitum omnes alias / sicut etiam de speciebus correspondentibus: sed est impossibile q sit possibilis vna species actu infinita. ergo z cetera. ¶ Secundo sic. Inter quecunq essentialiter ordinata est dare primum /z per consequens vltimuz medium/sed ydee sunt essentialiter ordinate/sicut z species ergo zc. Ubi enim est infinitas/ibi non est primum nec medium nec vltimū. secundo Methaphisice. Nec per consequens aliquis ordo/sed inordinatio. ¶ Tertio sic. Infinito non est aliqd maius/sed si esset dare infinitas ydeas oporteret dare vnam infinitam / ergo aliqua ydea nichil est maius: sed hoc patet falsum quia essentia diuina est aliquid maius qualibet ydea: quia comprehendit omnes ydeas. ergo zc. ¶ Quarto sic. In processu ad formam z perfectionem non est processus in infinitum/nec in actu. Patet/nec in potētia/quia quātum est dare de potentia in talibus/tātum est dare de actu: sed processus ydearuz in ascēdendo est processus ad formam z perfectionem sicut in speciebus ergo z cetera. ¶ Quinto sic. Potentia generis alicuius ad differentias non est infinita sed finita. Sed si essent possibiles species infinite in genere substantie secūdum aliquos/sequeretur q genus esset in potentia ad infinitas differentias/z esset actu infinitum quod est falsuz. ergo zc. ¶ Sexto sic. Augustinus duodecimo de ciuitate dei capitulo decimooctauo dicit /q q̄cqd scīa

Mões ꝓ me opi.

2. methaꝑ.

Aug. 12. de ciui.

comprehenditur sciētis apprehensione finitur: sed omnes ydee sciūtur a deo / ergo sua cōprehēsione finiuntur/z sic sunt finite z veraciter finite/qz tale est vnūquodq in se quale est apud intellectum qui verissime z perfectissime cōprehēdit ipm. Confirmatur hoc qz cū deus cognoscat oēs cognoscit ibi aliquam supra quam non est aliqua/sicut nec super omnes vel extra omnes est aliqua/ergo oportet ibi dicere primā distincte cognitā a deo /z ita nō sunt infinite sed in infinito scīm multitudinē nō est primum secūdum nec vltimū. ¶ Septimo sic. Augustinus duodecimo de ciuitate dei capitulo.18. Dicit q numeri non sunt infiniti ei cuius sapiētie nō est numerus: ergo sunt simpliciter finiti/ z per consequēs nō est in aliqbus speciebus processus in infinitum /nec in ydeis qz hoc maxime esset in ydeis numerorum. ergo z cetera.

Aug. 12. de ciui.

8. methꝑ.

1. opinio

¶ Alius est

modus dicendi q nō sunt infinite ydee in deo/nō solū sm species sed scīm individua cuiuslibet speciei / put ydea dicit rationem cognoscēdi/quia individua secundum istos q̄tūcunq sub eadem specie habent ppias z distinctas ydeas. Tunc hoc presupposito pbant intentū de ideis individuorum z hoc sic. Quotcunq individuorum distincte cognitorum producibilū sub speciebus cōtentorum sunt ydee ppie z distincte (sicut supra dicebatur in opinione ipsorum in secūdo articulo questionis) sed infinita individua cognoscūtur distincte a deo: pbatur qz deus cognoscit infinitas cogitatiōes z angelorum beatorum vel etiam reproborū / z omnē numerum determinatum excedētes succedētes sibi in infinitum. ergo zc. Similiter etiā. 12. de ciuitate dei capitulo.18 dicitur q numerus potest augeri in infinitum/z philosophus etiam tertio physicorū/ergo cum deus apprehēdat numerū z qālibet partem eius distincte/sequitur vt prius. Similiter z de figuris/intelligit esse deus oia ista z distincte z actu quia si nō in actu tūc in potentia z esset mutabilis deus. Hoc autem non est nisi per distinctas ydeas z infinitas. ergo zc.

12. de ciui. dei. c.18.

¶ Contra

secūdum modū dicēdi ꝙtus ad hoc non teneo ipm/quādo dicit q deus habet infinitas ydeas individuoꝝ sub eadem specie contentoꝝ/qz dixi supra individua sub eadem specie cōtentā nō habēt ppias z distinctas ydea/tūc esset habēret infinities infinitas ydeas sicut arguebat supra in principio questionis. Similiter etiam patet q Plato a quo nō discrepat Augustinus nō posuit nisi vnā ydeā oim individuorū eiusdem speciei/nec obstat q distincte cognoscant a deo sicut dictum est supra.

2. 2. opi.

¶ Dico igitur

ad istum articulū q deus habet obiectiue itelligēdo infinitam ydearū secūdario dictarū ad differentiā ydee p̄marie que non est nisi vna scz essentia diuina/z ille ydee sunt quidditates alterius rōnis quarū quelibet est ydea suorum individuorū possibilium sub ipa/z infinitorum accepta in esse cognito vt dictū est supra. Hoc patet qz sicut pbatus est Possibilis est processus in infinitū in talibus q̄ditatibus alterius z alteri? rationis/cū ergo deus cognoscat oēs actualit̄ z distincte z tales q̄ditates cognite sint ydee/planū est q actu sūt infinite ydee.

Mões ꝺ ctoris dē p̄ncipio artic.

¶ Ad rationes

p̄me opinionis Ad p̄mā dico q inter ydeas secūdarias nō ops dare aliquā actu simpliciter infinitā/sicut nec aliquā speciem actu infinitas. Si dicis oportet dare aliquā distantem in infinitū illi que est infinita nego istud/imo q processus in infinitum cōcludit oppositum/qz vltra illā infinitā non esset processus/z ita nō esset processus in infinitū / et ita repugnāt istā positionē p vnā rōnē q̄ prima frōte videt cē ꝺdictā pōnē. Dices saltē tota vniuersitas erit infinita/z adequabit diuinā pfectionē: dico q tota vniuersitas erit infinita sm multitudinē/nō tñ adequabit diuinā pfectionē/sic q sit aliqd ita pfectū sicut de?/absit: sz p istū modū adequabit q de? extra totā vniuersitatē nō posset producere aliā/sicut nec extra vniuersitatē infinitā infinitū individuoꝝ eiusd speci pōt producere aliqd individuū eiusdē speci. Si dicas q p illā infinitā q̄ pcludit nō excludit processū alioꝝ in infinitū accedēdo semp ad eā/sicut ponitur pro-

Ad motiua. 1. opi.

cessus in infinitum in ipsis speciebus accedēdo ad deum qui est infinitus. Dico q̄ si sic dicatur hoc est pro me ꝗ̄tum ad cōclusionem/ qz tūc ponitur processus in infinitū in speciebus. ¶ Ad secūdam dico q̄ ille species sunt essentialiter ordinate eodem modo quo dictum est supra secūdum habitudinem ad vnam infimam/nō aūt ad aliquam primā inter ipsas/ sed secūdum recessum ab infima ⁊ accessum ad deum: dices vbi non est primum nec mediū. ⁊c. Dico q̄ vbi nullo modo est primum/sed ibi est primum vt dictum est. Tu dicis nō est inchoādum ab infima sed a suprema que est ꝓpinquior diuine vnitati que est principium: dico q̄ nō est ibi aliqua talis. Aliter dicitur q̄ nō oportet q̄ sit aliqua inordinatio/dato q̄ iste species nō habeāt aliquam ordinationem inter se/sed solum quelibet ad deū scōm gradum ⁊ modum mutationis suę quo imitaū ipm quando dicis vbi non est ordo ibi est inordinatio q̄ est deordinatio: dico q̄ verum est in illis in quibus natus est esse ordo. Jn infinito aūt diceret aliquis q̄ non est natus esse ordo. ¶ Ad tertiam per p̄dicta patet q̄ nō oportet dare ydeam vel speciē infinitam/⁊ dato q̄ esset dare adhuc nō valet argumētum/quādo dicis infinito nichil est maius verū est eiusdem rationis/sed loquēdo de omnimode ⁊ vtq̄ quaq̄ ⁊ ex omni parte infinito in sua ratione/ sicut linea sic infinita nō est maior linea/sed bene aliquo etiam actu infinito est aliquid maius alterī⁹ rationis sicut esset in ꝓsito. ¶ Ad quartā q̄ virtute agentis naturalis ad formā vel perfectiones scōm Aristotelem ⁊ nō plus valet dictū suū non est processus in infinitū/⁊ dico q̄ similiter nec in ꝓcessu ad materiam est ꝓcessus infinitus / ⁊ ita Aristoteles nichil habet. ¶ Ad quintam dico q̄ potētia generis non est infinita nisi in potentia: qz ex se non est nisi in potentia ad differentias/nec est vna etiā simpliciter: qz sicut natura generis multiplicaū ⁊ participat/ita ⁊ potentia generis/⁊ ita nō est infinita nisi secūdum multitudinē sicut ⁊ species ipe. Ꝑterea etiam potentia speciei ad individuum est infinita licet species sit in potentia ad infinita individua/nec potentia in esse infinito licet sit in potētia ad formas individuales ideo parum valet.

¶ Ad sextam dico q̄ comprehēsione scientis ydee vel species finiuntur/nō q̄ sint finite/tūc ⁊ ipe deꝰ esset finitus cum sciat seipm: sed pro tāto summūtur quia nulla latet diuinum intellectum/nec restat aliqua acciptenda que non cognoscatur in actu / licet sint infinite ⁊ in actu secundum esse cognitum/ nec deus cognoscit ydeas esse infinitas. ¶ Ad confirmationem dico q̄ deus cognoscit omnes ⁊ quemlibet distincte: ⁊ tamen nō cognoscit ibi aliquam primam supra quam non sit alia/⁊ sic infinitum ⁊ ista duo stant simul/⁊ ita oportz imaginari qui vult intelligere processum infinitum. Similiter etiam de instantibus in tempore de partibus continui ⁊ de indiuisibilibus vel punctis linee vel huiusmodi.

Tu dicis supra omnes nō est aliqua: dico q̄ verum est: sed cum hoc stat q̄ supra qualibet aliam in infinitum est alia ⁊ ita nulla prima ibi est/ ⁊ sic etiā de speciebus quia ⁊ ipe ydee sunt specifice quidditates. ¶ Ad septimam dico q̄ auctoritas Augustini est pro me/quia ibi inuenit q̄ licz numeri sint infiniti vel numerus infinitus ⁊ hoc loquendo de infinito in potentia ⁊ de numero in re/tamen non est infinitus ⁊ cuius sapientie nō est numerus: sed est actu infinitas in esse intellecto / qz totus numerus ⁊ ois multitudo numerorū cognoscitur actualiter a deo/ideo non valet.

¶ Adducuntur alie rationes abvno qz appetitꝰ naturalis rerum magis tendit ad summum q̄ ad infimuz/ſz in creaturis est dare infimam materiam primā: ergo suprēmam. ¶ Secūdo sic. quia analogia generum requirit vnum genus primū ad quod alia reducantur ⁊ vnum primū in alio genere: ergo in primo genere substantie est dare vnam primam ⁊ nobilissimam creaturam que est mensura aliorum. ¶ Tertio quia natura nō incipit aliquem motum quē nō possit terminare/nec aliquem processum/sed pcesꝰ in infinitum nō potest terminari. ⁊c. ¶ Quarto quia sicut vnitas est prima respectu omnium nūerorum/sic deus respectu entium / sed ad ordinationem numerorum inter se ⁊ ad vnitatem necessariū est q̄ sit aliq̄s numerus īmediate se habens ad vnitatem/ita q̄ impossibile sit aliquem numerū mediare/ergo oportet dare simliter vnam suprēmā creaturam immediate se habentem ad deum. ¶ Ultio quia Augustinus quinto sup Genesim dicit q̄ deꝰ perficit ordinem rerum ⁊ vniuersi/sed infinitus ꝓcessus perficitur. ergo ⁊c.

¶ Jste rationes mtnus valent q̄ alie/ Jdeo ad primaz dico q̄ appetitus naturalis vniuersi nō tendit in aliqs summum creatum/sed increatum quod est deus/et in illud magis tendit. ¶ Ad secundā dico q̄ analogia entium vel generū nō requirit necessario nisi primum ens vel summum quod est deus ⁊ mēsura omnū generū /nec requirit necessario aliquā creaturam/nec aliquod primum possibile alicuius generis/sed sufficit (si loquamur de analogia vni⁹ generis ad alterum) q̄ vnū attribuatur alteri non ecōuerso/nec oportet hoc q̄ in actu dicis in quolibet genere est dare primum ⁊ minimum quod est mensura aliorum: dico q̄ verum est de facto ⁊ de hȳs que sunt in actu que expertus est Aristoteles / ⁊ nouit qui scripsit istam ꝓpositionē: sed deus multa potest facere que nō vidit. ¶ Ad tertiā si rō est bona dico q̄ ipa ꝓbat q̄ agēs naturale non pōt incipe diuisionē alicui⁹ ꝓtinui/qz illa ꝓcedit in infinitū/⁊ natura nō pōt termiare ipam. Silr etā nec gñationē in diuiduoꝝ ſm Aristo. Et dico q̄ natura nō incipit motū vel pcessū quē nō possit termiare aliqūo ḡtū sufficit ad intentionē nature nō simplr. Ad minorem dico q̄ nā nō icipit ꝓcessū creaturaꝝ/qz ⁊ ipa creatura est. Sz dico q̄ deꝰ incipit istū ꝓcessū ⁊ sic dico q̄ pōt termiare eo mō quo est terīabilis/siue i actu ꝓpleto/⁊ hoc si possit facere īfinitas spēs simꝰ ⁊ in actu/siue in actu ꝓmixto potētie sicut est diuisione ꝓtinui in infinitū vel de aliq̄ tali. ¶ Ad quartā dico q̄ creature nō solū cōpanē ad deū sicut nūer⁹ ad vnitatē/ſz cū hoc sicut nūeri finiti cōpanē ad vnū nūerū infinitū/q̄ nū ḡ possit attingi ab aliquo illoꝝ/⁊ tōlicz in deo sit sūma vnitas / qz tū est actu infinit⁹/nō opz q̄ sit aliq̄ creatura sibi īmediata sibi sursum ⁊ impfectione/sicut nec esset aliqs nūerꝰ finitus quātumcūq̄ magnus immediatus numero infinito/nec etiam vnitati / sed in idem concurrent cum numero infinito. Et patet tunc quia binarius non esset sibi īmediat⁹ nec iter alios prius.

Alie rationes. 1. opinioni adherētes.

Que ꝑcedētes rōnes.

¶ Adultimū dico q̄ deus perficit ordinē vniuersi secūdum q̄ ipe disposuit/nō qz faciat que ipse pōt facere ⁊ sunt possibilia.

Ad motiua. 2. opinionis.

¶ Ad rationes secūde opinionis. Ad primum patet q̄ inducit dua non habent ꝓprias ⁊ distinctas ydeas. ¶ Ad aliud de nūeris ⁊ figuris: dico q̄ vel differūt specie sicut vere species reales alie a continuo / ⁊ sic tunc dico q̄ est infinitas ydearū/qz infinitas quātitatū vel essentiarum alterius rōnis cognitarū a deo /et nō est cōtra me: vel si nō differūt specie nec sunt vere species distincte a cōtinuo. Hūc habēt eandem ydeam cum cōtinuo. Continuum enim ⁊ continua sunt eiusdem rationis sicut album ⁊ alba.

Ad rōes ꝓncipales.

¶ Ad primum principale di/

co q̄ malum non habet ꝓpriam ydeam in deo. ¶ Ad scōm de partibus cōtinui sicut dictū est supra q̄ nō hñt ꝓprias ydeas alias ab ydea cōtinui. ¶ Ad tertiū dico q̄ ydee sunt factrices/qz ad ipm potest aspicere agēs in faciēdo / sed nō opz q̄ actu aspiciat vel aspicere disponat/⁊ sic nō oportz q̄ oē ydeatū fuerit vel sit futurū. ¶ Ad quartū dico q̄ deus habet infinitas ydeas/ sed nō infinities infinitas ydeas. Hū dicis q̄ habet ydeas distinctas individuorum cuiuslibet speciei/⁊ q̄ infinitas habet individuorum eiusdē speciei falsum est sicut dictum est supra. Quādo dicis vltra q̄ infinitū repugnat entitati: ergo cognoscibilitati. Dico primo q̄ infinitum nō repugnat enti sicut dictum est supra/ siue accipiatur infinitū in potentia /siue infinitum in actu. Sed posito hoc dico q̄ nō opz q̄ quicq̄d repugnat enti in re q̄ repugnet sibi in intellectu / qz non est idē modus essendi in re ⁊ in intellectu. verbi gratia animali repugnat esse vniuersale in re et extra intellectū: nō tū in intellectu. Similiter etiā secūdum multos albedini repugnat simul esse cum nigredine in re ⁊ in subiecto/⁊ tamē non repugnat eis simul esse in intellectu. Tūc ad ꝓpositum dico q̄ licet cuilibet parti infiniti in potentia non repugnat esse simpliciter sed repugnat oībus simul esse in actu in re extra: non tamē repugnat eis q̄ simul intelligantur in actu ⁊ distincte ab intellectu infinito cuiusmodi est intellectus diuinus. Ꝑterea etiam infinitas ydearū nō est potētialis sed actualis in esse intellecto. Sic de ista questione ⁊ per cōsequens de ydeis.

¶ Distinctionis. xxxvij.
Questio Vnica.

Anselmꝰ

¶ Circa distinctiōez

xxxvij. qrovtrū deus sit vbiq̄ ¶ Videt q̄ non / qz ſm Anselmum monologion. 22. cap. Si vsus loquēdi amitteret cōueniētius diceret deus esse cū loco ⁊ tempore/q̄ in loco ⁊ tēpore. Et parū infra dicit. Jn nullo tū tempe vel loco ꝓprie dicit esse/ergo deꝰ nō est vbiq̄ nec in oībus rebus. ¶ Scōo sic. Augustinus 83. questionū. q. 20. deus non est alicubi/qz oia sūt in ipo / si ergo essent in oībus cū oia sint in ipo oia essent in omnibus/⁊ sic idē in seipo. ¶ Tertio sic. Totum est extra qđ nichil est/ſz deus est in aliquo vno loco/qz tunc esset extra. ¶ Quarto sic. Si deꝰ

Augustꝰ

est vbiq̄ sequitur q̄ mutatur /qz aliquando est vbi prius nō erat quādo fit aliquis nouus locꝰ vel aliqua res noua. Sicut etiam angelus quādo mouet/ ⁊ tamen non fit in eo aliqua forma dicitur mutari. ¶ Contra Ambrosius libro de trinitate. Et habetur in littera.

¶ Jn ista ꝗstione

Primo ostēdam q̄ deus est vbiq̄ ꝓsens/⁊ per quem modum. ¶ Secūdo inquirā vtrū hoc sit ꝓprium deo. ¶ Tertio vtrū ex omnipotentia dei ⁊ īmensitate possit demonstrari q̄ deꝰ sit vbiq̄ ⁊ presens omnibus rebus.

¶ De primo

qz nō habeo rationes addu/ co auctoritates. Prima est Ambrosij libro primo de spiritusancto vbi probat spiritum nō esse creaturā: sed deū/qz est vbiq̄ ⁊ hoc est sibi ꝓprium ergo deus est vbiq̄. ¶ Secūda est Augustini ad Dardanū/vbi dicit trinitatē nō posse impediri cum pater ⁊ filius ⁊ spūssanctus scilz non sint in omnibus locis vel in omni loco/q̄ deus est vbiq̄. ¶ Sed quomodo? Dico q̄ secūdum triplicem modum generalē qui assignatur a Gregorio super illud Canticoꝝ. 5. Quo abijt dilectꝰ tuꝰ? Vbi dicit q̄ deus est vbiq̄ per essentiam presentiā ⁊ potentiam. Qz sit presens per eētiam ⁊ realiter sic q̄ eētia sit presens omnibus ⁊ penetret omnia intimās se omnibus per auctoritates premissas patet. Qz autem per presentiā patet / qz esse presens p presentiam vt hic accipit nichil est aliud q̄ videre omnia ⁊ cognoscere perfectissime/ ꝓbatum est aūt supra q̄ ipe oia cognoscit / q̄ aūt sic debeat accipi ꝓbatur per illud dictum Heliseī ad Giesi. Nōne (inquit) coꝝ meū presens erat nō presentia essentie sed noticie. Tertio per potentiam qz esse presens p potentiam accipimus pro manu tenere ⁊ cōseruare oia ⁊ gubernare ⁊ ꝓducere/ ⁊ hoc conuenit deo per Augustinū quarto super genesim ad fam. vbi dicit q̄ si virtus dei aliquādo ab hȳs q̄ creata sunt regēdis cessaret simul cessaret ⁊ eōrum species oīs que non accidēt. Aliquibus aūt modis specialius deus dicitur esse in aliqbus creaturis vt p gratiaz in sanctis ⁊ per vnionē in hūanitate ipa: ⁊ p glām in beatis. ⁊ sic de multis aliis qbus nō est in omnibus creaturis /sed ipsi nō pertinēt ad ꝓpositum. Hec de primo.

Esse vbi qz an sit ꝓprium ipi deo.

Heliseꝰ

Lorcelis

¶ Secundo dico

q̄ eē vbiq̄ sicut res singularis ⁊ p seipsum ⁊ necessario posito loco ipso in esse quacunq̄ posītiōe alia facta circa locum est ꝓpriū ipsi deo/ sic q̄ nulli alteri conuenit sed soli deo hoc q̄ sit in omni loco posito in esse/⁊ in quocūq̄ ⁊ quibuscunq̄ rebus que sunt ⁊ necessario/sic q̄ ipsis stantibus in esse non possit non esse in illis/⁊ per seipsum ⁊ a nullo alio/ ⁊ ita non per accidens / nec per aliquid aliud/et sic etiam q̄ nullum respectum realem habeat ad locum/quia hoc non est in aliqua creatura. ¶ Ex quo patet q̄ esse vbiq̄ isto modo non conueniret vni homini si poneretur solus homo / ⁊ solus locus vnus in quo esset ille homo. Ꝑterea etiam q̄ vniuersale isto modo non est vbiq̄ / quia vel hoc non est per se primo / sed ratione singularis q̄tum ad rem vniuersalem / vel hoc non est realiter esse vbiq̄: sed tantum secūdum rationem / sicut ⁊ ipsum formaliter accipiendo est ens rationis. ergo ⁊c. Hec de secundo.

An deꝰ ex sua oīpotētia ⁊ īmēsitate demōstrari possit esse vbiq; 1. opi.

¶ De tertio articulo dicūt aliqui q̄ pōt demonstrari ex omnipotentia diuina q̄ deus est vbiq; realiter p̄sens ⁊ in oīb⁹ rebus. ¶ Ad hoc est vna ratio talis / q̄ sicut ꝓbat septimo phisicorum. Omne agens in aliquid mouendo ipm est sibi p̄sens realiter. Vnde mouēs ⁊ motum simul sunt vt probat ibidem/sed deus agit vel conseruat per suam oīpotentiā oēm rem ⁊ locū ⁊ īmediate/sicut tenemus ex oīpotentia eius q̄ ⁊c. ¶ Secūdo sic. Impossibile est q̄ aliquid agat vbi non est p̄cipue:sed sua actio est sua substantia sicut in deo/sed deus ex oīpotentia agit in quālibet creaturā,pducendovel cōseruando ipam.ergo ⁊c. Confirmatur q̄ angelus eo q̄ operatur alicubi dicitur esse ibi p̄sens/⁊ contingi corpori per operationem.ergo similiter deus. ¶ Quarto sic Agens corporale quod immediate agit in aliquid est p̄s sibi/⁊ coniungūtur in suis vltimis/ita q̄ intimaret se illi nisi qualitas obuiaret/cum q̄ deꝰ sit agens nō q̄tum videtur ex quo agit īmediate in quodlibet intimet seipm illi. ergo ⁊c.

Ꝓceden ſc. 1. opi.

¶ Sed contra istam opinionē arguo et dico q̄ licet concederem ⁊ haberem demonstratum q̄ deus esset oīpotēs/sic q̄ pduceret ⁊ conseruaret omnia sicut tenemus ex fide/tū nō est mihi demōstratum q̄ deus est vbiq; nec ex hoc sequitur euidenter ex illo ⁊ tō arguo cōtra istam opinionem. ¶ Primo sic quāto agēs est virtuosius tanto potest agere in aliquid magis distans/sicut patet ad sensum:sed deus est agens potissimum ⁊ virtuosum ergo ⁊c. ergo ex sua actione non potest argui p̄sentia eius realis cū eo in q̄ vel quod agit/sed pōt agere in quodcūq; distans ⁊ q̄tumcūq; distans. Dices q̄ q̄to agens est virtuosꝰ tanto potest agere in magis distans/non īmediate sed mediate sicut sol ista inferiora nō īmediate sed mediantibus corporibus intermediis. Cōtra agit calorem primo in aliquo corpore/sed nō in corpori bus celestibus intermediis inter ipm ⁊ illud quod primo calefacit/ergo agit ī aliquid īmediate quia nullo agente intermedio/⁊ cui nō est p̄sens. Dices q̄ īmo q̄ illuminat corpora inferiora intermedia/licet nō calefaciat ea. Contra dato q̄ illumīet ea /tamen illa illuminatio nō est ratio agendi calorē vel calefaciendi:ſz vis calefactiua solis/⁊ ita bñ fortе illuminat ista inferiora mediate:tñ aliq̄d ipo rum calefacit immediate/vel nichil calefacit.

¶ Preterea etiā cōtra te q̄ bm te sol generat vermen in mundo isto inferiori/sed hoc nō est nisi mediante calore vel luce: q̄ nunq̄ accidēs est ratio talis ⁊ cōpleta generandi substantiā/nec aliq̄d minus nobile generat sicut generans totale q̄tūcunq; primū ⁊ mediatū aliq̄d magis nobile/nec p̄cipaliter nec instrumētaliter sicut magis ostēdetur. Quarto ergo īmediate generat ⁊ agit cuitationcq; gnationis passiuā in materia. Alias ops q̄ aer vel aqua īmediate circūstās materiā gnaret vermē q̄d est falsum/ergo agit īmediate aliq̄d cui nō est p̄s ¶ Tertio sic. Ratio illa q̄ deus est agens ⁊ q̄ ops esse p̄s passo vel effectui nō cōcludit saltē (si aliq̄d concludat)deū esse intimū ⁊ p̄sentē intra passū vel effectū suū / ſz tm̄ assistere sibi indebita approximatione sicut est etiā de alijs agentib⁹. ¶ Quarto sic Agens oīpotēs per suū velle pōt agere in q̄cūq; volitū vel q̄cūq; volitū ab ip̄o:sed nō ops q̄ volitum sit p̄sens volēti sicut ptz/q̄ nō oportet obiectum mouēs intellectum ⁊ voluntatē ageli eē p̄s nec ꝑius agere in medium. Similiter nec angelus loquentem alteri angelo / ergo cum deus sit omnipotens/⁊ sua omnipotentia sit sua voluntas/nō sequitur ex oīpotentia q̄ sit p̄sens moto perfectovel producto per ipm. Et confirmatur q̄ sicut ad hoc q̄ deus creet aliquid nulla requirit approximatio vel presentia eius ad effectū ꝑtinā : ſs creatio pōt esse omni p̄sentialitate/ ita vt videt ad hoc q̄ creatum cōseruet vel etiā ad hoc vt creatum aliq̄d moueat vel transmutet. Et videtur hoc q̄ pōt aliq̄d creare sine presentia ad aliquid aliud ꝑtū vt gratiam vel aiam:sed sicut potest eam creare ita ⁊ alicui infundere/ergo ⁊c.ergo nō videtur illa presentia demonstrata. ¶ Dico igitur q̄ sola fide tenco/ ⁊ ex dictis sanctorum nō ex oīpotentia vel actōe dei circa creaturā q̄ deus est vbiq; p̄sens ꝑ suaz immensitatē vel essentiam immēsam. Et hoc dicit Gregorius in omelia quadā de illo qui cogitabat vt deus descenderet ⁊ sanaret filium etus/q̄ si pfecte in Jesum credidisset sciret perfecte q̄ nō eēt locus vbi non esset deus. Et hoc etiam dicit mgr in littera. Unde si deus sederet in vna cathedra in celo ⁊ esset tm̄ ibi nō video quin ita bene posset oīa conseruare/⁊ facere sicut modo ⁊ posset creare vnū angelum extra celum/⁊ tñ extra celum nō est in loco/nec etiam in angelo ipo esset sicut in loco tamē scōm scripturā est vbiq; attingit eīa a fine vsq; ad finem fortiter. Et Esa. quarto Celum ⁊ terrā ego impleo.⁊ cetera.

Resolu

¶ Ad ꝓmū alioꝝ dico q̄ si illa ꝓpositio habeat veritatem aliquam nō habet veritatē nisi de actiuis et passiuis in istis corporalibus agentibus per qualitates contrarias uel mutuo ꝓtrarias / nō autem in alijs multis sicut supra ꝓbatum est de sole/⁊ multo fortius hoc posset saluari de deo:nec puto q̄ rōnes Aristotelis cōcludant aliquid ad ꝓpositum de presentia ad quod adducūtur / licet bene oporteat esse inter actiuum ⁊ passiuum naturale secūdum actionem exterioꝛē ⁊ realem ⁊ qualitates sensibiles esse aliquam approximationē/quia non possunt agere secūdum legē nature talia actiua naturalia a quacunq; distantia. ¶ Ad secūdum q̄ aliud est aliq̄d agere vbi nō est ⁊ aliud est agere in aliquid vel aliquid cui nō est p̄s. Nū dicis impossibile est aliq̄d agere vbi nō est q̄n sua actio est sua substātia:diceretur q̄ verū est si alicubi est/ q̄ nō ops q̄ sit alicubi ad hoc q̄ agat/sicut nō erat alicubi anteq̄ crearet mundū. Sed dico q̄ pōt agere cui nō est p̄s /licet habeat suā actionē in seipo. Aliter pōt dici q̄ denoiatur agere ab effectu ip̄o acto vel ꝑducto/⁊ sic aliq̄d pōt agere vbi nō est. Alio mō ab actiōe/⁊ sic vbi est ibi agit:q̄ ibi est actio/licet ibi nō sit terminus actus. Aliter soluit q̄ aliq̄d nō agit nisi vbi est vel realiter vel virtualiter:sed istud nichil est/quia vbi est deꝰ virtualiter ibi est ẽtus dei:ſz vbi est ẽt⁹ dei realiter/ibi est deus soluo sicut primo. Potest tñ sustineri ꝓdicta solutio / q̄ deus licet nō sit p̄s realiter tm̄ ẽtualiter nō q̄ virt⁹ eius sit ibi p̄s vel dicatur presens:sed q̄ effectus eius sit ibi presens ⁊ isto modo ad illud virtus eius se extendit.

Ad rōes ꝓme opi.

¶ Ad tertium dico q̄ quicquid sit de angelo/quia non ops angelū eē p̄sentē realiter toti celo ad hoc q̄ moueat ipsum totū/etiam secundū philosophos qui posuerūt intelligētiam motricē indeterminatā parte celi:nō esīt angelus simul est in oriente ⁊ occidēte/⁊ tñ sic mouet totū celum q̄ vna pars nō mouet altā/⁊ sic im inet(vt videt)tñ non valet vniuersaliter nec in deo sicut dictuz est supra. Et pōt etiā responderi sicut respōsum est immediate ad precedens:q̄ aliquid potest habere operationē circa aliquid dato q̄ nō sit ibi presens. ¶ Ad quartū dico q̄ nō valet de istis agētibus naturalibus de quib⁹ loquit philosophus ⁊ nō de deo. Preterea etiā illa ratio assumit vnū falsum/q̄ agēs se intimaret si posset falsum est nec hoc requiritur:sed sufficit assistentia ⁊ sufficiēs approximatio/⁊ ratio nō cōcludit intimitatē sicut dictum est supra. Hec de tertio articulo.

Ad argumēta ꝓcipalia.

¶ Ad ꝓmū ꝓcipale q̄ deꝰ nō est ī loco localiter/nec ī tēpore tēporaliter:sicut aliquid mēsurabile vel contētuz ab eis per ista/nec habēs aliquam relationē realem ad ista sicut creature/⁊ hoc intēdit Anselmus.: ¶ Ad scōm dico q̄ Augustinus intēdit q̄ deus nō est in aliquo nec loco nec alio eo modo quo alia sunt in ipso sicut in ipso;sed bene est alicubi nō localiter sicut corporalia in loco/sed tm̄ presentialiter ⁊ realiter in loco/non sic alia in ipso/⁊ ideo nō sequitur illud inconueniēs quia nō conformis modus dicēdi hoc in illo ⁊ cōuerso. ¶ Ad tertium q̄ totus deus est ꝓ tāto in vno loco:quia nichil est eius quin sit in eo/ nō quia ipse nō sit in alio:sicut etiā anima sic est in pede tota q̄ in manu. ¶ Ad quartum q̄ deus nō mutatur nec aliquē respectum realem habet ad locum/sicut angelus habet:sed per mutationem creature est de nouo presens ipsi creature ⁊c.

¶ Distinctionis.xxxviij.
Questio Unica.

1. perihermenias.

1. poste.

¶ Circa distinctionē Trigesimāoctauā ḣro. Utrū deus habeat certā determinatam ⁊ infallibilē scientiaz vel noticiam de futuris contingētibus. ¶ Videt q̄ non/primo sic.quia de futuris cōtingentibus non est determinata veritas primo perihermenias:sed determinata scientia ⁊ infallibilis importat determinatā veritatē:ꝑ ⁊c. ¶ Secdo sic. De non ente nō est scientia primo posteriorū:sed futura cōtingentia sunt nō entia:ꝑ ⁊c. Minor patet:quia quod fuit vel preteritū est non est: immo impossibile est q̄ sit in re:vt futurū est/ergo qđ futurū est nō est. ¶ Tertio sic.Si potētia diuina esset determinata ad alteram partē contradictionis tantū/sic q̄ nō posset in aliā potētia dei esset limitata vt patet:ꝑ similiter si scientia dei est determinata ad vnā partē futuri cōtingētis est finita ⁊ limitata:sed hoc est falsum:ergo nō habet determinatā scientiā alicuius partis: ergo similiter si scientia dei est determinata ad vnā partē futuri contingētis est finita/qđ etiam est falsum. ¶ Quarto videt q̄ non habet scientiā infallibilem vel certā:quia sequit q̄ deus scit cras me sessurū ⁊ ego cras nō sedebo:ergo deus fallitur;ergo similiter sequit q̄ deus scit me cras sessurū/⁊ ego possum non sedere cras:q̄ sedere nō est necessariū: ⁊ nō sedere per cōsequēs est possibile. Et si ponatur in esse nullum sequit impossibile: ergo deus nō habet scientiam vel noticiam ⁊ infallibilem de futuris contingentibus.

Ad hebreos xiij. Augus.

¶ Contra Ad hebreos xiij. Omnia nuda ⁊ aperta cōa oculis eiꝰ:ad quā nobis sermo. Et auctoritates multe in litera quaꝝ vna est Augustini quinto super Genesim,non aliter nouit deus fienda q̄ facta:sed facta ⁊ presentia certitudinaliter ⁊ determinate et infallibiliter cognoscit:ergo ⁊ futura vel fienda.

¶ In ista q̄stione. Primo inquirā de ipsa ponēdo duos modos dicēdi ad questionē/⁊ arguendo cōtra eos ⁊ soluēdo ad motiua eorum. ¶ Secdo ponam vnū alium modū respondēdi ad questionē/quē ego magis itelligo. ¶ Tertio instabo ⁊ soluā. ¶ Ultimo ad rationes principales.

deꝰ an habeat certā determinatā ⁊ infallibilē scientiā de futuris cōtingētibus. 1. opi. scti thō.

¶ Quantum ad primum est vnus modus dicendi q̄ deus certitudinaliter ⁊ determinate nouit futura contingētia(sicut etiā omnes dicūt)sed per istū modū. Dicūt eīn q̄ omnia futura sunt deo presentia in sua eternitate que excedit omne tēpus. Nā p̄sens eternitatis habet duas conditiones:vna est q̄ est simplicissimuz:alia est q̄ est infinitū ⁊ immēsum. Ex hoc q̄ est simplicissimū primū coexistit modo presenti ⁊ ex hoc q̄ est infinitum totū est ante tēpus nostrum infinitū. Et vlterius ad propositū dicūt q̄ si p̄sens eternitatis cōsideret vt est presens nostro presenti vel prius loquēdo vt p̄sens nostrū coexistit sibi futura nō sunt realiter presentia eternitati:nec deo scōm illā eternitatē/quia ex hoc sequeret q̄ eēnt realiter presentia nostro presenti/⁊ sic nō essent futura:qđ est contradictio. Et sic pōtest saluari opinio illoꝝ qui negant futura esse presentia realiter eternitati. Si vero cōsideretur inquātum propter eius summā simplicitatē ⁊ infinitatē totū est vltra presens nostrū/ ⁊ excedit in infinitū:sic futura ipsa sunt eternitati realiter presentia. Unde patet q̄ non sequit ex hoc futura ipsa esse presentia nostro presenti:sicut si aliquid dicat presens essentie diuine inq̄tū est in hoc loco/nō inquātum transcēdit oēm locū nō ꝑteres sequitur q̄ sit p̄sens alteri loco vel essentie diuine vt presens est alteri loco. ¶ Q̄ autē futura sint realiter deo presentia hoc probat rationibus auctoritatibus ⁊ exemplis. Prima ratio est ista quelibet q̄ futura res existēs in qualibet parte tēporis coexistit realiter deo vt videlicet intellectioni ⁊ volitioni/que vult efficaciter talē rem esse vel fieri nūc vel tali:quia vel rem esse ꝓ tali nūc vel tali nichil aliud est q̄z creare rē Sed istud velle est eternū ⁊ in eternitate:ꝑ res presens est deo realiter in eternitate. ¶ Secdo sic.nūc eternitatis coexistit vni nūc tēporis:⁊ nō adequat sibi/sed excedit:sed hoc nō est nisi quia altera pars tēporis vel aliud futurū nunc vel etiā preteritū sibi coexistit:ꝑ ⁊c. ¶ Tertio sic.Si totum tēpus eēt simul nūc eternitatis esset sibi p̄sens toti/⁊ cuilibet parti eius ratione illimitationis:⁊ infinitatis sue: sed nichil deperit eternitati p̄ hoc q̄ tēpus nō est simul:ꝑ ⁊c. ¶ Quarto sic. Sicut diuina immensitas se habet ad oēm locū/sic ⁊ diuina eternitas ad omne tēpus:sed diuina immēsitas p̄sens est omni loco

Auguſt. ⁊ omnis locus ſibi preſens:ergo ⁊ omne tẽpus ſiue preſens ſiue preteritū ſiue futurū. ¶ Ad hoc adducuntur auctoritates plures. Prima eſt Auguſtini.83.q.q.37.vel.18.vbi dicit q apud deum nichil eſt preteritum/⁊ pari ratione nec futurū/q̃ oĩa realiter p̃ſentia.

Idem. ¶ Scda eſt Auguſtini.15.de trini.c. ſeptimo/q̃ ita que dicuntur preterita ibi non pretereunt/nec illa que dicũtur futura q̃ deſint vt veniãt expectank:ſed oĩa preſentia cogitank. ¶ Tertia eſt Anſelmi de cõcordia ſcientie ⁊ liberi arbitrij.c.ij.vbi dicit q̃ ſicut p̃ſens noſtrū claudit oẽm locū:ſic eterno preſenti ſimul claudit omne tẽpus: ergo ſicut oĩa loca ſunt realiter p̃ſentia ⁊ coexiſtũt noſtro p̃ſenti/ita ⁊ oĩa tẽpora eternitati.

Anſelm⁹

Idem. ¶ Quarta eſt ciuſdẽ de caſu dyaboli.xvij.vbi dicit preſentia dei nõ proprie dicit preſentia cui eſſ oĩa ſunt preſentia nõ habet futurorū preſcientiã:ſed preſentium ſcientiã. Et cõfirmat per Boetium.v.de cõſolatione proſa vltima vbi dicit eandẽ ſentẽtiã cũ Anſelmo in auctoritate preallegata.

Boetius

Iſidorus ¶ Quinta eſt Iſidori de ſummo bono.lib.ij.c.vj.vbi dicit nichil in deo preteritū nec futurū:ſed omnia preſentia in deo dicũtur quia eternitate ſua cũcta cõplectitur.

1.exẽplũ. Alioquin mutabilis eſſet de⁹. ¶ Ad hoc adducũtur duo exempla. Primũ eſt de baculo/baculꝰ qui eſt fixus in fluuio cõtinue p̃ſente ipſius eſt ſucceſſiue partibus fluentibus/⁊ toti fluuio ſucceſſiue/⁊ ſi eſſet infinitus planum eſt q̃ ſimul ⁊ actu coexiſteret toti fluuio ⁊ cuilibet parti eius / ſic ⁊ eternitas cũ ſit infinita tott ⁊ parti/quia in duratione infinita vel infinita nõ diſtat aliqua duratio vt videtur.

Secũdũ. ¶ Aliud exemplũ eſt de puncto ſi poneret q̃ punctus fluens per ſuũ motũ cauſaret circũferentiam circuli:tũc cẽtrum illius circuli coexiſteret illi pũcto ſcõm qualibet partẽ circuli:ſed preſens eternitatis ſe habet ſicut cẽtrum immobile. Tempus vero cõtinue fluens ſe habet ad motum circũferẽtie cauſate per pũctum motũ:ergo preſens eternitatꝫ coexiſtit cuilibet parti tẽporis.

Cõtingẽ tiũ multiplex cõſideratio. ¶ Hoc probato dicũt iſti q̃ deus habet certam ſcientiam ⁊ determinatã de futuris contingẽtibus ſibi vere ⁊ realiter preſentibus licet nõ nobis. Poſſunt eñ tripliciter cõſiderari cõtingẽtia. Vnomodo vt habẽt eſſe i ſeipſis:⁊ ſcõm ſe conſiderata vt ſunt in ſeipſis. Et iſto modo futurum nõ eſt futurū:quia iam eſt cõtingẽs ad eſſe/⁊ ad alterã partẽ. Aliomodo poteſt capi futurū vt eſtim cauſa ſua ⁊ ſic futurū eſt cõtingẽs indeterminatū. Primomodo poteſt eſſe de ipſo noticia certa/ſicut de eo q̃ eſt determinate verum in ſe ipo:⁊ ſic deus nouit futura certitudinaliter. Scõo modo non habetur noticia ⁊ determinata de futuris:ſed tantum coniecturalis. Vnde deus nõ ſolũ nouit futurum in cauſa ſua ſed in ſeipſo:vt dictum eſt ſupra.

¶ Iſta poſitio videtur michi falſa ⁊ ſic dico primo q̃ preſupponit vnũ falſum. Scõo dico q̃ vilificat diuinũ intellectum. Tertio q̃ nõ eſt ad propoſitũ falſum quod preſupponit/ſcz iſtud q̃ futura ſint realiter deo p̃ſentia.

p.1. p̃cedẽ.opi. ¶ Arguo eñ cõtra hoc. Primo ſic. Fundamẽtum relationis realis actualis eſt aliquid vere ⁊ realiter exiſtens in actu ſicut probatũ eſt ſupra diſtin.xxx. ſed preſentia realis creature ad deũ eſt relatio vere realis actualis:ergo creatura futura vt ſic eſt deo p̃ſens realiter eſt aliqua vera res exiſtẽs in actu ab eterno:hoc eſt falſum:q̃ ⁊c. ¶ Scõo ſic. Illud quod coexiſtit alicui realiter exiſtit realiter. Probatio:quia a toto in modo tenet conſequẽtia ad ſuam partẽ ex quo non ponit in antecedẽte aliquid diſtrahẽs ſicut nõ ponitur in propoſito coexiſtere/⁊ planũ eſt q̃ ly ſimul nõ diſtrahit de exiſtere. Sed creatura futura p̃ te realiter coexiſtit deo ab eterno q̃ exiſtit ab eterno:hoc eſt falſum ⁊ hereticũ. ¶ Tertio ſic. Tãta eſt immẽſitas dei reſpectu loci:ſicut ⁊ eternitas reſpectu tpis:ſz de⁹ rõne ſue imẽſitatꝫ nõ eſt p̃ſens alicui loco nõ exiſtẽti:tũc eſſ anteq̃ mundus crearetur eratvbiq̃ ſicut modo:q̃ ⁊c. ¶ Quarto ſic. Si eternitas dei excedit tempus preſens noſtrum:licet nõ infinitũ ſcõm perfectionẽ:poteſt eſſ coexiſtere totum partibus tẽporis:q̃ ſicut deo ſunt realiter futura p̃ſentia ita ⁊ angelo/⁊ ita angelus poteſt naturaliter cognoſcere futura contingentia

Boetius ¶ Quinto ſic. q̃d eſt ſic p̃ſens eſt eternũ in eſſe reali patet:ſed creatura cum ſit realiter deo preſens in ſeipſa eſt eterna in eſſe reali:q̃ nõ poteſt produci de nouo in eſſe reali:vel bis erit ſcõm ideꝫ eſſe: hoc eſt ſum:q̃ ⁊ illud ex quo ſequitur. ¶ Sexto ſic. Cõtra vnã reſponſionẽ ⁊ dictũ altorũ quia nõ plus eſt aliquid in re de creatura q̃ deus diſpoſuit facere: ſed illa nõ eſt aliquid nec eſt preſens realiter ipſi deo:q̃ nec iſta. Vnde videt nunc opinio valde periculoſa ſed nõ eſt niſi dicere q̃ oĩa realiter in ſeipſis ſunt eterna:⁊ per q̃d nichil eſt preteritum nichil eſt futurum/⁊ q̃ preſens noſtrũ/⁊ per conſequẽs omne illud q̃d ſibi toti coexiſtit/⁊ cũ preſens noſtrũ non ſit niſi nũc ſcõm philoſophum/oportet q̃ nũc tẽporis ſit eternũ/⁊ ita multa inconuenientia.

Q̃ hec.ſ opi. viliſicat diuinũ intellectum. ¶ Secũdum probo ſcilicet q̃ iſta poſitio vilificat diuinũ intellectum:oĩs intellectio preſupponẽs neceſſario obiectum extrinſecum ⁊ eſſentialiter diſtinctũ in aliquo eſſe eſt dependens ab ipſa nec eſt neceſſe eſſe et precipue:ſed preſupponit illud in eſſe reali:tñ etiã hoc eſt verũ de eſſe rationis ſicut ſuperius dicebat ſed ſcõm iſtam poſitionẽ intellectio vel noticia diuina de cõtingẽtibus p̃ſupponit ea coexiſtere realiter ⁊ actu extra intellectũ ipſi eternitati ⁊ ad hoc vt determinate intelligeret:quia alias nõ poteſt:q̃ depẽdet ab ipſis:q̃ vileſcit diuinus intellectus. Secũdo quando dicit de cauſa q̃ per cauſam non põt cognoſci futurũ cõtingẽs:dico q̃ verum eſt q̃diu manet indeterminata:ſed ſi determinet ad alteram partẽ põt ſicut dicetur infra.

Q̃ hec opi. nõ ẽ ad propo poſitum. ¶ Tertio dico q̃ iſta poſitio nõ eſt ad propoſitũ:queſtio eñ eſt quomodo deus cognoſcit futura nõ ſolũ nobis(vt dicunt aliqui)ſed etiã ſibi:⁊ ideo nulla eſt reſponſio reſpõdere de p̃ſentibus ſibi:que eñ eſſet queſtio vel difficultas tractare:vtrũ deus cognoſcat certitudinaliter illa que ſunt ſibi p̃ſentia:planus eſt enim q̃ ſic ⁊ quomodo eſt multofortius q̃ angelus vel aliqua creatura:⁊ ideo dimitto iſtum modum.

Ad p̃mum argumẽtum pro illo falſo probãdo dico q̃ creatura eſt preſens ab eterno ipſi deo nõ realiter in ſe ipſa:ſed in eſſe cognito ⁊ volito:⁊ eſt diſpoſita creari in tẽpore per diuinã volitionẽ/non autẽ creata: quia licet volitio creatiua ſit eterna:nõ tñ effectus propter hoc/q̃ nec volitio eſt de effectu qui exiſtit niſi de nouo ⁊ in tẽpore:dices q̃ potẽtia ⁊ actꝰ realis habẽt obiectum reale. Dico q̃ verũ eſt in nobis ſed etiam non valet niſi de obiecto primario vel de obiecto ſecũdario voluntatis productiue pro illo nunc vel tẽpore pro quo diſponit ipſum eſſe vel fore q̃d efficax eſt/⁊ ita oportet q̃ ſit ſicut diſponit et pro q̃ diſponit.

Ad ſcõm q̃ nũc vel p̃ſens eternitatis excedit p̃ſens noſtrũ:quia ſibi nõ repugnat coexiſtere futuro q̃ erit/ non quãdo eſt ⁊ ſimiliter ⁊ ſi per impoſſibile totũ tẽpus eſſet ſimul coexiſteret omnibus partibus eius. Excedit etiã in perfectione:quia eſt deus ⁊ actu infinitũ intẽſiue:nõ tamen ex hoc ſequitur q̃ coexiſtat realiter alicui q̃d nõ eſt vel econuerſo:ſed ſufficit q̃ poſſit coexiſtere omni poſſibili eſſe quãdo eſt. Non ſic autẽ preſens noſtrum. Dices nulla duratio diſtat a duratione infinita cuiuſmodi eſt eternitas. Dico q̃ futurum ẽtumcũq̃ non exiſtat eternitati:nõ tñ diſtat:q̃ nõ eſt ens:dices ergo partes tẽporis non ſunt:cõcedo q̃ nõ ſunt extra intellectũ:ſed ſcõm copulationem anime:vt dicit quarto phiſicorum. Vel poteſt dici q̃ nulla duratio exiſtẽs diſtat a duratione infinita

ad auctos et exẽpla p̃o.1.p̃ce.opi. ¶ Ad tertium q̃ nichil deperit eternitati per hoc q̃ partes tẽporis nõ ſunt ſimul:nec ex ſua p̃fectione licet oẽs partes tẽporis ſint ſibi coexiſtẽtes:hoc eſt eñ impoſſibile ſicut dixi:ideo non valet. ¶ Ad quartũ dico q̃ deus ratione ſue imẽſitatis nõ eſt p̃ſens alicui loco nõ exiſtẽti nec econuerſo:realiter dico ⁊ formaliter:ſimiliter etiã dico de futuro. Si autẽ arguas de locis que ſunt in actu: patet q̃ nõ eſt ſimile/nec eſt aliquid ad propoſitum. ¶ Ad omnes auctoritates dico q̃ nõ intelligũt q̃ omnia ſint deo p̃ſentia realiter in ſeipſis:ſed vel ſicut obiecta cognita vel virtualiter: ſicut in cã potente ea ponere in effectu:⁊ facere illa ſibi p̃ſentia realiter: ergo ⁊c. ¶ Ad primũ exemplum dico q̃ baculus ẽtumcũq̃ infinitus nunq̃ eſſet preſens partibus fluuij niſi exiſtẽtibus:Non autẽ non exiſtẽtibus: ſicut etiã eternitas nõ exiſtit niſi preſentibꝰ? exiſtẽtibus/nõ propter imperfectionẽ vel limitationem ſed propter imperfectionẽ aliorum que nõ exiſtũt. ¶ Ad aliud exemplũ de puncto dico q̃ ſi punctus motus faceret circũferentiã circuli centrũ eſſet preſens cuilibet parti exiſtẽti:ſed nõ exiſtẽti non eſſet preſens. Vnde perfecta circũferentia ceſſaret motus puncti fluentis cẽtrum non coexiſteret illi puncto:quia inter puncta ille non eſſet. Ita dico in preſenti eternitatis reſpectu partium temporis. Hec de primo articulo.

Opi. Bonauẽture qualr de⁹ habet certã ⁊ determinatam ſcientiam de cõtingẽtibus. ¶ Quantum ad ſecũdum articulum eſt vnus alius modus dicendi q̃ deus habet certam ⁊ determinatã ſcientiã:vel noticiam de futuris contingẽtibus:ſed per iſtũ modum. Dicit eñ q̃ per ydeas cognoſcit nõ ſolum ſimplices terminos vel quidditates terminorum:ſed vnam complexionẽ eorum ſiue neceſſariã ſiue contingẽtem:⁊ hoc ex modo perfecto repreſentationis ydearum: ita q̃ nõ ſolum per ydeam hois ⁊ curſus/vel ſortis ⁊ curſus intelliguntur iſti termini ſimplices decurſum:ſed etiã complexio poſſibilis ipſorũ: ſicut iſta ſortes curret:⁊ hoc eſt futurum cõtingẽs ſicut etiã per ydeam hominis ⁊ riſus cognoſcitur certitudinaliter q̃ homo eſt riſibilis.

Ratiões p̃ce.opi. ¶ Ad hoc adducũtur rationes. Prima eſt iſta. Omne volitum eſt cognitũ:quia inuiſa poſſumus diligere incognita nequaq̃ ſcõm Auguſtinum:ergo iſtud contingens quod eſt ſortẽ fore:vel ſortẽ currere priuſ eſt intellectuꝫ

Ad rões ⁊ motiua 1.p̃c.opi. ſed hoc nõ eſt niſi per ydeas ⁊ non per determinationem diuine voluntatis. ¶ Scõo ſic. Fundamẽtum ⁊ terminus eſt ratio ſufficiẽs cognoſcẽdi habitudinẽ vel relationẽ vt patet:q̃ ex his ſolum depẽdunt:ſed noticia ⁊ termini ſunt fundamẽtum ⁊ terminus cõplexionis qui eſt quidam reſpectus ſiue ſit rei ſiue rationis nõ curo:q̃ ⁊c. ¶ Tertio ydee ſufficiũt ad noticiam cuiuſcũq̃ ſimplicis termini in re:ſed futurũ contingens in re eſt terminus ſimplex:quia in re nulla eſt cõplexio:ſed tñ in intellectu. ¶ Quarto. Non minus perfecte repreſentãt ydee terminos contingẽtium cõplexionum q̃ neceſſariorũ vt patet:ſed ydee eo ipſo q̃d repreſentant perfecte terminos cõplexionum neceſſariorum repreſentant ⁊ ipſas complexiones:ergo ⁊c. ¶ Quinto ſic. Eſſentia diuina perfectiſſime continet omne ens/⁊ quẽlibet modum entis:⁊ per conſequẽs repreſentat:ſed contingẽtia nõ eſt niſi modus entis vl habitudo quedam ad tẽpus determinatũ. ¶ Sexto ſic ⁊ vltimo eadẽ eſt ratio cognoſcẽdi neceſſarium ⁊ contingẽs/ſicut rectum eſt index ſui et obliqui:ſicut etiam idem eſt ratio cognoſcẽdi poſſibile ⁊ impoſſibile/dependẽs ⁊ indepẽdens/lucẽ et tenebre:ſed per ydeas cognoſcũtur neceſſaria:q̃ et cõtingẽtia. Confirmat iſta poſitio/quia eſſentia et eſſe actualis exiſtẽtie creature ſunt penitus idem:q̃ cum eſſentia repreſentet determinate per ydeã vel per diuinã eſſentiam:videtur q̃ eſſe actuale exiſtẽtie/⁊ pari ratione fore ⁊ fuiſſe. Preterea quicquid ponatur ex parte contingẽtis oportet q̃ ſit aliquid ſed ſi diuina eſſentia vel ydea eſſet aliquid determinate repreſentaret:quia ita eſt determinata ⁊ perfecta ab eterno ſcõm rationẽ memorie obiecti primi in repreſentando:ſicut intellectus in intelligendo/vel voluntas in volẽdo:q̃ ⁊c. Stude niſi q̃ concludunt bene q̃ contingẽs quaſi ad ipſam rationẽ ſuam:vt dicitur quid poſſibile eſſe vel nõ eſſe in effectu ⁊ in re ſiue ſit eſſentia ſiue exiſtẽtia. Et quicquid poteſt poni in re repreſentatur vt ſic per diuinam eſſentiam preciſe ⁊ antecedẽter ad voluntatẽ/ nõ autẽ quãtum ad fore/⁊ eſſe determinate in actu ⁊ in re verbaliter accipiendo eſſe:ſed per voluntatem ſicut probatur infra/nec ſic ſicut repreſentabilia ante actũ volitatis/nec eſt perfectionis: immo imperfectionis eſſet q̃ repreſentarẽtur per diuinã eſſentiam antecedenter ad voluntatem.

Cõtra p̃dictũ opi nionem. ¶ Sed iſte modus dicẽdi non videt eſſe verꝰ/⁊ arguo contra eum. Primo ſic. Quecũq̃ repreſentãt ydee repreſentãt mere naturaliter ⁊ neceſſario ante omnem actũ voluntatis circa ydeatum vel repreſentatum/vt patet ſcõm alios. Tunc ſic. Illud nõ eſt repreſentatum nec notus per ydeam vel ydeas quod nõ eſt neceſſario notũ vel repreſentatum: ſed ſortẽ fore nõ eſt neceſſitate abſoluta neceſſario notũ vel repreſentatum:quia tũc eſſet neceſſarium:ergo ⁊c. ¶ Scõo ſic. Omne repreſentatum per ydeas ⁊ cognitũ complexum eſt verũ ſimpliciter neceſſarium ex terminis:hoc probo quia verũ neceſſario ⁊ naturaliter repreſentatur ſicut ⁊ ter mini/ſicut ⁊ hoiem eſſe animal vel riſibile vel huiuſmodi:ſed nullũ cõtingẽs futurũ vel veritas de ipſo ſcõm q̃ huiuſmodi eſt ſimpliciter vera ⁊ neceſſaria ex terminis: ſic eñ ita eſſe neceſſariũ ſortem fore vel currere: ſicut hoiem eſſe aĩal/vel triangulũ habere tres equales

duobus rectis:ergo ꝛc. Tūc em̄ necessario necessitate absoluta futurū contingēs aduenirēt vel euenirēt. ¶Tertio sic accipiēdo duas ydeas puta sortis ꝛ cursus. Aut iste repugnāt cōplexionibus oppositis de istis terminis/aut tm̄ alterū determinate. ℘terea etiā quia voluntas cuꝰ non possit esse non recta nec diffortmis intellectui dictāti alteram partē per illas ydeas necessario vellet istam partē ꝛ sic illa pars esset necessaria:nec pōt dicere ꝙ vtrū q̄z/quia tunc deus per ydeas simul sciret sortem fore in a ꝛ nō fore in a/vel curreret nō currere/qđ est impossibile/ꝛ est cōtradictio/ꝛ tūc sciret falsum et impossibile. ¶Quarto sic.ydea non magis est aliquid pro illo instanti/vel pro illo/ q̄ pro tertio:sed tale quid nō potest cē ratio cognoscēdi determinate hoc fore i hoc instāti determinate:q̄ ꝛc. ¶Quinto sic. Non magis sunt ydee futurozum q̄ possibilium que nō sunt futura ꝛ indifferēter sunt istozum ꝛ illozum:ergo nō repꝛesentant distincte rem vt futuram nec futurū contingēs vt videt. ¶Dico igitur ꝙ per ydeas nō cognoscit de⁹ determinate futura cōtingētia:sed terminos simplices ꝛ cōplexiones necessarias ipsozum:non autem contingēs vel si contingēs.non tamen determinate alteram partem sed sub disiunctione.

Resolu°

Ad motiua p̄cedētis opi.

¶Ad primū eozū dico ꝙ omne volitū cplexum nō est pre cognitū determinate volitioni p̄cipue si sit cōtingēs fiendū. Et quādo dicis incognita nō possum⁹ diligere concedo ꝙ incognita totaliter/sed futurū nō est totaliter incognitū q̄tum ad suos terminos quia repꝛesentatur per ydeas ipsas ante actū volūtatis anteq̄ termini cognoscant/licet nō cōplexio determinate saltē:sed sub disiūctione ad oppositā: ꝛ ita ex quo libere nō elicit/siue non elicit qđ tm̄ tenebatur elicere ex voluntate diuina obligāte ipm̄/ nec volūtas diuina immutat aliquid circa modum agendi vel cessandi contingēter ꝛ libere. Sic enim contingēs in se contingēs est/sic a deo contingēter voluit ꝛ in sua contingētia relictum nō plus est necessarium q̄ si nō esset diuina voluntas:adhuc altera pars(nō autem vtraq̄)cōueniret/ꝛ tm̄ nō necessario/sic nec modo:ꝛ ideo peccat q̄tumcūq̄ de⁹ determinet se nō influxurum ad talem actū:nec tenet ꝛ ideo nō peccat deus. Ad hoc nota Augustinum

Augu.5. de ciui.

quinto de ciuitate dei.c.xj.per totū:sed in fine specialiter dicit sic. Neq̄ em̄ ideo nō peccat homo:qꝛ deus illum peccaturum nō pꝛescuit ideo nō dubitatur ipsum peccare dū ipse peccat: quia ille cuius pꝛescientia falli nō potest non fatum non fortunā nec aliquid aliud:sed ipsum peccaturꝰ esse pꝛescivit qui si nolit omnino nō peccat:sed si peccare noluerit etiam hoc ille pꝛescivit. ¶Ad confirmationeꝫ ꝙ deus non potest determinare aliquē ad odiendū seipsum scꝫ deū:dico ꝙ sicut de⁹ potest creare actū odiendi seipsum ꝛ id qđ est sibi possitiuum ꝛ ꝓpter seipsum:vt ꝓpter finē naturalem actus nō obstāte ꝙ summe diligat seipsum:ita etiam potest determinare aliquē ad actū odiendi seipsum:dato ꝙ ipse deus in hoc nō peccet:sed summe diligat seipsum: sed peccatoꝛ tm̄ peccet qui obligatur pꝛecepto affirmatiuo diligere deum/ꝛ per consequens nō odire deū aliquo actu suo vel contēpnere. ¶Ad aliā confirmationē quando dicis ꝙ saltē equali necessitate peccaret peccatoꝛ sicut ignis calefacit: dico ꝙ verum est quātum ad hoc ꝙ sicut stante diuina voluntate ꝙ ignis calefaciat pꝛesente cōbustibili: impossibile est ꝙ ignis non calefaciat/ꝛ hoc necessitate consequentie impossibile est ꝙ iste non peccet/nō tamen naturaliter peccat:nec a pꝛincipio naturali sicut ignis:sed a pꝛincipio libero qđ quidem determinatum est ad peccandum non naturaliter/sed libere. Vel dici potest ꝙ peccatū vt peccatū cū sit negatio ꝛ pꝛiuatio per se nō cadit sub determinatione diuine voluntatis:sed per accidēs ratione alicuius substracti vel oppositi que per se cadūt sub ipa. Qꝛ autē superueniat malū hoc est ꝙ accidēs ex causa defectiua creata. Nec ad hoc requirit aliqua influentia dei per se:ideo ꝛc. Si ista valent bene quidē/tm̄ michi non sufficiunt. ¶Ad scm̄ dubiū dicitur ꝙ maioꝛ est falsa quādo pꝛima causa cōtinet et ambit virtualiter totam virtutē ꝛ differētiam cause secunde:que requirūtur cum ipsa:sicut est in pꝛposito de volūtate diuina ꝛ libero arbitrio. ¶Ad tertiū dubium dico ꝙ scientia diuina vt de contingētibus nō est necessaria simpliciter ꝛ absolute: ꝫ tm̄ ex suppositione determinationis in diuina voluntate que est contingēs vt transit super ista. Sic ad istam questionem.

¶Ad pꝛimū pꝛincipale Dico ꝙ de futuris contingētibus scm̄ suum esse cōsideratis ꝛ scm̄ se nō est determinata veritas: quia sic indeterminata. Sed si accipiant vt cadunt sub determinatione diuine voluntatis iam sunt determinata ad alterā partē/ꝛ possunt determinate cognosci. ¶Ad secūdum dico ꝙ de nō entibus totaliter nō est sciētia:quia illa nullomodo sunt entia;sed licet futura non sint in re extra: sunt tm̄ aliquomodo in diuina intelligētia. Aliter potest dici ꝙ de non ente pꝛecipue qđ est contingēs non est sciētia pꝛopꝛie dicta/ꝛ tanq̄ de pꝛimo obiecto/sed bene notīa certa/ꝛ tanq̄ de obiecto secūdario per aliquid qđ est ens. Aliter dicitur ꝙ licet futura non sint in actu cū ipsis non repugnat esse:ꝛ hoc sufficit ad secūdum. ¶Ad tertiū dico ꝙ potentiā esse alicuius signꝫficat esse illius vt i potētia nō in actu. Scientia vero magis vt in actu/ꝛ ideo scientia potest esse magis determinata ad vnā partem nō obstante sua infinitate q̄ potētia etiam dici potest ꝙ vtraq̄ absolute loquēdo est indeterminata ad hanc partē vel ad illam/licet vtraq̄ determinetur per actū voluntatis ad vnā partem/ita ꝙ sicut scientia non est nisi vnius partis ex suppositione determinationis diuine voluntatis/ita nec potētia. Si dicatur ꝙ si futura sint determinata ad illam partē siue in re siue in noticia diuina/tūc non oportet cōsiliari de futuris:sicut nec de pꝛesenti/qꝛ de determinatis non est cōsiliandū/siue em̄ cōsiliet quis/siue nō id qđ determinatū est eueniet. Dico ꝙ oportet dicere necessario ꝙ sunt determinata oīa indiuidua noticia/ et nō ꝓpter hoc nō oportet cōsiliari:quia etiam ꝛ modus deueniendi ad illa per consiliū apud illos quibus nō sunt determinata nec in se nec i noticia anteq̄ fiāt determinatus est apud deum:nec oportet deum cōsiliari cui nō oportet determinari. ¶Ad quartum dico ꝙ pꝛima consequētia non valet nisi esset possibile te non sedere stante diuina essentia q̄ scit te sedere vel nouit/qđ est impossibile:ꝛ ideo dico ꝙ habet scientiam infallibilem : quia stante sua sciētia impossibile est esse aliter in re sed necesse est sic esse necessitate conditionata.

Ad argumēta pꝛincipalia.

¶Distinctionis.xxix.
Questio Vnica.

¶Circa distinctionē Trigesimānonā quero. Vtrū deus sciat necessario/ꝛ īmutabiliter quecūq̄ scit. ¶Videt ꝙ nō immutabiliter:qꝛ a contradictorio in contradictoriū nō est transitus nisi per mutationē/sed de⁹ in sciendo trāsiit vel trāsire potest a cōtradictorio in cōtradictozium:quia qđ non scit potest scire intellectus em̄ suus ante determinationē sue volūtatis nescit futura cōtingētia ꝛ tm̄ ante scire est indeterminatus ꝛ ex se postea determinatus/ꝛ nō nisi ꝙ aliud additū reale de nouo sibi aduenies:aliquin scm̄ idem penitus respectu ei⁹ esset determinatus ꝛ indeterminatus qđ est cōtradictio plana: ergo ꝛc. ¶Scdo sic. Oīne immutabile est necessarium:ergo si deus contingentia scit immutabiliter scit ea necessario/sed hoc est falsum:quia tūc essent simpliciter necessaria ꝛ omnia de necessitate eueniret. ¶Tertio sic. Quod nō est album ꝛ potest esse album potest mutari:quia potest incipere esse albū ergo qđ nescit aliquid ꝛ potest scire potest mutari: sed deus potest scire aliqua que nescit:ergo ꝛc.

¶Quarto sic. Videt ꝙ necessario sciat futura cōtingētia:qꝛ sciens aliquid immutabiliter ꝛ ab eterno scit id necessario:quia immutabile ꝛ eternū necessarium est. In deo em̄ non pont alia necessitas q̄ immutabilitatis:sed deus immutabiliter scit futurū contingēs ꝛ etiam ab eterno sicut dicetur infra:ergo ꝛc. ¶Quinto quia quicquid est in deo est deus:ꝛ per consequēs est necessariū vel necesse esse sed scientia contingentium est in deo:ergo ꝛc.

An in reb⁹ sint aliqua cōtingētia.

Cōtingēs dupleꝛ.

Augst. ¶Contra ꝙ scilicet immutabiliter secūdū Augustinū. v. de trinitate ꝛ ponitur in litera. Sciētia dei est immutabilis ꝛ inuariabilis:ꝛ sic ꝙ nō necessario cognoscat oīa. ℘batio. Si antecedēs est simpliciter necessariū/ ꝛ cōsequētia simpliciter necessaria/oportet ꝙ cōsequēs sit simpliciter necessarium:si ergo istud antecedens deus scit futura contingentia est de necessitate vel de necessario/ꝛ cōsequētia ista qua infertur ex hoc ꝙ futura erūt ꝛ euenient de necessitate est necessaria/sicut videtur qꝛ diuina essentia falli nō potest/ nec frustra sequitur ꝙ consequens sit necessarium/ ꝛ sic omnia scita a deo euenient de necessitate; hoc est falsum:ergo ꝛc.

¶In ista q̄stione ℘rio inquirā vtrū aliqua contingētia sint in rebus/ꝛ per quē modū. ¶Scdo vtrū scientia sit immutabilis. ¶Tertio vtrum sit necessaria de oībus que scit. ¶Quarto vtrū sub scientia vel pꝛouidētia cadant omnia. ¶Vltimo ad rationes.

¶Quātum ad pꝛimū cōmuniter conceduntur esse contingētia in rebus ab omnibus. Sed dicit vnus doctoꝛ ꝙ quātū ad pꝛesens contingēs accipitur dupliciter sicut ꝛ necessarium Vno modo accipitur necessariuꝫ ꝛ dicitur illud qđ est immutabiliter ꝛ indepēdēter. Aliomodo illud quod euenit ineuitabiliter. Similiter contingens. Vno modo dicitur illud qđ ex se nō est necessariū. Alio modo qđ potest non euenire/ cuiusmodi sunt effectus qui dependēt ex causis contingēter agētibus/que non sunt ineuitabiles nec necessarie/ licet quādo sunt sint aliquomodo necessarie. Contingētia pꝛimomodo est posita a philosophis etiā in incoꝛruptibilib⁹ ꝛ semp entibus/ dependētibus tm̄ ab alijs in suo esse/ cuiusmodi est celum scm̄ aliquod ipsozum qđ non est ex se necesse esse:sed dependet a motoꝛe pꝛimo/ꝛ scm̄ motum / ꝛ scm̄ esse sicut dicit Auerrois in de substantia oꝛbis. Contingētia vero scdo modo dicta patet ꝙ est in contingētibus supꝛadictis. ¶Qꝛ autē in rebus sit contingētia dicit ꝙ difficile est pꝛobare. Cum em̄ necessarium et contingēs sint passiones entis disiuncte ꝛ cōiuncti cum ipso/quia omne ens vel est necessariū vel contingēs non possunt demonstrari per pꝛius: qꝛ si per pꝛius posset demonstrari contingētia in reb⁹. Aut hoc esset per rationē entis vt subiecti/qđ est impossibile:quia ens nec habet diffinitionem sicut nec genus vel differētiam:nec descriptionē. Nichil enim est notius ipso. Et quia etiam cōceptus eius est irresolubilis in plures ꝓceptus:aut per rationē pꝛopꝛiam contingētie/qđ est impossibile/quia neutruꝫ siue contingētia siue necessitas habet diffinitionē vel descriptionē/aut demonstraretur per passionē mediam inter ens ꝛ cōtingētiam/qđ est falsum etiā quia talem nō est accipere/ergo videtur ꝙ cōcludi nō possit:quia totum disiunctum scꝫ necessitas vel cōtingētia necessarium vel cōtingēs pꝛobari non potest a pꝛiozi:vt dictū est:q̄ nec cōtingētia. Dicesꝫ immo per ipsum necessarium vel per rationē necessarij dicit ꝙ per necessarium pꝛobari nō potest/ quia ꝛ licet in talibus passionibus disiūctis possit pꝛobari a posteriozi minus nobile per maius nobile/sicut per esse in potētia ꝓbatur ens i actu/ ꝛ per ens finitū pꝛobatur infinitū/nō ecōuerso. Sequitꝫ em̄ ꝙ si est ens in potētia ꝙ sit aliquod ens in actu/ ꝛ si est ens finitū ꝙ sit aliquod infinitū/nō econuerso:nō tm̄ ignobilius nec a pꝛiozi nec a posteriozi q̄ nobilius. Vnde nō sequitur infinitū / ergo finitū: vel ens actu/q̄ ens in potētia. Similiter in ꝓpositō licet sequerek a posteriozi est ens cōtingēs:q̄ est aliquod necessarium/nō econuerso : nec a pꝛiozi nec a posteriozi est aliquid necessariū:ergo est aliquid cōtingēs/ꝛ sic est generaliter in omnibus passionib⁹ disiunctis nisi in his que habēt mutuam relationē realem:ꝛ que sunt:nō sit autē necessarium ꝛ cōtingēs realiter mutuo referūtur:sed magis cōtingēs ad necessarium:nō autē econuerso. Et ideo philosophus volēs pꝛobare ꝙ nō omnia eueniūt de necessitate/ ꝛ ꝙ est cōtingētia in reb⁹ in fine pꝛimi perihermenias nec ibi nec alibi pꝛobat hoc a pꝛiozi. Sed deducēdo ad impossibile aliquod nō manifestius in se:sed nobis vt ꝙ non oportebit consiliari. Et ideo dicit iste ꝙ cōtingētia potest ostendi a posteriozi:quia si tollit cōtingētia tolluntur cōsilia/ꝛ monitiones/ꝛ virtutes/ꝛ vitia/ꝛ punitiones/ꝛ pꝛemia. Vnde ꝛ Auicēna pꝛimo metaphisice sue dicit ꝙ negantes sunt verberādi ꝛ cremādi vt negēt:experientia ducti:ꝙ pꝛius cōcesserūt vel cōcedāt qđ negauerūt. Si iste doctoꝛ intelligat ꝙ necessitas ꝛ cōtingētia vel necessariū et cōtingēs quocūq̄ modo accipiant sunt passiones entis simpliciter ꝛ vni

Auicēna

uersaliter sumpti/nō videtur michi verū. Dixi eīm distin. viij. q deus ex suo ꝯceptu quidditatiuo per se primo modo est necesse esse/ita q necessitas essendi nō est passio entis/qđ est deus:sed claudik in suo conceptu quidditatiuo. Unde dico q necessariū ⁊ cōtingēs vnomodo sunt partes entis realis. Alio modo passiones possunt dici. Uno eīm modo necessarium dicit ens indepēdens ⁊ cōtingēs ens depēdēs/⁊ istomodo necessarium ⁊ cōtingēs dicūt partes entis ⁊ sunt distincte partes per hoc q ens necessarium includit in suo cōceptu quidditatiuo esse actualis existētie. Ens vero possibile nō includit vel ens cōtingēs scōm Auicēnā ⁊ Algazelem qui multū vtūtur istis nominibus. Alio modo possunt accipi vt dicūt habitudines quidditatis ad esse actualis existētie/et sic forte possunt dici passiones: nō tū ꝓprie q nō sunt nisi habitudines rōnis. Tertio modovt sunt modi sincathegoreumatici determinātes compositionē/⁊ sic etiā possunt dici ali quo modo passiones/sz adhuc minus ꝓprie/⁊ si intellexit iste doctor q primo modo dicta sunt passiones nō videtur michi verū:saltē de necessario quic quid sit de cōtingente. Si dicas q immo/q dependētia est passio entis dependētis/⁊ independentia passio entis indepēdētis. Dico q licet depēdētia posset esse passio alicuius depēdētis/tū ipsa est ens ⁊ ita nō est passio entis nō indepēdētis vniuersaliter ⁊ absolute:sicut nec de indepēdētia q̄ est negatio depēdētie potest cōcedi q est passio entis necessarium:sed necessariū formaliter ⁊ intrinsece nō includit istam negationem vt patet:ideò ⁊c.

Quo mō in reb⁹ sit cōtingētia. ¶ **Sic igitur** dico q in rebus est ꝓtingētia. Sed per quē modum dicūt aliqui q res potest dupliciter comparari vel ad causam primā que est deus vel ad causas ꝓximas creatas ⁊ medias:primo modo scz ex prima causa nō est cōtingētia in rebus. Secūdo modo ⁊ ex causis ꝓximis est cōtingētia in reb⁹/⁊ q hoc sit possibile declarāt primo:quia cōditio imperfectionis in effectu nō debet attēdi ex causa ꝓfectissima. Sz cōtingētia est cōditio imperfectionis in effectu vt patet:ergo nō debet accipi ex causa perfectissima que est deus:ergo ex alijs causis. ¶ Scōo sic. Mullum est inconueniens q eadē actio puta calefactio ligni sit actio naturalis ⁊ libera simul naturalis si cōparetur ad ignē/libera si cōparet ad deū coagentem:ergo similiter nullū est incōueniens q idē effectus sit cōtingēs ex causa secūda/⁊ nō ex causa prima. ¶ Tertio quia ex causis que sunt ꝑpedibiles in agēdo debet accipi cōtingētia effectus/nō autē ex causa nō impedibili/cuiusmodi est deus: sed causę impedibiles sunt cause scōe:ģ ⁊c. Et isti dicunt q contingentia non est primo in deo sed in causis secundis ⁊ ex ipsis in effectibus.

Ꝓpdictā opinionē ¶ **Sed ista** opinio nō est vera. Arguo eīm q cōtingētia nō solum sint in effectibus ex causis secūdis:sed ex prima causa: q certum est apud catholicos q deus producit multa īmediate sicut angelos animas rationales ⁊ gratiam:⁊ talia que nō possunt haberi nisi per creationem:sed planū est q cōtingēter producit et nō necessario:ergo cōtingētia est in aliquibus rebus ex prima causa. ¶ Scōo sic. Quero a te de illis causis secūdis aut sunt producte cōtingēter:aut nō ab ipsa causa prima nō potest dici q nō:ergo libere ⁊ cōtingēter producūtur:ergo in ipsis est cōtingentia ex causa prima. ¶ Tertio sic. Deus potest facere immediate oēm effectum quē facit mediantibus causis secūdis extrinsecis:sed si faceret id ipsum faceret qđ modo fit:ergo faceret aliquid cōtingēs sicut modo:ergo ex prima causa primo ⁊ principaliter est cōtingētia. Alie rationes adducūtur ad probandum q deus nichil agit de necessitate que nō videtur michi demonstrationes:sed solubiles ⁊ dimitto eas vsq ad alias.

Reſolu doctoris. ¶ **Dico igitur** q contingētia primo est in voluntate diuina libere ⁊ contingēter volēte volitione efficaci/⁊ effecta quodcūq extrinsecum a deo:licet nō putem hoc posse demonstrari:sicut dicam infra in tractatu de voluntate: ⁊ quomodo velit cōtingēter dicam ibi: secūdario autē est cōtingētia in reb⁹ creatis oibus ab ipsa volūtate diuina libere ⁊ cōtingēter causan te vel mouēte ipas vl' volēte ipas. Aduerte ¶ Est tū aduertēdū q voluntas dei vel volitio pōt accipi vt est aliquid scōm se/⁊ sic est necessaria ⁊ necesse eē/qz de⁹. Aliomodo in cōparatione ad omnia diuina intrinseca ⁊ sic adhuc est necessaria/⁊ necessario vult ipa. Tertio modo per comparationē ad extrinseca: vt actus volendi trāsit super tale obiectum: puta sup obiectum cōtingēs. Et sic dico q dicitur cōtingēs ⁊ cōtingēter velle nō q actus idē qđ est in se sit cōtingēs vel possibile nō esse:sed quia absolute loquēdo potest nō transire sup tale obiectū nō postq trāsijt:quia tūc volūtas esset mutabilis:sed pro eodez instāti pro quo trāsit diuisim accipiēdo potuit vel potest nō transire:sic ergo est prima cōtingētia in voluntate diuina. Hoc probo est eīm in deo per cōparationē ad obiecta extrinseca volēdo ipsa efficaciter forte vel nō forte pro aliquo tēpore vel instanti Qz autem nō sit in ipso cōtingētia scōm aliam potētiam/primo patet q nō scōm potētiam intellectuā:quia omnis actus diuini intellectus circa creaturam precedēs actū voluntatis est mere naturalis ⁊ per cōsequēs necessarius nec scōm potētiā executiuam si ponatur: quia illa sequitur determinationem voluntatis ⁊ imperium eius:⁊ iudicium rationis:igitur ⁊ cetera.

Ad rōes ꝓie ꝓcēdēs opi. ¶ **Ad primum** aliorū qui probāt q non sit contingētia in rebus per cōparationē ad primā causam vel ex prima causa:sed tātum ex causis secūdis:dico q cōditio imperfectionis in effectu potest esse valde bene a causa ꝓfectissima:etiam immediate:nec ex hoc sequitur aliqua imperfectio in causa/⁊ precipue si illa conditio sit positiua:cuiusmodi est ꝓtingētia in re:imo oportet necessario q omne qđ est in re positiuū sit a causa prima per se perfectissima quia eius causalitatē nichil potest subterfugere sicut patet:non est enim cōtra rationē cause perfecte facere aliquid imperfectum:nec est imperfectio eius:sed effectus precipue si causa sit libera nō agens naturaliter necessario. ¶ Ad scōm dico q esse liberū ⁊ naturale in calefactione nō ponit nisi diuersas denominationes circa actionē ex principijs:quorum vnū est naturale ⁊ creatum. Aliud est voluntas increata libera:⁊ ideꝫ potest a diuersis diuersimode denominari:sed dico cū dicat idem qđ est res vel passionē et? oportet q a quocūq est res q ab eodem sit sua cōtingētia:immo a quo ꝓtincipaliter ab eodē ꝓtincipaliter sit sua contingētia:nec potest dici nō contingēs ex illo vel cōtingēs nō ex illo. ¶ Ad tertium dico q nō solum a causa impedibili debet accipi cōtingētia:sed potius a causa libera prima q̄tumcūq non impedibili/immo dato q de⁹ crearet quicquid immediate creat de necessitate nature(sicut philosophi posuerūt)adhuc forte posset accipi ex ipso contingētia principaliter in effectu/mediātib⁹ tū causis secūdis impedibilibus. Hec de primo articulo.

Deus an immutabiliter sciat oia q̄cūq sit ⁊c. ¶ **Quantum ad secūdum articulum** An scz deus immutabiliter sciat oia que scit tā cōtingētia q̄ alia:Distinguunt doctores quātum ad propositū dupliciter noticiā in deo/vnā scientiam vel noticiam/que dicit simplicis intelligētie. Aliā que dicitur noticia visionis. Noticia simplicis intelligētie dicitur scientia dei respectu omniū cōtingētiū scōm esse possibile/nō vt futura sunt: noticia visionis dicit illa eadem vt est respectu omnium que sunt fuerūt vel erūt:siue sint sub eternitate/siue sub euo/siue sub tēpore vel instanti tēporis. ¶ Ad propositū dico q quicquid deus scit scientia vel noticia simplicis intelligentie scit immutabiliter ex parte scientis:scōm q ly mutabiliter determinat actum sciendi vel intelligēdi in comparatione ad scientē vel intelligentē. ¶ Scōo dico q scit omnia immutabiliter ex parte obiecti scōm q ly immutabiliter determinat actū sciendi in comparatione ad obiectū. ¶ Tertio dico q loquēdo de scientia visionis de⁹ scit omnia immutabiliter:scōm q ly immutabiliter determinat actum sciendi per cōparationē ad intelligentē. ¶ Quarto etiam q prout se tenet ex parte obiecti determinās actū: vt cadit sub per obiectū. ¶ Prima ꝯclusio probatur primo sic

1. ꝯclusionis ꝓbaº

sciens cuius intellectus est immutabilis simpliciter scit immutabiliter ex parte sui actus scienci cōparati ad ipsum. Patet:sed deus est simpliciter īmutabilis:sicut probatū est distin. viij. ģ ⁊c. ¶ Secūdo hoc patet sic. Intellectus qui est idem cū scientia scientis scit immutabiliter oia ex parte sui: sed intellectus diuinus est idem cū scientia scientis cōparata ad ipsum:ergo ģ ⁊c. Tertio sic. Qui intellectus qui trāsire nō potest ab actu ad negationē vel priuationē actus ⁊ ecōuerso: ⁊ cuius scire ⁊ actus est necesse esse scit immutabiliter quecūq scit ex parte sui cōparando actum sciendi ad intelligētē vt patet:quia mutatio ex parte scientis nō est nisi per talem transitū:sed intellectus diuinus est huiusmodi ⁊ actus suus sciendi:ģ ⁊c.

2. ꝯclusionis ꝓbaº

¶ Secūda cōclusio probatur q de⁹ scit omnia immutabiliter loquēdo de noticia etiam simplicis intelligētie vel ex parte obiecti:prout ly immutabiliter determinat actum in cōparatiōe ad obiectum:⁊ hoc primo si accipiatur obiectū intrinsecum vt essentia diuina vel attributum vel relatio vel huiusmodi nō oportet insistere hic:q omnia ista sunt simpliciter necesse esse ⁊ immutabilia ⁊ purus act⁹. ¶ Scōo hoc patet de obiecto extrinseco creature sicut dictum est supra nō presupponitur vel preexigitur nec coexigit in aliquo esse intellectu:nec habet aliquod esse aliud ab esse intellectionis diuine:sed ipsa intellectio diuina immutabiliter se habet vt dictū est:ģ ⁊ creatura vt obiectū cognitum. ¶ Tertio sic qđ nullū habet esse vel nō esse/scōm q huiusmodi nō est mutabile: quia omnis mutatio est ab esse in nō esse:sed creatura habet obiectum cognitū ⁊ scōm q huiusmodi nullū habet esse vt dictū est supra:nec nō esse: qz licet simpliciter sit nō ens anteq̄ produceret:tū scōm q est in intellectu nō est nō ens:tunc eīm vt productū esset ens rationis:quia ita intelligitur sicut prius:ergo ⁊c. ¶ Quarto sic. Ex parte illius nō potest accipi mutatio quādo necessario cōformiter se habet vel saltē non diffōrmiter ad necesse esse vt patet:sicut nec ex parte necesse eē: sed creatura sic cognita non potest diffōrmiter se habere ad diuinā intellectionē que est necesse esse:ģ ⁊c.

3. ꝯclusionis ꝓbaº

¶ Tertia conclusio apparet per easdem vias sicut prima:scilicet q de⁹ scientia visionis nouit omnia immutabiliter ex parte sui/⁊ actus sciendi in se/⁊ ad ipsum scientē comparati. ¶ Quartā conclusionē probo scz q etiā in quātum actus sciendi trāsit super obiectū preteritum presens vel futurū. Primo sic. Intellectus qui in intelligēdo nō preexigit aliquod obiectū in aliquo esse/nec coexigit ad suam intellectionē non variatur in suo intelligere ad variationē obiecti: patet. Sed sic est de intellectu diuino: vt dictū est supra frequēter:ergo ⁊c. ¶ Scōo scientia per quam vel in qua obiectum non habet esse representatum actu ⁊ formaliter non mutatur vel variat inquantū transit super tale obiectum:sed obiecta preterita vel futura seu obiecta scientie visionis non sunt formaliter ⁊ actu representata in intellectione diuina:licet denominent ab ipsa:sed solum simplices termini eoꝝ:ita q quātum ad cōceptus simplices suoꝝ terminorum sunt ibi representata:ģ ⁊c. Adhuc probatur multipliciter. Primo sic. Necessariū simpliciter nō supponit aliquod cōtingēs:puta diuinā determinationē de ipsis:sed omne formaliter representatū intellectione diuina est necessariū simpliciter:qz vt sic est idem:vel nō aliud ab ipsa:ģ ⁊c.

4. cōclusionis ꝓbatio.

Aug. xv. de trini.

Scōo sic Augustinus. xv. de trini. Deus nō aliter nouit facta q̄ fienda: sed si preterita ꝓsentia ⁊ futura scōm esse representatū formaliter essent in diuino intellectu deus cognosceret aliter fiēda q̄ facta:quia aliter esset ibi representatū preteritū q̄ futurum:ģ ⁊c. Preterea in diuino intellectu non est aliquid nisi presens formaliter ⁊ actu:sed si sic futurum ⁊ preteritū esset in eo intelligibiliter actu ⁊ representatiue oporteret ⁊ etiam q preteritum ⁊ futurum essent in eo. Ultimo sic Quicquid representatiue ⁊ formaliter cōtinetur in intellectione diuina vel in intellectu precedit actum voluntatis circa creaturam/⁊ est necessarium/⁊ mere sicut ⁊ intellectio ipsa:quia nō est aliud ab ipsa vt sic vel est idē cū ipsa:⁊ talia vult diuina voluntas necessario propter cōformitatē eius ad intellectū. Sed preterita presentia ⁊ futura nō sunt necessaria:ģ ⁊c. ¶ Sic igitur dico quātum ad istum articulum q deus nouit immutabiliter quecunq nouit:siue noticia simplicis intelligētie:siue noticia visionis. Hoc patet quia nullomodo deus est mutabilis:nec mutatione acquisitiua/nec deperditiua:qz nec aliquid sibi formaliter intrinsecum potest de nouo acquirere/ nec etiam amittere:tunc enim illud esset accidens ⁊ faceret ꝓpositionē cū deo:⁊ tūc nō esset purus actus.

Summatio doctoris.

Deus dr necessario nouit quecunq; nouit prima opi.

¶ **Quātum ad tertiū articulū** vtrū scz nouit necessario quecūq nouit. Est vna opinio q loquēdo de scientia eoꝝ que nouit de⁹ scientia visionis q illa possunt dupliciter cōparari.

Undmodo ad primam causam. Aliomodo ad causas secūdas. Tunc dicūt q ipsa relata ad primam causas sunt necessario scita: quia sic sunt necessaria sed ipse vt relata ad causas secūdas sunt cōtingenter scita: quia vt sic sunt contingentia.

3 pc. opti. ¶ **Contra** q obiecta scientie visionis non comparātur ad deū sicut ad causam necessariam: sed sicut ad causam contingētem/ sed per comparationē ad causam contingētem nō potest haberi de aliquo scientia necessaria: ergo ꝛc.

¶ Scōo sic. Scientia visionis necessario presupponit ꝛ sequitur determinationē diuine volūtatis de cōtingētibus sicut probatū est supra/ sed illa est cōtingēs/ quia voluntas contingenter determinat et vult quicquid vult efficaciter extra se: g ipsa scientia visionis contingēs est. ¶ Tertio sic. Ista cōparatio vel relatio obiectoꝝ/ siue visionis ad primā causam nō ponit nisi necessitatem cōcomitātie: vel ex cōditione: sicut dicit q omne qđ est qñ est necesse est esse: sed istud nō tollit contingētiam scientie.

2ª opinio ¶ **Alia est opinio** dicētium q deū scire cōtingētia est necessarium ad hoc sunt duo motiua ex dictis eoꝝ. Primū est tale. Propositio nō distrahitur a veritate vel necessitate per materiā seu per illud qđ ponitur in ea nō sicut pars principalis propositionis sed magis sicut materia ꝓbi: ita esse est hec vera vl potest esse me dixisse hominē esse asinum: sicut deū esse: vel me dixisse deum esse: sed cū dicitur de⁹ scit aliquid esse futurum contingēs: nō ponit hic futurū contingēs nisi sicut materia verbi: nō sicut pars principalis ipsius propositionis: ergo nō distrahitur ista propositio a necessitate sua per hoc: g sicut necessarium est deum scire et ista est necessaria de⁹ scit/ ita ꝛ ista deus sit futurū contingēs. ¶ Secundum patet. Actus rationis nō distrahitur ab obiecto super quo trāsit/ nec in veritate/ nec in necessitate/ nec in contingētia: sed scire est actus rationis diuine/ ergo nō distrahitur a sua necessitate per obiectum ꝙtumcūq; contingēs: quare ꝛc. Unde dicūt isti q dato q scientia dei de futuris contingētib⁹ sit necessaria/ non tñ ex hoc antecedēte potest inferri q contingētia sint necessaria simpliciter: quia in antecedēte ponitur aliquid pertinēs ad actum anime/ puta scire/ ꝛ ideo contingēs est accipiendū non simpliciter/ sed scōm q stat sub actu anime: sicut si dicatur si anima intelligit aliquid illud est immateriale: nō sequitur q intellectū sit simpliciter immateriale in seipso: sed solū inquātum est intellectum: sic in proposito non sequitur q futurū contingens sit simpliciter necessarium: sed inquantum scitum ꝛ secundum quid tantum.

opi. doct. ꝫ ꝓcce. ¶ **Sed ista opinio** nō est vera. Et tō respondeo aliter ad questionē arguendo contra eam. Dico primo q deus necessario scit notitia simplicis intelligentie scz simplices terminos ꝛ cōplexiones ipsorum necessarias/ qđ probo primo de obiectis intrinsecis ꝓ hoc q nō possunt nō esse principia sibi in ratiōe intelligibilis/ ꝛ sunt idē q ipse: sed ipse necessario intelligit se. Scōo de extrīsecis. Patet primo. Ista cognoscit per ydeam vel ydeas que mere naturaliter ꝛ necessario representant. Scōo qr nouit ea antecedēter ad actū voluntatis: ergo naturaliter mere ꝛ necessario: quia nulla est possibilis contingentia circa actum ante actū voluntatis circa ipsa: igitur ꝛc. ¶ Scōo dico q deus scit necessario absolute illa que scit scientia visionis: sed cōtingēter scit illa ꝛ scientia sua contingēter transit sup ea. Primo sic ꝓbo istud quādocunq; aliqua duo sunt cōuertibilia in esse si vnū est contingens ꝛ reliquum: sed futura euentire ꝛ deum scire futura sunt cōuertibilia: g sicut futura euenire est cōtingēs: ita ꝛ scire deū futura. Scōo sic. Omne illud qđ presupponit cōtingēs est contingēs. Non esset potest esse necessarium: quia tūc impossibile aliter se habere presupponeret possibile aliter se habere: qđ est falsum sed scientia dei presupponit volitionē dei cōtingētem de obiectis suis vt dictū est supra. Tertio sic. Si scientia de futuris est necessaria aut voluntas necessario vult cōformiter ad illam scientiam/ ꝛ sic futura de necessitate erunt: aut potest nō velle stante tali scientia que est necessaria/ ꝛ sic potest peccare ꝛ esse deformis in volēdo scientie recte quod est falsum. ¶ Tertio dico q deus scit obiecta sciētie visionis necessario/ nō necessitate absoluta: sed sub conditione: ꝛ ex presuppositione diuine determinationis: que nō potest latere diuinū intellectum: sed cum hoc stat contingētia simpliciter talis scientie.

Ad motiua ꝑcedētis opi. ¶ **Ad primum** motiuum dicitur q deus scit futura forte ly futurū vel ly cōtingens non se habet ibi tm̄ precise vt materia verbi: sed vt per se terminus illius actus. Maior autē vera est quādo illud se habet tm̄ ꝛ precise vt materia sicut patet in exemplo qđ ponit. Aliter dici pōt q nō sequitur in vno nō distrahit actum diuine essentie a sua necessitate simpliciter quā habet: vt est in se: sed tunc vt cadit super tale obiectum: ita q licet sciētia diuina in se ꝛ absolute sit necessaria ꝛ necesse esse sicut deus: cōtingēter tū transit sup tale obiectum. Unde licet deus necessario sciat seipsum: tamen cōtingēter scit obiectum contingēs: et hoc est perfectionis in diuina sciētia: ꝛ imperfectionis esset q necessario sciret. ¶ Ad secundū motiuum q actus rationis quādo sequit actum voluntatis circa idem obiectum necessario sequitur conditionez actus volūtatis circa illud quātum ad contingentiam sicut patet in proposito de scire scientia visionis: ꝛ ideo contingēter se habet ad obiectū contingēs/ sicut ꝛ actus voluntatis. Et dico q maior nō est vera in casu proposito. Contra illud etiā qđ dicit q quādo in antecedēte ponit aliquid pertinens ad actum anime consequēs est accipiendū nō secūdum q est in se sed in aīa. Dico q licet istud sit verū quādo illud qđ ponit in ꝙsequēte habet esse formaliter representatū scōm q est obiectum eomodo quo quidditates simplicium terminoꝝ presentant nō tñ est verū quādo nō habet esse representatum formaliter scōm q obiectū: nec habet esse formaliter ante volitionē: sed sequit volitionez cuiusmodi cōtingētia scōm predicta: quia nō sunt representata formaliter in ipsa intellectiōe: sed intellectio tēdit in ipsa sicut ꝛ actus voluntatis sine representatiōe. Et ideo nō oportet q cōtingētia relata ad diuinā intellectionē sint necessaria/ ꝛ si oporteret eēt necessaria simpl'r/ sicut ꝛ ipsa scōm te. Unde ꝛ quātū ad hoc dico q oportet dicere q si antecedens est simpliciter necessariū ꝛ cōsequētia necessaria q cōsequēs sit simpliciter necessarium in proposito.

